A ritualia officia. Dicit igitur non dandam esse continenter operam honori ejus, nec **697** omnia in sacra insumenda esse, sed multa quoque in pauperes eroganda. Vel hoc modo : Quemadmodum, postquam ascendit ad Patrem, præcepit discipulis jejunare [89], sic et curam pauperum tunc liberius ait suscipi posse, minoreque negotio, ac tumultu et majore otio charitatem in pauperes exerciturос; quod et contigit. Post Servatoris enim assumptionem non amplius sequebantur magistrum, sed per otium multiplices fructus in pauperes accurate depromebant.

XII, 9. *Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic est*, etc.

B Propter novitatem signi, magno stupore capitur multitudo, et quod audivit tantum, ad firmiorem fidem oculis usurpare cupit. Nec tantum volebant videre Lazarum, sed et Christum miraculi factorem, non tunc primum eum conspicati, viderant enim sæpe, et cum eo collocuti fuerant; sed quia forte se subtraxerat, ne ante tempus pateretur, rursus eum cernere expetebant. Moderatiores vero et ipsum suspiciebant, nihilque in eo reprehendebant. Œconomice ergo ac ordine Dominus non statim ingressus est Jerusalem, sed mansit extra, ut multitudini ex fama cupiditatem sui videndi injiceret.

XII, 10. *Consilium autem inierunt principes sacerdotum, ut et Lazarum interficerent.*

C Attende etiam, quod de statu mentis deduci principes videntur, utque hac et illac agitentur æstuante invidia, nihilque congruens et sanum loquantur. Cædem cædi adjicere machinantur, rati vim miraculi omnia pervagantis posse una cum mortuo exstingui, ut remoram injicerent populis credere in Christum properantibus.

XII, 12. *Cum audissent, quia venit Jesus Hierosolymam.*

Turbæ dociliores et ad fidem proniores, recenti etiam miraculo adductæ occurrunt Christo, laudibus eum celebrantes, tanquam de morte triumphasset, et faustis quidem acclamationibus prosequuntur, non simpliciter, sed ex sacra Scriptura, quod de eo præclare dictum est usurpantes, fa-
D tentesque regem esse Israel, ac identidem suum ipsorum regem, et Christi dominationem accipientes. Dicentes vero, Benedictus Filius, non hoc volunt, quasi benedictionem a **698** Patre consecutus sit is qui omnia benedicit : nec sinit corrumpi ac intercidere, quique est ineffabilis essentiæ, sed quoniam benedictio quæ convenit Deo, ei qui secundum naturam Dominus est a nobis defertur, quandoquidem venit in nomine Domini. Nec enim omnes sancti in potestate dominationis venerunt, sed tanquam ingenui servi : hic vero ut Dominus. Quare convenienter de illo dicta est prophetica vox. Etsi enim nonnulli dicantur do-

mini, non natura sed gratia hanc habent dignationem. Siquidem et ex abstinentia mendacii vocantur homines veraces, quodquidem de Christo dici non potest. Non enim quia non mentitur, ideo vocatur veritas, sed quia naturam mendacio prorsus majorem habet.

A ἔστιν εἰπεῖν ἐπὶ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο καλεῖται ἀλήθεια, ἐπειδὴ οὐ ψεύδεται, ἀλλ' ὅτι ἀμείνω ἔχει παντελῶς τοῦ ψεύδους τὴν φύσιν.

XII, 14. *Invento autem Jesus asello, sedit super eum.*

Magna enim multitudine ipsum stipante ac deducente, ex summa moderatione in asino sedit, tradens nobis documentum nequaquam nos laudibus efferendi, utpote intra necessitatis usum consistens. Matthæus quidem fusius de asino verba fecit. Joannes vero ad id quod in re maxime necessarium est properavit pro more suo. Quando vero præter consuetudinem suam nunc tantum Dominus in asino sedens cernitur, non propterea dicimus eum sedisse, quod procul abesse ab urbe, non enim aberat longius quindecim stadiis: non quia conferta multitudo erat, nec enim alias cum ab ingenti turba circumdaretur, hoc fecit, sed hoc fecit indicans sibi novum populum egentibus intractabilem subditum fore, deducturumque eum ad justitiæ dignitatem, et ad superiorem cœlestemque Jerusalem, cujus terrena figura et typus, in quam ingreditur populus purus factus cum Christo, quem boni et innocentes angeli celebrant, quorum typus sunt infantes. Pullum vero vocat asinum, quandoquidem gentilium populus ducentis ad pietatem fidei rudis et inexercitatus erat.

Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ' αὐτό.

Πολλοῦ γὰρ πλήθους αὐτὸν δορυφοροῦντος καὶ εὐφημοῦντος, ὑπὸ μετριοπαθείας ἄκρας ἐπὶ ὄνου ἐκαθέσθη, διδάσκων ἡμᾶς, μὴ ὑψοῦσθαι ἐν τοῖς ἐπαίνοις, οὐδὲν τῶν τῆς χρείας παρεκβαίνων. Ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος, πλατύτερον εἶπε τὰ περὶ τῆς ὄνου. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἐπ' αὐτὸ τοῦ πράγματος ἦλθε τὸ καιριώτατον, ὅπερ ἔθος αὐτῷ ποιεῖν. Ἐπειδὴ δὲ παρὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ ἄρτι μόνον φαίνεται ὁ Κύριος ἐπὶ
B ὄνου καθήμενος, οὐ διὰ τοῦτό φαμεν αὐτὸν καθίσαι, ὅτι μακρὰν ἦν τῆς πόλεως· οὐ γὰρ ἀπεῖχε πλείω δεκαπέντε σταδίων· οὐδὲ ὅτι ὄχλος ἦν· καὶ ἄλλοτε γὰρ συνευρεθεὶς ὄχλῳ οὐχ ἐποίησε τοῦτο· ποιεῖ δὲ τοῦτο, δεικνὺς ὅτι νέον ἑαυτῷ λαὸν τὸν ἐξ ἐθνῶν τὸν ἀκάθεκτον μέλλει ὑποτάσσειν καὶ ἀνάγειν εἰς τὸ τῆς δικαιοσύνης ἀξίωμα, εἴς τε τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἧς τύπος ἡ ἐπίγειος· εἰς ἣν εἰσέρχεται ὁ λαὸς καθαρὸς γενόμενος σὺν Χριστῷ ὑμνουμένῳ ὑπὸ τῶν ἀκάκων ἀγγέλων, ὧν τύπος, τὰ νήπια. Πῶλον δὲ λέγει, τὸν ὄνον, ἐπειδὴ ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, ἀγύμναστος ἦν τῆς εἰς εὐσέβειαν ἀγούσης πίστεως.

XII, 16. *Hæc vero non cognoverunt discipuli ejus primum*, etc.

Initio quidem ignorabant quæ de illo scripta sunt; at post resurrectionem non in Judaica cæcitate manserunt, sed per Spiritum ipsis divinorum verborum revelata est cognitio. Tunc vero glorificatus est Christus, cum in cruce mortuus revixit. Nec porro erubuit evangelista, commemorans discipulorum ignorantiam, et rursus cognitionem, quando propositum habebat, nihil pensi habere
699 circa respectum hominum, sed Spiritus gloriæ suffragari, ac ostendere quinam essent discipuli ante resurrectionem, et quinam post resurrectionem. Si igitur hi ignorabant, multo magis et alii Judæi. Postquam vero in cruce mortuus est, scissum est velum, ut intelligamus nihil deinceps fidelibus et Dei amantibus occultum esse. Igitur illustrata est eorum cognitio a tempore resurrectionis, quia inspiravit Christus in faciem eorum, et alii ex aliis facti mutatique sunt. Sed multo amplius illuminati fuerunt in die Pentecostes, quando in potestatem sancti Spiritus ad eos venientis transformati sunt.

Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον, καὶ τὰ ἑξῆς.

C Ἠγνόουν μὲν οὖν τὸ κατ' ἀρχὰς, τὰ ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα· μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, οὐχ ἔμειναν ἔχοντες τὴν Ἰουδαϊκὴν πήρωσιν, ἀλλὰ ἀπεκαλύφθη αὐτοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος ἡ γνῶσις τῶν θείων λόγων. Τότε δὲ ἐδοξάσθη ὁ Χριστὸς, ὅτε σταυρωθεὶς ἀνεβίω. Οὐκ ἐρυθριᾷ δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς καταλέγων τὴν τῶν μαθητῶν ἄγνοιαν, καὶ πάλιν γνῶσιν, ἐπείπερ ἦν αὐτῷ σκοπὸς, ἀλογῆσαι μὲν τῆς εἰς ἀνθρώπους αἰδοῦς, συνηγορῆσαι δὲ τῇ τοῦ Πνεύματος δόξῃ, καὶ δεῖξαι τίνες μὲν ἦσαν οἱ μαθηταὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως, τίνες δὲ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν γεγόνασιν. Εἰ οὖν οὗτοι ἠγνόουν, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἄλλοι Ἰουδαῖοι. Μετὰ δὲ τὸ σταυρωθῆναι, ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα, ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐδὲν ἔτι τῶν ἀποκρύφων διαλανθάνει τοὺς πιστοὺς καὶ φιλοθέους. Ἐφωτίσθη-
D σαν οὖν τὴν γνῶσιν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἀναστάσεως, ὅτι ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ γεγόνασιν ἐξ ἑτέρων ἄλλοι. Ἐπὶ πλεῖον δὲ ἐφωτίσθησαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, ὅτε εἰς τὴν τοῦ ἐπιφοιτήσαντος αὐτοῖς ἁγίου Πνεύματος μετεπλάττοντο δύναμιν.

XII, 17. *Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento*, etc.

Necessario ordine postremum hoc est, quod in Lazaro operatus est miraculum Dominus, ut ob id

Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ' αὐτοῦ, ὅτι τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀναγκαίως (1) ἄρα καὶ τῇ τάξει τελευταῖον τὸ κατὰ τὸν Λάζαρον ὁ Κύριος τεθαυματούργηκεν, ἵνα

(1) *Ἀναγκαίως . . . . ἀκολουθεῖ.* Ex laudata catena, fol. 132.

ἐπὶ προσφάτῳ τούτῳ γεγονότι τιμηθείη μὲν ἐπιφανέστερον ὑπὸ τοῦ πλήθους, τῆς δὲ τιμῆς ἕνεκεν ὑπεραλγήσαντες οἱ Φαρισαῖοι βουλεύσαιντο κατ' αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἐπιτελεσθείη τὸ πάθος, ὅπερ καὶ γίνεται. Οἱ γοῦν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς αὐτούς· Θεωρεῖτε, ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; Ὁρῶσιν ὅτι μάτην ἀντιλέγουσιν πρὸς τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστόν· μάτην ἀφορίζουσι τοὺς πιστεύοντας, τὰ μὲν διαλεγόμενοι, τὰ δὲ ἀπειλοῦντες. Πάντα οὖν ἀνωφελῆ φασιν εἶναι εἰ μὴ πρὸς ἀναίρεσιν αὐτοῦ τράποιντο· ἰδοὺ γάρ, φασί, τὸ σύμπαν αὐτῷ πλῆθος ἀκολουθεῖ.

Ἀκούσας τὸ συμβὰν τῶν ἀγελαίων ὁ σύλλογος, εὐχερῶς ἐπείσθη τοῖς μαρτυροῦσιν ὅτι ἀνέστησε τὸν Λάζαρον ὁ Χριστός, καὶ κατέλυσε τὸ τοῦ θανάτου κράτος, καθὼς οἱ προφῆται εἶπον. Διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησαν αὐτῷ· οὐκ ἂν γὰρ τοσοῦτοι ἐξαίφνης μετέθεντο, εἰ μὴ ἐπίστευσαν τῷ σημείῳ.

Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τοῦτο ὡς ἑαυτοὺς καταμεμφόμενοι, φασὶν, ἐπείπερ ἔκπαλαι οὐκ ἀνεῖλον σὺν τῷ Λαζάρῳ τὸν Ἰησοῦν, προτρεπόμενοι ἑαυτοὺς εἰς τὸ φονᾷν· ἀγανακτοῦντες περὶ τοῦ πιστοῦ ὄχλου, ὡς ἰδίων κτημάτων ἀποστερούμενοι, τῶν ὄντων τοῦ Θεοῦ.

Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων, ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις ἐν τούτοις καὶ διασκέψαιτο, κατὰ τίνα λόγον ἀναβαίνουσι τῶν Ἑλλήνων τινὲς προσκυνήσοντες εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τότε τῆς κατὰ νόμον ἑορτῆς ἐπιτελουμένης. Οὐ γὰρ δή πού τις ἐρεῖ πρὸς τὴν τῶν ἐκεῖσε θέαν ἀναβῆναι μόνον αὐτούς· συμμεθέξοντες γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις τῆς αὐτοῖς καὶ μόνοις πρεπούσης ἑορτῆς συναναθέουσι. Τί τὸ κοινὸν εἰς λατρείας λόγον Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις; Καίτοι πολὺ διεστῶσαν εὑρήσομεν τὴν ἐν ἀμφοῖν ἕξιν τε καὶ προαίρεσιν· οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀλήθειαν, οἱ δὲ τὸ ψεῦδος τετιμήκασι. Τί οὖν ἐροῦμεν ἐν τούτοις, Παρακειμένης τῆς Ἰουδαίων χώρας τῇ τῶν Γαλιλαίων, πόλεις τε καὶ κώμας ἀλλήλαις ὁμόρους ἔχοντες Ἕλληνές τε κἀκεῖνοι, συχνὰς μὲν ἐποιοῦντο τὰς ἐπιμιξίας, ἐφοίτων δὲ παρ' ἀλλήλους ἑκάτεροι, ποικίλης εἰς τοῦτο καλούσης ἀφορμῆς. Ἐπειδὴ δέ πως θερμοτέρα πολὺ πρὸς μετάστασιν τὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἡ τῶν εἰδωλολατρούντων ἐστὶ διάνοια, ἅτε δὴ καὶ μάλα ῥᾳδίως ἐξελεγχομένης αὐτῶν τῆς ψευδολατρίας ὡς ἀχρήστου παντελῶς, μετεπείθοντό τινες εὐκόλως· οὔπω μὲν ὁλοτελῶς εἰς τὸ, μόνῳ λατρεύειν τῷ κατὰ ἀλήθειαν ὄντι Θεῷ, μεριζόμενοι δέ πως τοῖς εἰς ἀπόστασιν λογισμοῖς, καὶ ταῖς τῶν ἰδίων διδασκάλων ἑπόμενοι γνώμαις, Πλάτωνος, φημὶ, καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον εἶναι λεγομένων σοφῶν, φασκόντων ἕνα μὲν τῶν πάντων εἶναι δημιουργὸν, ἐγκοσμίους δὲ τοὺς λοιποὺς, καὶ ὥσπερ τινὰς ἡγεμόνας κεχειροτονῆσθαι παρ' ἐκείνου πρὸς διοίκησιν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Ἔθος οὖν τισι Παλαιστινοῖς, Ἕλλησι μάλιστα, παρεζευγμένην καὶ γείτονα τὴν τῶν Ἰουδαίων ἔχουσι χώραν, ἀπομάττεσθαί πως ἔθη τὰ παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ τῆς μοναρχίας ὄνομα τιμᾷν, δόξαν οὕτω κἀκείνοις, ὧν ἀρτίως ἐμνημονεύσαμεν, εἰ καὶ μὴ οὕτω φασὶ

A recens facinus, clarius eum plebs honoraret, atque hunc honorem ægre Pharisæi ferentes conspirarent in ipsum, atque ita passio perficeretur; quod reapse accidit. Pharisæi ergo dicebant invicem: « Videtisne, quomodo nihil proficitis? » Vident se fidei in Christum frustra contradicere; frustra anathema dicunt credentibus, partim suadentes, partim etiam minitantes. Cassa omnia affirmant, nisi ad Christi necem deveniant: ecce enim, aiunt, plebs universa illum sectatur.

Cum audisset id quod acciderat gregariorum hominum turba, facile assensum præbuit testantibus Christum Lazarum a mortuis excitasse, eversamque mortis potentiam, quemadmodum B prophetæ dixerunt. Propterea et obviam ierunt ipsi: neque enim ita derepente tam multi sese commovissent, nisi miraculo credidissent.

XII, 19. *Videtis quia nihil proficitis?* etc.

Hoc dicunt quasi seipsos incusantes, quod non jampridem Christum cum Lazaro interfecerint, seseque ad cædem mutuo cohortantur, indignati quod turbæ crederent, veluti suis possessionibus ejecti, cum ipsæ vere ad Deum pertinerent.

XII, 20. *Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant, ut adorarent in die festo.*

Dubitaverit quispiam in hisce, pendebitque animi, quam ob causam nonnulli Græcorum adoraturi ascenderint Hierosolyma, idque cum secundum legem festum celebraretur. Neque enim quisquam dicet ascendisse eos duntaxat ad spectaculum, quippe participes futuri cum Judæis festi eis solis convenientis simul accurrunt; quid commune quoad cultum Græcis et Judæis? Atqui plurimum differentem in utrisque comperiemus habitum et institutum animi: hi enim veritatem, illi mendacium colunt. Quid ergo hic dicemus? Cum Judæorum regio contermina esset Galilææ, urbesque ac vicos inter se invicem vicinos haberent, frequenter inter se ultro citroque commeabant, ac permiscebantur, ac utrique invitante ad id multiplici occasione invicem alteros adibant. Quoniam vero multo **700** ardentior mens erat idolorum cultoribus, et ad mutationem in melius propensior, tanquam plus satis revicta confutataque eorum inani superstitione, ideo nonnulli facile sententiam mutabant: sed nondum perfecte ad hoc ut soli secundum veritatem Deo servirent; ancipites vero et ambiguis hinc inde distracti rationibus ad defectionem, et suorum magistrorum opinionibus insistentes, Platonis, inquam, et aliorum id genus sapientum, qui aiunt unum quidem esse universi opificem, cæteros vero mundanosque tanquam quosdam duces ab illo creatos ad rerum humanarum regimen. Moris ergo nonnullis Palæstinis, Græcis maxime, vicinam et contiguam Judæorum regionem accolentibus, imitari et assumere quodammodo eorum consuetudines ac mores, atque monarchiæ nomen in honore habere, quod ita visum esset iis

quorum paulo ante meminimus, etsi non eodem modo quo nos loquimur. Hi vero non omnino ad Judæorum ritus propensi, neque a Græcorum placitis et moribus digressi, sed mediam quamdam rationem et sententiam secuti, pii et cultores Dei nuncupantur. Igitur Græci qui in proximo habitabant, cum viderent suos mores a Judaicis non magnopere differre, quoad sacrificiorum ritus et monarchiæ præsumptam opinionem (nam non antea gens Israel de ratione sanctæ et consubstantialis Trinitatis, sed neque spiritualis cultus vim audierant), confluebant etiam adoraturi, maxime in magnis celebritatibus, idque non quasi peccantes in suam ipsorum religionem ac cultum, sed velut unum omnium Deum honorantes.

XII, 22. *Venit Philippus et dicit Andreæ.*

Et Pharisæi nescientes rei veritatem hæc inter se dicebant: « Ecce totus mundus post illum abit [30]. » Neque enim solum Judæi, sed et gentiles erant credituri. Ideo et nunc velut primitiarum loco facta est Græcorum accessio, et non secus ac Galilæi accedebant ad Philippum Græci, ceu et ipsum Galilæum exsistentem, ut ostenderet eis Jesum quem cernere cupiebant, auditis tot quæ flebant secundis acclamationibus, ut adorarent, et ea quæ cupiebant consequerentur. Recordatus vero Philippus quod dixerat eis Jesus: « In viam gentium ne abieritis, et in urbem Samaritanorum ne ingrediamini [31], » metuit ne offendere videatur eos, qui nondum crediderant, si ad Christum adduceret: ignorans quod ex dispensationis ordine Dominus vetuerat **701** discipulis ne ad gentes ingrederentur, donec primi Judæi traditam sibi gratiam rejicerent. Tanquam autem ardentiori et magis ad ea idoneo Andreæ dicit; cumque id rectum visum esset, ambo renuntiant Domino. Et prudenter quidem facit Philippus docens nos, non temere verba facienda esse ad præpositos nostros, licet de rebus quæ videntur bonæ, sed potius cum prudentibus deliberandum quid facto opus sit.

XII, 23. *Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.*

Quoniam igitur gentiles ad eum videndum auscultandumque properant, ideo ait: « Venit hora, » prope enim erat passionis tempus, post quod statim est gentium vocatio. Atqui horam hic appellat præsens tempus, non aliud quid, quod ei patiendi necessitatem imponat, sed ipsum certa quadam determinatione ab eo præfinitum. Peractis enim omnibus quæ ad fidem mortales perducebant, et de regno cœlorum sermone habito promulgatoque, deinceps ad ipsum spei caput et summam tendit, nempe mortem perimendam, quodquidem haud aliter processisset, nisi vita ipsa pro omnibus mortem pertulisset, ut omnes in eo viveremus [32]. Propterea enim suam gloriam vocat mortem, atque adeo pati acerbissima quæque pro peccatoribus

A καθάπερ ἡμεῖς. Οἱ δὲ, μήτε πλήρη τὴν εἰς Ἰουδαίους ἔχοντες ῥοπὴν, μήτε μὴν τῶν Ἕλλησι φίλων ἀφεστηκότες ἐθῶν, μέσην δέ τινα καὶ πρὸς ἄμφω βλέπειν ἐπιτηδεύοντες δόξαν, θεοσεβεῖς ὀνομάζονται οἱ τοιοῦτοι. Τοιγαροῦν οἱ γειτονοῦντες Ἕλληνες, οὐ σφόδρα τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν τὰ ἴδια διῳκισμένα βλέποντες, ὅσον ἧκεν εἰς θυσιῶν τρόπους καὶ μοναρχίας διάληψιν (οὐ γὰρ ᾔδεισαν πρότερον τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος τοὺς λόγους οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐδὲ τῆς πνευματικῆς λατρείας τὴν δύναμιν), συνέβαινον προσκυνήσοντες, ἐν πανδήμοις μάλιστα συνδρομαῖς, οὐχ ὡς τὴν ἰδίαν λυποῦντες λατρείαν τε καὶ θρησκείαν, ἀλλ' ὡς ἵνα τὸν ἐπὶ πάντων τιμῶντες Θεόν.

B *Ἔρχεται Φίλιππος καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ.*

Καὶ μὴ εἰδότες οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἀληθὲς ἐλάλουν λέγοντες· « Ἴδε ὁ κόσμος ὅλος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. » Οὐ μόνον γὰρ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν ἔμελλον πιστεύειν. Διὸ καὶ ὡς ἐν ἀπαρχῇ τότε γέγονεν ἡ τῶν Ἑλλήνων προσθήκη, καὶ ὡς Γαλιλαῖοι οἱ Ἕλληνες προσῆλθον τῷ Φιλίππῳ, ὡς καὶ αὐτῷ Γαλιλαίῳ ὄντι, ἵνα δείξῃ αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ἤθελον ἰδεῖν, πολλὴν ἀκούοντες εἰς αὐτὸν γινομένην τὴν εὐφημίαν, ὥστε προσκυνῆσαι καὶ ὧν ἤθελον τυχεῖν. Μνησθεὶς δὲ ὁ Φίλιππος ὅτι εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε, » δειλιᾷ μήπως προσκροῦσαι δόξῃ τοὺς μὴ πεπιστευκότας προσάγων τῷ Χριστῷ, ἀγνοῶν ὅτι C οἰκονομικῶς ὁ Κύριος ἐκώλυσε τοὺς μαθητὰς εἰσελθεῖν πρὸς τὰ ἔθνη, ἕως οὗ πρῶτοι οἱ Ἰουδαῖοι τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἀποσείσωνται χάριν. Ὡς θερμοτέρῳ δὲ καὶ ἐπιτηδειοτέρῳ πρὸς τὰ τοιαῦτα λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· δόξαν δὲ οὕτω καλῶς, ἀμφότεροι ἀπαγγέλλουσι τῷ Κυρίῳ. Συνετῶς δὲ πράξας ὁ Φίλιππος διδάσκει ἡμᾶς ὅτι οὐ καλὸν τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς λαλεῖν τι ὡς ἔτυχε, κἂν δοκῇ τι τῶν ἀγαθῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ φρονίμων συσκέπτεσθαι τὸ τί δεῖ ποιεῖν.

Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Ἐπειδὴ οὖν οἱ ἐξ ἐθνῶν ἐπείγονται πρὸς τὸ θέλειν αὐτὸν ἰδεῖν ἢ ἐπιστρέψαι, διὰ τοῦτό φησιν· « Ἐλήλυ- D θεν ἡ ὥρα· » ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγὺς ἦν τοῦ πάθους, μεθ' ὃν εὐθὺς ἡ τῶν ἐθνῶν κλῆσις. Ὥραν δὲ ἐν τούτοις τὸν παρόντα καιρὸν ὀνομάζει, οὐχ ἄλλο τι πρὸς ἀνάγκην ἄγον αὐτὸν τοῦ παθεῖν, ἀλλ' ὁρισμοῖς τοῖς παρ' αὐτοῦ τοῦτον ἀναδεικνύμενον. Πάντα γὰρ ποιήσας ὅσα εἰς πίστιν ἐνῆγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κηρύξας λόγον, ἐπ' αὐτὸ λοιπὸν τῆς ἐλπίδος τὸ κεφάλαιον βαδίζειν θέλει, τὸ νεκρῶσαι τὸν θάνατον· ὅπερ οὐκ ἄλλως ἐγένετο ἂν, εἰ μὴ ἡ ζωὴ τὸν ὑπὲρ ἁπάντων ὑπέμεινε θάνατον, ἵνα οἱ πάντες ζήσωμεν ἐν αὐτῷ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ δόξαν ἰδίαν ὀνομάζει τὸν θάνατον, καὶ τὸ παθεῖν ἅπαντα τὰ δεινὰ ὑπὲρ τῶν αὐτὸν ἀτιμαζόντων ἁμαρτωλῶν·

[30] Joan. XII, 19. [31] Matth. X, 5. [32] Joan. IV, 9.

ὅμως εἰ καὶ ἀεὶ ἦν δεδοξασμένος παρὰ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλων, ἀλλ' ὁ σταυρὸς γέγονεν αὐτῷ ἀρχὴ τοῦ δοξασθῆναι ἐπὶ γῆς παρὰ τῶν ἐθνῶν ὡς Θεῷ. Ἐπείπερ ἐάσας τοὺς ἐνυβρίσαντας αὐτῷ Ἰουδαίους, μετέβη εἰς τὰ ἔθνη, καὶ δοξολογεῖται ὡς Θεὸς παρ' αὐτῶν ἐλπιζόμενος ἥξειν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός. Οὐ γυμνὸν δὲ λέγει τὸν Λόγον δοξασθήσεσθαι, ἀλλ' ἕνα δεικνύων Υἱὸν τὸν ἐξ ἀνθρωπότητός τε καὶ θεότητος ἀῤῥήτως νοούμενον, Υἱὸν ἀνθρώπου φησὶν, ἀλλὰ Θεὸς ὑπάρχων καὶ νοούμενος καὶ μετὰ σαρκός.

Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει.

Οὐ μόνον πάσχει προλέγων, οὐδὲ ὅτι πάρεστιν ὁ καιρὸς, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν καταλέγει, δι' ἣν ἥδιστον ἐποιήσατο τὸ παθεῖν· καὶ ὅτι πολὺ τὸ τοῦ πάθους κέρδος· ἢ γὰρ . . . . οὐκ ἂν εἵλετο παθεῖν· οὐ γὰρ ἄκων ἔπαθε. Καὶ γὰρ διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς φειδὼ, τοσαύτην ἡμερότητα ὑπεδείξατο, ὡς καὶ πάντα τὰ ὠμὰ ἑλέσθαι παθεῖν. Ὥσπερ δὲ ὁ σπαρεὶς κόκκος τοῦ σίτου, στάχυας πολλοὺς ἀναβλαστάνει, οὐχ ἑαυτὸν δι' ἐκείνου ζημιούμενος, ἀλλὰ δυνάμει ὅλοις τοῖς κόκκοις τοῦ στάχυος ἐνυπάρχων· ἐξ αὐτοῦ γὰρ οἱ πάντες ἀνεβλάστησαν· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἀπέθανε, καὶ ἀνοίξας τοὺς τῆς γῆς μυχοὺς, ἀνήγαγε σὺν ἑαυτῷ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, αὐτὸς ὢν ἐν πᾶσι κατὰ τὸν τῆς πίστεως λόγον μετὰ καὶ τοῦ ὑπάρχειν ἰδιοσυστάτως. Οὐ μόνον δὲ τοῖς ἀποθανοῦσι τοῦτο δέδωκε τὸ κέρδος τὸ δι' αὐτοῦ καρποφορεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ζῶσιν· εἰ καὶ πρὸς τὴν παραβολὴν ὁ λόγος ἐσχηματίσθη πιθανῶς. Καρπὸς γὰρ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ἡ πάντων ζωὴ, νεκρῶν τε καὶ ζώντων; σπέρμα γὰρ γέγονε ζωῆς, ὁ Χριστοῦ θάνατος.

Ἆρά γε ἡ θεία τοῦ λόγου φύσις, θανάτου γέγονε δεκτική; Καὶ πῶς τοῦτο . . . . . οὐκ ἀνόσιον παντελῶς; Ζωὴ γάρ ἐστι κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος· ἐγείρει μᾶλλον, οὐ πίπτει. Καταργεῖ τὸν θάνατον, οὐ κρατεῖται φθορᾷ. Ζωοποιεῖ μᾶλλον τὸ ζωῆς ἐπιδεὲς, οὐκ αὐτὸς ζητεῖ παρ' ἑτέρου τὴν ζωήν. Ὥσπερ γὰρ τὸ φῶς οὐκ ἂν γένοιτο σκότος, οὕτως ἀμήχανον τὴν ζωὴν μὴ εἶναι ζωήν. Πῶς οὖν ὁ αὐτὸς καὶ ὡς κόκκος σίτου λέγεται πεσεῖν εἰς γῆν, καὶ ἀναβῆναι ὡς Θεὸς ἐν ἀλλαγμῷ; Ἢ δηλονότι τὸ μὲν θανάτου γεύσασθαι, πρέποι ἂν αὐτῷ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος· τό γε μὴν ἀναβῆναι θεϊκῶς, ἴδιον αὐτοῦ φυσικῶς.

Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

Οὐ μόνον ὑμᾶς ἐπὶ τῷ ἐμῷ σκανδαλίζεσθαι οὐ χρὴ πάθει, οὐδὲ ἀπιστεῖν οἷς εἶπον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῦτο παρεσκευάσθαι προσήκει. Ὁ γὰρ δοκῶν ἐνταῦθα ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἰδίας ψυχῆς καὶ οὐ θέλων αὐτὴν εἰς κινδύνους ἐκδιδόναι δι' ἐμὲ, ἀπόλλυσιν αὐτὴν ἐν τῷ μέλλοντι καιρῷ· ὁ δὲ εἰς κινδύνους αὐτὴν διδοὺς ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, μεγάλους αὐτῇ φυλάσσει τοὺς καρπούς· καὶ ὁ τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καταφρονήσας ζωῆς, τὴν ἄφθαρτον κτήσεται ἐν τῷ μέλλοντι.

A eum dedecorantibus : et quamvis esset semper glorificatus ab angelis in cœlo, attamen crux ei tanquam Deo consequendæ in terra apud gentes gloriæ initium fuit. Quandoquidem Judæis qui eum contumeliis affecerant valere jussis, ad gentes transiit, et glorificatur tanquam Deus ab iis, exspectaturque venturus in gloria Patris. Neque simplex nudumque dicit Verbum glorificatum iri, sed unum ostendens Filium, qui ex humanitate simul et deitate ineffabili modo intelligitur, Filium hominis dicit, sed qui Deus exsistit et intelligitur etiam in carne.

XII, 24. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet : si vero mortuum sit, multum fructum affert.*

B Non solum patitur, passurum se prædicens, nec quia tempus adest, sed et causam recenset propter quam ei jucundissimum fuit pati, magnoque emolumento cedit ea passio; alioqui nec pati voluisset, cum invitus ad patiendum adigi non posset. Etenim per summam in nos charitatem et sollicitudinem eo mansuetudinis devenit, ut omnia crudelissima perpeti non vereretur. Quemadmodum **702** vero granum frumenti seminatum multas spicas reproducit, nihil in seipso per illud imminutum, sed potestate in totis spicæ granis exsistens (quippe omnia ex eo pullularunt), sic et Dominus mortuus est, atque adapertis terræ regionibus, reduxit secum hominum animas, ipse in C omnibus secundum rationem fidei simul et propria subsistentia exsistens. Neque tantum mortuis hoc lucrum per se reportare concessit, sed etiam vivis, etsi ad parabolam sermo probabiliter figuratus sit. Nam fructus passionis Christi est omnium vita, tum mortuorum tum vivorum : semen enim fuit vitæ, Christi mors.

Ergone divina Verbi natura mortis fuit capax? Et quomodo non hoc plane impium? Est enim vita secundum naturam ex Deo Patre Verbum : potius erigit et non cadit. Mortem perimit et corruptione non perit. Vivificat magis id quod vita indiget, nec ipsum ab alio vitam emendicat. Quemadmodum enim lumen nunquam obscuritas fuerit, sic ut vita non sit vita, fieri nequit. Quomodo igitur ipse, D et ut granum frumenti dicitur cadere in terram et assurgere ut Deus cum immutatione? Equidem mortem gustasse convenit illi quatenus homo factus est, resurgere vero more Dei proprium est ipsius naturaliter.

XII, 25. *Qui amat animam suam.*

Non solum vos non oportet scandalizari ob meam passionem, neque iis quæ dixi fidem derogare, sed ad id magis magisque properari convenit. Qui enim hic de sua anima videtur esse sollicitus, nec vult eam propter me in periculum adducere, perdit eam in futurum tempus : qui vero eam in discrimen conjicit in præsenti sæculo, magnos ei reservat fructus : et qui vitam contemnit in hoc mundo, immortalem in futuro possidebit. Hæc autem dixit Do-

minus, non tanquam anima hic patiente, sed animæ amorem vocat, videri eam retinere, haud corpus periculis objicientes.

XII, 26. *Si quis mihi ministrat, me sequatur.*

Quod dicit ejusmodi est: Si ego, inquit, ob vestram utilitatem trado meipsum ad mortem, quomodo non summæ ignaviæ fuerit vos ob proprium commodum non posse temporariam vitam aspernari, et morte carnis, vitam interitus expertem
703 et marcessere nesciam comparare? Videntur enim suam ipsorum animam odisse, quantum attinet ad passionem, qui tradunt eam ad mortem, æternis reservantes bonis: et qui in exercitatione religiosa vivunt, oderunt suas ipsorum animas, nec se vinci sinunt carnis voluptatibus. Quod igitur fecit Christus propter omnium salutem passus, in figuram et typum fortitudinis fecit, monitos esse volens eos qui speratorum bonorum exspectatione ducuntur, ut ad exercendam virtutem se accingant. Oportet enim eos, inquit, qui volunt me sequi, parem mihi fortitudinem et confidentiam ostendere; sic enim victoriæ præmia obtinebunt.

XII, 26. *Et ubi sum ego, ibi et minister meus erit.*

Et quoniam dux gloriæ, non per gloriam aut luxum, sed per infamiam et labores ambulavit: sic et nos agere alacri animo convenit, ut in eumdem quoque locum perveniamus, divinamque gloriam participemus. Ecquo vero honore digni sumus, qui eadem cum Domino nostro perpeti noluimus? Fortasse vero quod dixit, «Ubi ego sum, ibi et minister meus esto,» non locum, sed modum virtutis intelligit; in quibus visus est Christus præstare, in iisdem debent versari qui eum sequuntur, non in prærogativis divinis, homineque majoribus. Neque enim in potestate hominis situm est verum et natura Deum imitari: sed in quibus contingit hominis naturam posse eminere, non in sedandis maris tempestatibus, et aliis id genus, sed in demissione animi et mansuetudine, et in ferendis injuriis.

XII, 27. *Nunc anima mea turbata est.*

Enimvero etsi tanquam homo Christus turbatur mortis cogitatione, attamen tanquam Deus ex perturbatione illa ad fiduciam statim venit, et quod timore commotum est, ad præsentiam animi traducit. Existimandum est enim etiam in ipso Christo et Servatore humanitatem esse commotam propter duos et necessarios modos. Quippe oportebat et per hos ipsum non opinione ac suspicione duntaxat, sed potius naturaliter et vere hominem ex muliere natum videri, omnia humana ferentem sine peccato. Timor enim et formido sunt naturales nobis perturbationes, quæ in numerum peccatorum non veniunt. Præterea etiam utiliter commovebantur humana in Christo sine peccato, non ut commota roborarentur et ultra procederent

A Ταῦτα δὲ ἔφη ὁ Κύριος, οὐχ ὡς τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα πασχούσης, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς φιλίαν καλεῖ, τὸ δοκεῖν αὐτὴν κατέχειν, οὐ προδιδόντας εἰς κινδύνους τὸ σῶμα.

Ἐὰν ἐμοί διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω.

Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ ἐγὼ, φησὶ, διὰ τὸ ὑμῶν χρήσιμον ἐκδίδωμι ἐμαυτὸν εἰς θάνατον, πῶς οὐκ ἄνανδρον, τὸ μὴ τῶν οἰκείων ἕνεκεν χρησίμων, τῆς προσκαίρου καταφρονῆσαι ζωῆς ὑμᾶς, καὶ τῷ τῆς σαρκὸς θανάτῳ τὴν ἀμάραντον κτήσασθαι ζωήν; Δοκοῦσι γὰρ μισεῖν τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, ὅσον ἧκεν εἰς τὸ παθεῖν, οἱ ἐκδιδόντες αὐτὴν εἰς θάνατον, τοῖς αἰωνίοις φυλάττοντες ἀγαθοῖς· καὶ οἱ ἐν ἀσκήσει δὲ ζῶντες, μισοῦσι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, οὐχ ἡττώμενοι ταῖς τῆς φιλοσαρκίας ἡδοναῖς. Ὃ οὖν ἐποίησεν ὁ
B Χριστὸς διὰ τὴν ἁπάντων σωτηρίαν παθὼν, εἰς τύπον ἐποίησεν ἀνδρείας, διδάσκων τοὺς τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦντας, ἐπείγεσθαι κατορθοῦν τὴν ἀρετήν. Δεῖ γὰρ, φησὶ, τοὺς θέλοντάς μοι ἀκολουθεῖν, τὴν ἴσην ἐμοὶ ἀνδρείαν καὶ εὐτολμίαν ἐνδείκνυσθαι· οὕτω γὰρ λήψονται τὰ τῆς νίκης βραβεῖα.

Καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται.

Καὶ ἐπειδὴ ὁ τῆς δόξης ἀρχηγὸς, οὐ διὰ δόξης καὶ τρυφῆς ὥδευσεν, ἀλλὰ διὰ ἀτιμίας καὶ πόνων· οὕτω δεῖ καὶ ἡμᾶς ἀλύπως ποιεῖν, ἵνα εἰς τὸν αὐτὸν τόπον καταντήσωμεν, καὶ τῆς θείας μετάσχωμεν δό-
C ξης. Ποίας δὲ ἄξιοί ἐσμεν τιμῆς, οἱ μὴ ἀξιοῦντες τὰ ἴσα τῷ Δεσπότῃ παθεῖν; Τάχα δὲ εἰπὼν, «Ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω,» οὐ τόπον λέγει, ἀλλὰ τρόπον ἀρετῆς· ἐν οἷς ἐγὼ ὤφθην Χριστὸς διαπρέπων, ἐν τοῖς αὐτοῖς ὀφείλουσιν εἶναι καὶ οἱ αὐτῷ ἀκολουθοῦντες, οὐκ ἐν τοῖς θεοπρεπέσιν ἀξιώμασι καὶ τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον. Οὐ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τὸν ἀληθῆ καὶ φύσει Θεὸν μιμήσασθαι· ἀλλ' ἐν οἷς ἐνδέχεται τὴν ἀνθρώπου διαπρέπειν δύνασθαι φύσιν, οὐκ ἐν τῷ χαλινοῦν θάλασσαν καὶ τὰ ὅμοια ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ εἶναι ταπεινοὺς καὶ πράους καὶ φέροντας ὕβρεις.

Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται.

D Πλὴν εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς θορυβεῖται τῇ τοῦ θανάτου μνήμῃ, ἀλλ' ὡς Θεὸς, κεκινημένου τοῦ πάθους, πρὸς θάρσος εὐθὺς παραγίνεται, καὶ πρὸς εὐτολμίαν μεταμορφοῖ τὸ τῇ δειλίᾳ νικηθέν. Οἰησόμεθα γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ καὶ Σωτῆρι κεκινῆσθαι τὰ ἀνθρώπεια διὰ δύο καὶ ἀναγκαίους τρόπους. Ἔδει γὰρ, ἔδει καὶ διὰ τούτων αὐτὸν οὐ δοκήσει καὶ ὑπονοίᾳ, φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς γεγονότα φαίνεσθαι, πάντα φέροντα τὰ ἀνθρώπινα, δίχα ἁμαρτίας. Φόβος δὲ καὶ δειλία, πάθη μὲν ἡμῖν φυσικὰ, τό γε μὴν ἐν ἁμαρτίαις τετάχθαι διαπεφευγότα. Καὶ πρὸς τούτοις, ἔτι χρησίμως ὑπεκινεῖτο καὶ ἐν Χριστῷ τὰ ἀνθρώπινα δίχα ἁμαρτίας, οὐχ ἵνα τὰ κινηθέντα κρατύνηται, καὶ εἰς τὸ πρόσω χωρῇ, καθάπερ καὶ ἐφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα κε-

κινημένα, τῇ τοῦ λόγου δυνάμει διακόπτηται, πρὸς ἀμείνω τινὰ καὶ θειοτέραν μετάστασιν μεταστοιχειουμένης τῆς φύσεως ἐν πρώτῳ Χριστῷ· ἦν γὰρ οὕτως καὶ οὐχ ἑτέρως καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς διαβῆναι τὸν τῆς ἰάσεως τρόπον. Ἐν γὰρ ἀπαρχῇ Χριστῷ εἰς καινότητα ζωῆς, ἡ ἀνθρώπου φύσις ἀνεκομίζετο· ἐν αὐτῷ δὲ καὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐκερδάναμεν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ δεύτερος Ἀδὰμ κατωνόμασται παρὰ ταῖς θείαις Γραφαῖς. Ὥσπερ δὲ ὡς ἄνθρωπος ἐπείνασε καὶ ἐκοπίασεν, οὕτω καὶ τὸν ἐκ τοῦ πάθους δέχεται θόρυβον, ὡς ἀνθρώπινον. Ταράττεται δὲ οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ὅσον εἰς αἴσθησιν μόνον ὑπενεχθῆναι τοῦ πράγματος, εἶτα πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν εὐτολμίαν ἀναπηδᾷν. Ἐκ τούτων δηλονότι καὶ ψυχὴν εἶχε λογικήν. Ὥσπερ γὰρ τῷ πεινῆσαι τυχὸν ἢ ἑτέρῳ τινὶ τῶν τοιούτων περιπεσεῖν, ἴδιον τῆς σαρκὸς πάθος, οὕτω καὶ τὸ ταράττεσθαι διὰ μνήμης τῆς τῶν δεινῶν, ψυχῆς ἂν εἴη πάθος τῆς λογικῆς, ᾗ καὶ μόνῃ ἡμῖν διὰ τῶν ἐνθυμήσεων ἐπεισκρίνεται μνήμη. Οὔπω γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ γέγονεν ὁ Χριστός. Πρόωρον οὖν ὑπομένει τὸν θόρυβον, προαναθεωρήσας δηλονότι τὸ μέλλον, καὶ τῷ λογισμῷ πρὸς τὴν τῶν ἐσομένων μνήμην ὑπενεχθείς. Τὸ γὰρ τῆς δειλίας πάθος, οὔτε τῆς ἀπαθοῦς εἴποιμεν θεότητος, οὔτε μὴν τῆς σαρκός· λογισμῶν γάρ ἐστι ψυχῆς, καὶ οὐ σαρκὸς τὸ πάθος. Εἰ δὲ καὶ τὸ ἄλογον ἔχον ψυχὴν θορυβεῖται καὶ ταράττεται, ἀλλ' οὐ διὰ μνήμης, οὐδὲ λογισμῷ, τὸ ἐσόμενον προανασκοποῦν πάθος ἐπὶ δειλίαν ἔρχεται, ἀλλ' ὅταν αὐτοῖς ἁλῶναι γένηται τοῖς κακοῖς, τότε τοῦ παρόντος κινδύνου συλλέγει μόλις τὴν αἴσθησιν. Νῦν δὲ ὁ Κύριος θορυβεῖται, οὐκ ἐξ ὧν βλέπει, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐνθυμεῖται, καὶ ἐξ ὧν προσδοκᾷ. Ἀλλ' οὐδὲ εἶπεν ὁ Χριστὸς, Ἡ σάρξ μου τετάρακται, ἀλλ' « Ἡ ψυχή μου, » τὴν τῶν αἱρετιζόντων ὑπόνοιαν παρωθούμενος. Εἰ δὲ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ φήσεις πρὸς Ἰουδαίους ὑπὸ Θεοῦ εἰρῆσθαι, « Τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου· » ἐροῦμεν ὡς τοῖς ἡμετέροις ἔθεσιν ἀποκέχρηται μᾶλλον διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν, ὥσπερ καὶ πρόσωπον καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ λοιπὰ πάντα μέλη προσάπτει τῷ ἀσωμάτῳ καταχρηστικῶς· μετὰ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, εἰ οὕτω εἰρῆσθαι φήσομεν, εἰκὼν ἦν ἄρα, καὶ δόκησις, καὶ σκιὰ, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, κατὰ τὸν ἄθεον Μάνιν. Ὅλην τοίνυν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἥνωσεν ἑαυτῷ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἵνα ὅλον σώσῃ τὸν ἄνθρωπον. Ὃ γὰρ μὴ προσείληπται, οὐδὲ σέσωσται. Εἰπὼν μέντοι τὸ, « Ἐταράχθη, » οὐ σιωπᾷ, ἀλλ' εἰς εὐτολμίαν μεταπλάττει τὸ πάθος, καὶ μονονουχί φησιν· Οὐδέν ἐστι τὸ ἀποθανεῖν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐπέτρεψα τῇ σαρκὶ τὸ δειλιάσαι, ἵνα μεταστοιχειώσω εἰς εὐτολμίαν. Ἦλθον τοῖς ἐπὶ γῆς τὴν ζωὴν κατορθώσων, διὸ καὶ πρὸς τὸ παθεῖν ηὐτρέπισμαι. Αἰτεῖ δὲ τὸν Πατέρα, καὶ τὸ τῆς εὐχῆς σχῆμα διατυποῖ, οὐχ ὡς ἀδυνατῶν, ὁ πάντα ἰσχύων, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος τὰ μείζω ἢ κατὰ ἄνθρωπον νέμων τῇ θείᾳ φύσει, οὐκ ἔξω ὢν ταύτης ὅταν καλῇ τὸν Πατέρα τὸν ἴδιον, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι διὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἥξει ἡ ἐν παντὶ πράγματι δύναμις καὶ δόξα· εἴτε « Δόξασόν σου τὸν Υἱὸν » ἔχει ἡ Γραφὴ, εἴτε « Δόξασόν σου τὸ ὄνομα, » ταυτόν

A ut **704** in nobis assolet, sed ut concussa vi rationis retardarentur, transmutata in primo Christo ad meliorem quemdam, et diviniorem statum natura: hoc quippe modo et non alio, remedii modus ad nos ipsos transire poterat. Etenim natura hominis in Christo ad novationem vitæ veluti primitiæ offerebatur: inque ipso et quæ sunt supra naturam lucrati sumus. Nam propter hoc et secundus Adam appellatus est in divinis Scripturis. Quemadmodum vero tanquam homo esuriit et lassitudine defecit, sic et ex passione suscipit tumultum, ut humanum quid. Perturbabatur autem non sicut nos, sed eatenus duntaxat, ut sensu rei nonnihil tangeretur, deinde statim ad dignam sui confidentiam rediret. Ex his utique patet eum animam ra- B tionalem habuisse. Ut enim in esuritionem puta vel aliud ejusmodi incidere, propria est carnis affectio, sic et malorum memoria ac cogitatione perturbari, prorsus animæ rationalis affectio fuerit, unde nobis per solam memoriam et cogitationem sese insinuare solet. Nondum enim in ipsa cruce erat Christus. Igitur præpropere et intempestive perturbatione afficitur, prospiciens videlicet quod futurum erat, et ratione ad impendentium memoriam abreptus. Neque enim timoris perturbationem aut in deitatem pati nesciam, aut in carnem cadere dixerimus; quippe est hæc rationis animi et non carnis affectio. Quod si et id quod irrationalem animam habet tumultuatur etiam et turbatur, non tamen ex memo- C ria, neque ex ratiocinatione futurum prospiciens malum timore corripitur, sed cum in ipsis malis deprehendi contigit, tunc præsentis periculi vix sensum percipit. Nunc vero Dominus turbatur, non ob ea quæ videt, sed ob ea quæ cogitat et opperitur. Sed neque dixit Christus, Caro mea turbata est, sed, Anima mea, sectariorum suspicionem amoliens. Quod si objicies in Vetere Testamento Judæis dictum esse a Deo, « Festa vestra odit anima mea, » dicemus eum uti libentius nostris moribus, propter quamdam, ut ita loquar, nobiscum condescensionem, sicut et faciem et oculos et reliqua omnia membra affingit incorporeo abusive: post incarnationem vero et humanitatem assumptam, si ita dictum esse dicamus, fuit utique imago quæ- D dam, et visio, et umbra, non autem verus homo, secundum impium Manem. Quare totam hominum naturam univit sibi Dei Verbum, ut totum hominem servaret. Quod enim non **705** est assumptum, neque est servatum. Propterea ubi dixit hoc, « Turbata est, » non silet, sed perturbationem illam in confidentiam mutat, ac propemodum ait: Mori nihil est, verum ideo permisi carni meæ timore affici, ut eam ad fortitudinem traducerem. Veni ut mortalibus vitam instaurarem, propterea me ad patiendum comparavi. Rogat autem Patrem suum, et orationis modum figuramque delineat, non tanquam impotens qui omnia potest, sed ut homo quæ majora sunt homine divinæ naturæ attribuens, non extra hanc quidem exsistens, cum

rogat Patrem suum, sed utique quod in omni re per Patrem et Filium procedat omnis potestas et honor, probe sciens: sive « Clarifica Filium » habet Scriptura, sive « Clarifica nomen tuum, » hoc exactissime speculanti idem est. Enimvero Christus spreta morte et passionis ignominia, sola vero inde emersura commoda intuens, jamjamque aufugientem e medio morte suæ carnis omnium mortem aspiciens, atque abolendam funditus corruptionis potentiam, hominisque naturam deinceps novitate vitæ reformandam, tantum non ad Deum et Patrem hæc verba facit: Etsi pigrum ad patiendum corpus, o Pater, et reformidat mortem quæ præter naturam est, non tamen consentaneum videtur me, tuum assessorem et in omnes imperium habentem, insolenti Judæorum audaciæ dedere. Verum quia eo deveni, « Clarifica Filium, » id est, ne ad mortem euntem impedieris: annue tuæ genituræ propter commune omnium bonum. Quod vero evangelista gloriam alibi crucem appellavit, ex ejus verbis dicens: « Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia nondum Jesus clarificatus erat [83]. » In quibus manifeste crucifixum esse clarificatum dicit. Gloria vero crux. Etsi enim tempore passionis multas contumelias pertulit summa tolerantia et sponte, tametsi quia, cum posset non pati, propter nos ultro mori sustinuit, propter aliorum commodum id subire, summæ animi præstantiæ et supremæ gloriæ tribuendum est. Alio etiam modo gloriam consecutus est Filius: quod enim mortem superavit, eum vitam esse et Filium Dei viventis cognovimus. Et glorificatur Pater cum talem habere Filium ex se genitum, qualis hic est, conspicitur. At vero bonus
706 est; et lumen, et vita et morte potentior, omnia quæcunque velit faciens. Cum vero dicit: Clarifica Filium tuum, » hoc ait: Concede mihi pati volenti. Non enim sine voluntate et consilio Pater Filium dedit ad mortem, sed sponte pro vita mundi: igitur consentire et annuere Patrem, velut donatio bonorum nobis appellata est. Nam pro *passione* dixit *gloriam*, quia et hoc imitandum nobis proponit; quippe precari oportet ut non incidamus in tentationem, ubi vero inciderimus, generose ferre nec resilire, et orare ut in Deum servemur. Sed « Clarifica nomen tuum. » Si enim per pericula nostra contingit Deum glorificari, omnia huic rei posthabeantur.

Enimvero, quemadmodum non aliter mors, nisi Servatore mortuo, destructa fuisset, sic de unaquaque carnis affectione censendum est. Quippe nisi timuisset, immunis timendi natura haud exstitisset: nisi contristatus esset, nusquam eadem tristitia et dolore caruisset: nisi perturbatus et perculsus fuisset, nusquam horum vacuitatem nacta foret. Et in unoquoque eorum quæ humanitus fiunt, convenientem rationem in Christo reperies, commotasque carnis passiones, non ut victoriam obtinerent, velut in nobis, sed ut commotæ vi Verbi in carne habitantis sedarentur et comprimerentur, transformata in meliorem statum natura.

[83] Joan. VII, 39.

A ἐστι τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ. Ὅμως ὁ Χριστὸς καταφρονήσας τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἐκ τοῦ παθεῖν αἰσχύνης, μόνα δὲ τὰ ἐκ τοῦ παθεῖν σκοπῶν κατορθώματα, καὶ ὅσον οὐδέπω ἐκ μέσου βαδίζοντα διὰ τοῦ θανάτου τῆς ἰδίας σαρκὸς τὸν ἁπάντων θάνατον βλέπων, ἀναιρεθησόμενόν τε παντελῶς τὸ τῆς φθορᾶς κράτος καὶ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀναμορφουμένην ἤδη λοιπὸν πρὸς καινότητα ζωῆς, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα φησὶ μονονουχί· Εἰ καὶ ὀκνηρὸν τὸ σῶμα πρὸς τὸ παθεῖν, ὦ Πάτερ, δέδιε δὲ καὶ τὸν παρὰ φύσιν θάνατον, ἀλλὰ καὶ οὐχ οἷόν πως εἶναι δοκεῖ τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἐμπαροινεῖσθαί με τολμήμασι τὸν σὸν σύνεδρον καὶ τὸ κατὰ πάντων ἔχοντα κράτος. Πλὴν ἐπείπερ ἀφῖγμαι πρὸς τοῦτο, « Δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, » τοῦτ' ἔστι μὴ διακωλύσῃς ἰόντα B πρὸς θάνατον· συγκατάνευσον τῷ σῷ γεννήματι διὰ τὸ πᾶσι λυσιτελές. Ὅτι δὲ δόξαν ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ ἑτέρωθί που τὸν σταυρὸν ἀπεκάλει, μαθήσῃ λέγοντος αὐτοῦ· « Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὔπω ἐδοξάσθη. « Σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις τὸ ἐσταυρῶσθαι, τὸ ἐδοξάσθη φησί. Δόξα δὲ ὁ σταυρός. Εἰ γὰρ καίπερ κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν πολλὰ ἐφύβριστα ὑπέμεινεν ἀνεξικακῶν ἑκὼν, ἀλλ' ἐξ ὧν δυνάμενος μὴ παθεῖν, ὑπέστη δι' ἡμᾶς ἐθελουσίως τὸ πάθος, τῆς ὑπεράγαν ἐστὶν εὐσπλαγχνίας καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης, τὸ δι' ἄλλων ὠφέλειαν ὑποστῆναι τοῦτο. Γέγονε δὲ καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ ἐν εὐδοξίᾳ ὁ Υἱός· δι' ὧν γὰρ κατεκράτησε τοῦ θανάτου, ἔγνωμεν αὐτὸν ὄντα ζωὴν καὶ Υἱὸν Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Δοξάζεται C δὲ ὁ Πατὴρ, ὅταν φαίνηται τοιοῦτον ἔχων Υἱὸν ἐξ ἑαυτοῦ γεννηθέντα, ὁποῖός ἐστι καὶ αὐτός. Ἔστι δ' ἀγαθὸς, φῶς, ζωὴ, καὶ θανάτου κρείττων, καὶ ὅσα θέλει, ποιῶν. Ὅταν δὲ λέγῃ· « Δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, » τοῦτό φησι· Συγκατάνευσόν μοι παθεῖν ἐθέλοντι. Οὐ γὰρ ἀβουλήτως τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ ἔδωκεν εἰς θάνατον, ἀλλ' ἑκὼν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Τὸ οὖν συνθελῆσαι τὸν Πατέρα, ὡς δόσις ὠνόμασται ἡμῖν ἀγαθῶν. Ἀντὶ γὰρ τοῦ *παθεῖν* τὴν *δόξαν* εἶπε, λέγει δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ὑπογραμμὸν ἡμῶν, ὅτι δεῖ μὲν εὔχεσθαι μὴ ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμὸν, ἐμπεσόντας δὲ γενναίως φέρειν, καὶ μὴ ἀποπηδᾷν, εὔχεσθαί τε εἰς Θεὸν σωθῆναι. Ἀλλὰ « Δόξασόν σου τὸ ὄνομα. » Εἰ γὰρ διὰ τῶν κινδύνων ἡμῶν συμβαίνει δοξασθῆναι τὸν Θεὸν, πάντα τούτου τετάχθω δεύτερα.

D Ὥσπερ μέντοι οὐκ ἄλλως ὁ θάνατος κατηργήθη, μὴ ἀποθανόντος τοῦ Σωτῆρος· οὕτω καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν. Εἰ μὴ γὰρ ἐδειλίασεν, οὐκ ἂν ἐν ἐλευθερίᾳ τοῦ δειλιᾷν ἡ φύσις γέγονεν· εἰ μὴ ἐλυπήθη, οὐκ ἂν ἀπηλλάγη τοῦ λυπεῖσθαί ποτε· εἰ μὴ ἐταράχθη καὶ ἐπτοήθη, οὐκ ἂν ἔξω ποτὲ τούτων ἐγένετο. Καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀνθρωπίνως γεγονότων, τὸν αὐτὸν ἐφαρμόζοντα λόγον εὑρήσεις ἐν Χριστῷ· τὰ τῆς σαρκὸς πάθη κεκινημένα, οὐχ ἵνα κρατήσῃ ὥσπερ καὶ ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἵνα κινηθέντα καταργηθῇ τῇ δυνάμει τοῦ ἐνοικήσαντος τῇ σαρκὶ Λόγου, πρὸς τὸ ἄμεινον μεταποιουμένης τῆς φύσεως.

Οὐ δι' ἐμὲ ἡ φωνὴ αὕτη γέγονεν, ἀλλὰ δι' A *ὑμᾶς.*

Ἀντεφθέγγετο ὁ Πατὴρ, καθ' ὃν οἶδε τρόπον, τῷ ἰδίῳ Υἱῷ, εἰς φιλοτιμίαν τῶν ἀκροωμένων τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν φανερῶν, ἵνα πιστεύσωσιν ἀναμφιβόλως, ὅτι Υἱός ἐστι κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Διηπόρει δὲ ὁ ὄχλος εἰς διαφόρους ὑπονοίας σχιζόμενος ἀσυνέτως. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς ἐννοῆσαι ὅτι ὁ Πατὴρ ἦν ὁ ἀντιφθεγξάμενος, πρὸς ὃν ἐποιήσατο τοὺς λόγους ὁ Υἱός. Οὐ γὰρ βροντὴν ᾔτησε γενέσθαι, οὔτε ἄγγελον φωνῆσαι· ὅμως ὡς Υἱὸς, φησὶν ὅτι « Οὐ δι' ἐμὲ γέγονεν ἡ φωνὴ, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς· » ᾔδει γὰρ τοῦ τεκόντος τὴν βούλησιν κἂν μηδὲν ἐλαλήθη, ἐπειδὴ ἦν καὶ ἔστι τοῦ Πατρὸς σοφία καὶ Λόγος. Δι' ὑμᾶς οὖν, φησὶ, γέγονεν ἡ φωνή· ἵνα παραδέχησθέ με ὡς Υἱὸν Θεοῦ, ὃν οἶδεν ὄντα φύσει ἑαυτῷ Υἱὸν ὁ Πατήρ. Λέγει B μὲν οὖν ὁ Κύριος ὅτι γέγονεν ἡ φωνὴ, οὐ μὴν προστίθησιν ὅτι τοῦ Πατρὸς ἦν, ἢ πῶς γέγονεν· ἔστι γὰρ περιττὸν τοῦτο. Πλὴν ἐπιμαρτύρεται ὅτι καὶ φωνὴν ἀκούσαντες ἐξ οὐρανοῦ, οὐδὲν ἧττον ἐπέμειναν τῇ ἑαυτῶν δυσσεβείᾳ.

Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας ὁ τριπόθητος οὑτοσὶ καιρὸς, παροῦσαν ἤδη τὴν ἐπὶ τοῖς ἔθνεσι κρίσιν τε καὶ δίκην ἐδείκνυεν· ἔμελλον γὰρ ἀπαλλάττεσθαι τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας, δικαιότητος αὐτοῖς ἀπονέμοντος ἔλεος τοῦ ὁσίου τε καὶ δικαίου κριτοῦ. Οὐ γὰρ οἴομαι δεῖν οἴεσθαι νυνὶ κατακρίνεσθαι κό- C σμον, ὅτε τοῦ δικαίου παρῆν ὁ καιρός· ἀλλ' οὕτω μὲν, κόσμῳ κρίσις ἔσται, τοῦτ' ἔστιν ἐκδίκησις. Ὁ δὲ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Ἔσται, φησὶ, κατὰ τοῦ τὸν κόσμον ἠδικηκότος κρίσις, καὶ οὐχὶ κατὰ τοῦ τὴν ἀδικίαν ὑπομείναντος κόσμου. Καὶ γὰρ, ὡς αὐτὸς ὁ Χριστός φησιν, « Οὐκ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον. » Ὅρος τοίνυν τῆς ἐνεστώσης ἔσται κρίσεως, τὸ ἐκβληθῆναι ἔξω τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου. Ἐκβληθῆναι δὲ πόθεν; ἢ δηλονότι τῆς ἐκ βίας αὐτῷ πεπορισμένης ἀρχῆς καὶ τῆς οὐδαμόθεν προσηκούσης βασιλείας.

Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, ἑλκύσω πάντας πρὸς ἐμαυτόν.

Τουτέστι (1), μὴ δὴ κωλύσῃς ἰόντα πρὸς θάνατον, D ἀλλὰ συγκατάνευσον διὰ τὸ πᾶσι λυσιτελές. Δόξα γὰρ Χριστοῦ ὁ σταυρός. Δοξάζεται δὲ καὶ Πατὴρ, ὅταν φαίνηται τοιοῦτον ἔχων τὸν ἐξ ἑαυτοῦ ὁποῖόσπερ ὑπάρχειν αὐτὸς ὑπονοεῖται. Ἔστι δὲ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ φθορᾶς ἀμείνων.

Χριστοῦ μέντοι δεδωκότος ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὡς ἄμωμον ἱερεῖον, καὶ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν μονονουχὶ δίκας τιννύντος, ἐλυτρώθημεν τῶν τῆς ἁμαρτίας ἐγκλημάτων. Καὶ δὴ ὅτε ὁ θὴρ ἐκ μέσου γέγονε, καὶ καθῃρέθη ὁ τύραννος, τότε ἄγει

XII, 30. *Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.*

Respondebat Pater proprio Filio, eo quo novit modo, suam voluntatem planam faciens, ad conciliandam audientium fidem, ut crederent sine dubitatione esse Filium Dei et Patris secundum naturam. Ambigebat autem multitudo in varias opiniones scissa absque ratione : oportebat enim eis venire in mentem, Patrem esse qui responderat, ad quem Filius verba fecisset. Nam nec ut tonitru fieret, nec ut angelus loqueretur, petiit; dicit tamen ut Filius : « Non propter me hæc vox, sed propter vos facta est. » Quippe noverat Genitoris voluntatem, etsi nihil locutus esset : quandoquidem erat et est Patris sapientia ac Verbum. Propter vos ergo, ait, facta est vox, ut accipiatis me tanquam Filium Dei, quem scit Pater sibi natura esse Filium. Dicit quidem Dominus factam esse vocem, sed non adjicit Patris esse, nec quomodo facta sit, quoniam id supervacaneum. **707** Sed et protestatur quod audita etiam e cœlo voce nihilosecius in sua impietate permanserint.

XII, 31. *Nunc judicium est mundi*, etc.

Desideratissimum hoc adventus Servatoris nostri tempus, jam adesse judicium et justitiam in gentibus ostendebat, quippe cum a diaboli rapacitate vindicandæ forent, tribuente illis misericordiam sancti et justi judicis æquitate. Neque enim, opinor, existimandum est nunc condemnari mundum, cum justitiæ tempus adest, sed sic quidem mundo erit judicium, nempe vindicatio. Princeps vero hujus mundi ejicietur extra. Erit, inquit, judicium adversus eum qui mundum violavit, et non adversus mundum, qui injuriam et injustitiam pertulit. Etenim, ut ipse Christus ait, « Non misit Deus Filium suum, ut mundum judicaret, sed ut mundum servaret [34]. » Terminus ergo instantis judicii erit, ut ejiciatur foras princeps hujus mundi. Unde vero ejiciatur? nempe e principatu per vim parto, et e regno nullo modo ad ipsum pertinente.

XII, 32. *Et ego si exaltatus fuero e terra, traham omnes ad me.*

Cave ne me prohibeas ad mortem tendere; imo potius assentire, propter universalem utilitatem. Etenim gloria Christi crux est. Glorificatur æque Pater, cum talem habere Filium cognoscitur, qualis ipsemet esse creditur. Est autem bonus, et hominum amator, lux, vita, et cujusvis corruptelæ immunis.

Cum igitur Christus seipsum Patri pro nostra omnium salute dederit velut immaculatam victimam, ac pro nobis pœnas propemodum exsolverit, a peccati crimine liberati sumus. Et quidem cum fera de medio sublata est, ac confectus tyrannus,

[34] Joan. XII, 47.

(1) *Τουτέστι . . . . ἀμείνων*. Ex catena Vaticana, fol. 136, ap. Mai l. l.

tunc ad seipsum adducit Christus hominum genus quod deerraverat, non solum Judæos, sed et universos mortales ad salutem per fidem in eum vocans. Partialis enim per legem vocatio, at universalis per Christum : quippe solus Christus potest tanquam Deus nobis bona omnia conciliare. Euphemiæ vero causa pro *crucifixum* esse, *exaltatum* esse dixit. Nam cædem spirantibus ac sanguinariis occultum esse volebat mysterium, quod scire non merebantur : cordatis vero et sagacibus intelligendum relinquebat, se propter omnes, et pro omnibus passurum. Alioqui etiam quispiam merito dixerit celsitudinem esse de gloria et honore acceptam, mortem crucis. Propter hoc enim glorificatur Christus, multis **708** humanitati per id bonis comparatis, per quæ ad seipsum trahit, et non quemadmodum discipuli, ad alium ducit. Ergo seipsum nunc vere natura esse Deum ostendit, ne tamen Patrem excludit. Nam per Filium ad Patris cognitionem quis trahitur.

XII, 33. *Hoc vero dicebat, significans qua morte esset moriturus.*

Per hæc ostendit evangelista Dominum passum esse non ex improviso et inexspectato, sed prudentem et scientem, volentemque, nec tantum gnarum se moriturum, sed quo etiam modo : mortem vero appellavit quæ est sanctorum.

XII, 35. *Adhuc exiguo tempore lumen vobiscum est.*

Christus non exponit dilucide Judæis altum sermonis mysterium, utpote stupidis infidelibusque, sed ad aliud transit statim quod e re ipsorum est, declarans et aperiens causam quamobrem ea quæ Scripturis continentur haud percipiant, adeo ut, nisi ei crediderint, qui omnino lux est, atra ignorantiæ nube tenebrarumque caligine involvendi sint, necnon lucis bonis ac commodis exuendi. Quod enim attinet ad Scripturam, tanquam lumen, Messiam exspectabant. Postquam autem venit, spes eis in contrarium cecidit : oppresserant enim eos tenebræ ob infidelitatem. Resipiscite ergo, ait, quamprimum, donec adhuc superest vobis exiguum quid temporis ad divinum lumen fruendum, ne vos peccati obtegat caligo. Recte vero dicit post lucem tenebras : evestigio enim recessu luminis succedunt tenebræ. Dicens vero cum articulo *lumen*, seipsum indicavit, quoniam ipse solus vere est lux.

XII, 40. *Excæcavit enim*, ait, *eorum oculos.*

Enimvero non ut implerentur vaticinia prophetarum Judæi Dominum occiderunt (hoc enim modo impii non fuissent), sed ex proprio scelere ac malitia. Etsi enim prædixerant prophetæ quæ omnino eventura erant, et nefarium ac spontaneum eorum consilium secutura, ideo prædixerunt, ut resipiscentes diaboli fossas transilirent, cum prorsus in potestate esset audientium præcavere. Quare necessaria prædictio. Rursus alterius quæstionis

A πρὸς ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς τὸ ἀποπλανηθὲν γένος, οὐ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους πρὸς σωτηρίαν καλῶν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Μερικὴ γὰρ ἡ διὰ τοῦ νόμου κλῆσις, γενικὴ δὲ ἡ διὰ Χριστοῦ· μόνος γὰρ ὁ Χριστὸς δυνατὸς ἦν ὡς Θεὸς πάντα ἡμῖν προξενῆσαι τὰ ἀγαθά. Εὐφήμως δὲ λίαν, ἀντὶ τοῦ *σταυρωθῆναι* τὸ *ὑψωθῆναί* φησι. Τοῖς μὲν γὰρ φονῶσιν ἀσυμφανὲς ἐτήρει τὸ μυστήριον· οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι μαθεῖν· τοῖς γε μὴν νουνεχεστέροις ἐφῆκε νοεῖν ὅτι διὰ πάντας καὶ ὑπὲρ πάντων πείσεται. Ἀλλ' ὥστε φαίη τις ἄν, οἶμαι, καὶ σφόδρα καλῶς, ὕψος εἶναι τὸ ἐπὶ εὐκλείᾳ καὶ δόξῃ νοούμενον, τὸν ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατον. Δοξάζεται γὰρ καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸς, πολλὰ τῇ ἀνθρωπότητι διὰ τούτου προξενήσας τὰ ἀγαθὰ, δι' ὧν ἕλκει πρὸς ἑαυτόν· B καὶ οὐ καθάπερ οἱ μαθηταὶ, ἑτέρῳ προσάγει. Δείκνυσι νῦν ἑαυτὸν ὄντα φύσει Θεὸν, οὐχ ἔξω τιθεὶς τὸν Πατέρα. Διὰ γὰρ τοῦ Υἱοῦ ἕλκεταί τις εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς γνῶσιν.

Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν.

Διὰ τοῦτο ἔδειξεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι οὐκ ἀγνοῶν ἔπαθεν ὁ Κύριος, ἀλλ' ἑκὼν καὶ εἰδὼς οὐ μόνον ὅτι ἀπέθνησκεν, ἀλλὰ καὶ ποίῳ τρόπῳ· τὸν ἁγίων δὲ ὠνόμασε θάνατον.

Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι.

C Ὡς ἀσυνέτοις καὶ ἀπίστοις τοῖς Ἰουδαίοις, οὐ καταλέγει σαφῶς ὁ Χριστὸς τὸ βαθὺ τοῦ λόγου μυστήριον, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον πηδᾷ, ὁμοῦ καὶ τὸ ἐπωφελὲς αὐτοῖς ἐξηγούμενος καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὐ νοοῦσι τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς, καὶ ὅτι εἰ μὴ πιστεύσειαν αὐτῷ φωτὶ ὄντι, ὁλοτελῶς αὐτοὺς τὸ τῆς ἀγνωσίας καταλήψεται σκότος, καὶ τῶν ἐκ τοῦ φωτὸς ἀγαθῶν στερηθήσονται. Ὅσον γὰρ ἀπὸ τῆς Γραφῆς, ὡς φῶς προσεδόκων τὸν Μεσσίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν, εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς ἀπέβη τὰ τῆς ἐλπίδος· σκότος γὰρ αὐτοὺς κατέλαβε διὰ τὴν ἀπιστίαν. Ἀνανήψατε οὖν, φησὶ, ταχέως, ἕως ὑμῖν ἔξεστι μικρόν τι τῆς τοῦ θείου φωτὸς αὐγῆς μετασχεῖν, ἵνα μὴ ὑμᾶς τῆς ἁμαρτίας καταλάβῃ σκότος. Καλῶς δὲ εἶπε μετὰ τὸ φῶς τὴν σκοτίαν· κατ' ἴχνος γὰρ τῆς τοῦ φωτὸς ἀναχωρήσεως D βαδίζει τὸ σκότος. Εἰπὼν δὲ σὺν τῷ ἄρθρῳ *τὸ φῶς*, ἑαυτὸν ἐδήλωσεν, ὅτι αὐτός ἐστι μόνος κατὰ ἀλήθειαν τὸ φῶς.

Τετύφλωκε γὰρ, φησὶν, *αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς*

B quod alibi dixit, nempe : « Qui non honorificat Filium, neque Patrem honorificat [88], » ad id quod mitius erat se contulit, hinc cogitandum relinquens auditoribus contrarium, quandoquidem minandi potius quam adhortandi tempus erat, ipsis prope jam foribus instante scelere, et animo agitata jam in eum immani crudelitate : consilium enim jam Satanas in proditoris cor injecerat. Quemadmodum igitur, inquit, me ipsum utique susceperit et non alium, qui a me missum exceperit, sic qui a Patre missum susceperit, ipsum jure Patrem susceperit : at in his ejus verbis nihil nisi dexterum significari videbis. Sin autem in contrarium ejus dicti observationem transtuleris, pro-
C ditoris impietatem non solum extendi videbis in Filium, sed et in ipsum Patrem. Minandi ergo genus est dictum illud, sed mitioribus verbis prolatum, et oblique significationem detorquens. Quemadmodum enim missum a Deo nostrum aliquis suscipit, qui sermonibus ejus consentit, et præcepta ejus servando honorat eum quem Deus commendat : eodem, opinor, modo susceperit Dominum et per ipsum Patrem, quicunque credit in Filium. Nam qui Filium dicit, utique et Patrem significat. Qui enim Filium esse ipsum crediderit, omnino et Patrem confitebitur. Horrendum est igitur proditoris judicium, qui per impietatem in Filium in ipsum quoque Deum ac Patrem est impius. Nam si suscepisset et honorasset, sinceram
D ei tanquam Domino mentem subjiciens, si indubitata fide Deum de Deo confessus esset Filium, nec turpi quæstui amorem erga eum miser postposuisset, nequaquam, opinor, proditionis convictus commisisset, ut ne natum quidem esse melius foret.

XIII, 21. *Cum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu, et protestatus est, et dixit : Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me.*

734 Cui perspicuum non est, neque cogitationes, neque verba naturæ nostræ suppetere, qui-

[88] Joan. v, 23.

bus tuto et citra casus periculum quæ naturæ divinæ propria sunt eloqui possit? Idcirco ejus sermonibus subsidio opus est, ad mediocrem eorum quæ mentem superant explicationem. Quomodo enim clare aliquid eloquetur, quod ipsam quoque cogitationem nostram excedit? Oportet igitur nos, verborum humanorum crassitie velut exemplo ac typo conceptionum mentis suscepta, ad illas deitatis proprietates, quoad in nobis est, procedere. Gravissime itaque Deus peccantes arguit, ac vehementi mali odio movetur in eos quos ab ipso damnari contigerit, licet plus quam dici queat clemens sit ac tolerans malorum. Quando igitur divina Scriptura motum ejus, ut ita dicam, significare vult adversus impios, rursus nostris et humanis utens vocabulis, iram et furorem appellat, quamvis in divinam substantiam nulla istiusmodi perturbatio cadat, sed indignatione tantum moveatur, quo modo novit, et a natura sua comparata est: arcana quippe et occulta sunt prorsus quæ de Deo, sed ex nostris moribus, ut modo diximus, Scriptura divina solet explicare quæ nos excedunt. Turbatum igitur spiritu Christum hoc loco beatus evangelista testatur, motum nempe odii, quo spiritus ejus malum aversabatur, perturbationem vocans: nec enim aliter istud effari poterat. Credibile autem est etiam carnem, divinitatis motionem minime sustinentem, nonnihil exhorruisse, et perturbationis speciem dedisse, atque iræ signum ostendisse, quemadmodum nempe et de Lazaro scriptum est, Jesum cum in seipso infremuisset in monumentum ingressum [44]. Sicut enim illic graves minas adversus mortem fremitum appellavit, ita hic motum adversus impium proditorem turbationis nomine denotavit. Turbatus est autem jure merito, indignatus Judæ perversitatem. Quid enim illius impietate majus dici potest, qui una cum aliis discipulis immensis affectus honoribus, et inter electos collocatus exigua pecuniola dilectionem erga Christum commutavit, et qui dum panem ejus manducaret, calcaneum in eum levavit, non honorem, non gloriam, non dilectionis legem, non debitum ei utpote Deo cultum, non quidvis aliud hujusmodi apud se reputans, sed ad Judæorum exsecrabiles denarios duntaxat **735** respiciens, et exiguis nummis suam vendens animam, innocentemque ac justum sanguinem homicidarum manibus tradens. Gravissima itaque cur turbatus sit causa est. Sequitur autem acris reprehensio, ad unius quidem e duodecim personam singularem pertinens, sed tamen aliis metum vehementem injiciens, et cuique quasi præcipiens ut suæ animæ consulat, ne forte per desidiam tam infestis laqueis involvatur, et acerbitatis diabolicæ præda fiat. Utilis igitur est reprehensionum vis et ratio, quam nihili faciens proditoris animus, in proposito suo hære-

[44] Joan. xi, 38.

A δι' ὧν ἂν δύναιτο τυχεῖν ἀνεγκλήτως τε καὶ ἀδιαπτώτως εἰπεῖν τὰ τῆς θείας τε καὶ ἀῤῥήτου φύσεως ἴδια; Διὰ τοῦτο τοῖς καθ' ἑαυτὴν ὑπηρετεῖται λόγοις πρὸς μετρίαν ἐξήγησιν τῶν ὑπὲρ νοῦν. Πῶς γὰρ ἄν τι καὶ φράσαι σαφῶς, ὃ καὶ αὐτὴν ἡμῶν ὑπερανίσχει τὴν ἔννοιαν; Δεῖ τοιγαροῦν ἡμᾶς, καθάπερ τινὰ τύπον τῶν νοημάτων τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ῥημάτων παχύτητα δεχομένους, ἐπ' αὐτὰ πειρᾶσθαι βαδίζειν, κατά γε τὸν ἐγχωροῦντα τρόπον, τὰ τῆς θεότητος ἴδια. Δεινὸν τοιγαροῦν εἰς ἐλέγχους τὸ Θεῖον, καὶ ἀκράτῳ μισοπονηρίᾳ κινούμενον, καθ' ὧν ἂν τοῦτο γενέσθαι πρέποι ψήφῳ τῇ παρ' αὐτοῦ, εἰ καὶ ὑπὲρ λόγον ἀνεξικακεῖ. Ὅταν οὖν ἡ θεία Γραφὴ κατασημῆναι βούληται τὸ κατὰ τῶν δυσσεβούντων οἱονεὶ κίνημα, πάλιν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς λαμβάνουσα, καὶ τοῖς B ἀνθρωπίνοις ἀποχρησαμένη ῥήμασιν, ὀργὴν ὀνομάζει καὶ θυμὸν, καίτοι τῆς θείας οὐσίας καθ' ὁμοιότητα τὴν ἡμῶν τῶν τοιούτων παθῶν ὑπομενούσης οὐδὲν, κινουμένης δὲ μόνον εἰς ἀγανάκτησιν, ὡς οἶδέ τε καὶ πέφυκεν αὐτή· παντελῶς γὰρ ἀπόῤῥητα τὰ περὶ Θεοῦ· ἀπὸ δὲ τῶν ἡμετέρων ἐθῶν, καθάπερ ἀρτίως εἰρήκαμεν, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς καταγράφειν ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ. Τεταράχθαι τοιγαροῦν κἀνθάδε φησὶν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς τὸν Χριστὸν τῷ πνεύματι, τὸ μισόκακον τοῦ πνεύματος κίνημα ταραχὴν ὀνόμασας· οὐ γὰρ ἦν, ὡς ἔοικεν, ἑτέρως εἰπεῖν. Εἰκὸς δὲ δήπου καὶ τὴν τῆς θεότητος κίνησιν οὐκ ἐνέγκουσαν τὴν σάρκα βραχύ τι καὶ ὑποφρίξαι, καὶ θορύβου σχῆμα παθεῖν, καὶ σημεῖον ὀργῆς ἐπιδεῖξαι, C καθάπερ οὖν ἀμέλει καὶ ἐπὶ Λαζάρῳ γέγραπται, ὅτι ἐμβριμώμενος ἑαυτῷ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ μνημεῖον ἐνεβάδιζεν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἐν ἐκείνοις τὴν κατὰ τοῦ θανάτου δριμεῖαν ἀπειλὴν ἐμβρίμησιν ἔφη, οὕτω κἀνθάδε τὸ κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς προδότου κίνημα τῷ τῆς ταραχῆς ὀνόματι κατεσήμαινεν. Ἐταράχθη δὲ εἰκότως, ἐπὶ ταῖς Ἰούδα δυστροπίαις ἀγανακτῶν. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς ἐκείνου δυσσεβείας τὸ ἐπέκεινα, ὅσα γε τοῖς ἄλλοις ἐν ἴσῳ μαθηταῖς τετιμημένος τε ὑπερφυῶς, καὶ ἐν τοῖς ἀπολέκτοις κατατεταγμένος, ὀλίγῳ ἀργυρίῳ παντελῶς τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην ἠλλάξατο, καὶ ἐσθίων τὸν ἄρτον αὐτοῦ τὴν πτέρναν ἐπῆρεν, οὐ τιμὴν, οὐ δόξαν, οὐ τῆς ἀγάπης τὸν νόμον, οὐ τὸ χρεωστούμενον ὡς Θεῷ σέβας, οὐχ ἕτερόν τι τῶν εἰς αὐτὸν γενομένων ὑπολογισάμενος, D εἰς μόνα δὲ βλέπων τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων μυσαρὰ δηνάρια, καὶ ὀλίγων ἀργυρίων κομιδῇ τὴν ἑαυτοῦ πωλήσας ψυχὴν, καὶ τὸ ἀθῷόν τε καὶ δίκαιον αἷμα, ταῖς τῶν μιαιφονώντων χερσὶν ἐγχειρισάμενος. Εὐλογωτάτη τοιγαροῦν ἡ τοῦ τεταράχθαι πρόφασις. Ἐπακολουθεῖ δὲ δριμὺς ὁ ἔλεγχος, οὕτω μὲν εἰς πρόσωπον ἰδικῶς τὸ ἑνὸς τῶν δώδεκα, περιιστάς γε μὴν εἰς μόνους αὐτοὺς τὸ οὕτω φρικωδέστατον κατηγόρημα, καὶ μονονουχὶ παρεγγυώμενος τῶν ἀκροωμένων ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν φυλάξαι ψυχὴν, μή ἄρα πως ἐκ ῥᾳθυμίας τοῖς οὕτω δεινοῖς ἁλώσηται βρόχοις, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου πικρίας γλυκὺ γένοιτο θήραμα. Ἐπωφελὴς οὖν ἄρα τῶν ἐλέγχων ἡ δύναμις, ἣν παρ'

οὐδὲν ποιησάμενος τοῦ προδόντος ὁ νοῦς, τῶν οἰκείων εἴχετο σπουδασμάτων. Ἐμφαντικώτατα τοίνυν ὁ Χριστὸς τὸ, « Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, » φησίν. Ἢ γὰρ τῆς τοῦ τολμῶντος ἀχαριστίας διὰ τούτου κατηγορεῖ, ἢ τῆς τοῦ διαβόλου κακίας δεικνύει τὸ μέγεθος, ὡς τοσοῦτον δυνηθείσης, ὡς καὶ αὐτῶν ἕνα τῶν ἀποστόλων ἁρπάσαι.

Ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ μαθηταὶ, διαπορούμενοι περὶ τίνος λέγει.

Ἔκπληξίς τε ὁμοῦ καὶ δέος εἰστρέχει τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀλλήλοις ἐνορῶσι, διπλοῦν ἐκ τῶν εἰρημένων ὠδίνοντες θόρυβον. Ἕκαστος μὲν γὰρ, κατὰ τὸ εἰκὸς, τῆς ἰδίας ὑπερτρέχων ψυχῆς, οὐκ ἐν ὀλίγῳ γέγονε δείματι, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς τὸ κοινὸν ὁρώσης ὑπολήψεως χάριν, οὐκ ἐλάττονα τῆς ἑτέρας τὴν ἀγωνίαν ἐδέχοντο. Ὅτι μὲν γὰρ ἀληθὲς ἔσται πάντως τὸ εἰρημένον πιστεύουσιν. Ἴσασι γὰρ, ὡς οὐκ ἂν διαπέσοι κενὸς τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, τό τέ γε μὴν εἰς τοῦτο δυσσεβείας κατωλισθηκέναι τῶν ἐν μαθηταῖς ἀπηριθμημένων τινὰ, δεινὸν καὶ ἀφόρητον εἶναι λογιζόμενοι, τὸ μὲν ἴδιον ἑκάστου συνειδὸς ἀνακρίνουσι, καὶ περιαθροῦσι δεινῶς ἐπὶ τίνα τῆς ἀπωλείας ὁ κλῆρος πεσεῖται, καὶ πόθεν, ἢ πῶς ἰσχύσει τοσοῦτον ὁ Σατανᾶς, ὡς καὶ αὐτῶν ἐκκλέψαι τῶν γνησίων τινά.

Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει. Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ· Κύριε, τίς ἐστιν; Ἀποκρίνεται οὖν ὁ Ἰησοῦς· Ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον δώσω

Θαυμάσαιμεν ἂν εἰκότως καὶ ἐν τούτῳ δὴ πάλιν τῶν ἁγίων μαθητῶν τὸ γοργὸν εἰς φιλοθεΐαν, καὶ τὸ λίαν ἀκριβὲς εἰς εὐλάβειαν. Οὐ γὰρ ἔχοντες ἐξ ἑαυτῶν εἰδέναι ὑπαίτιόν τινα, ἀλλ᾽ οὐδὲ ταῖς ἐκ στοχασμῶν ἀπάταις ἐπιθαρσήσαντες, φιλοπευστοῦσι πάλιν, καὶ μανθάνειν ἐπείγονται δι᾽ ἑνὸς τοῦ προὔχοντος, Πέτρος δὲ οὗτος ἦν, ὃς προσεκόμισε μὲν οὐδαμῶς δι᾽ ἑαυτοῦ τὴν πεῦσιν, τῷ δὲ πλησίον καὶ ἀγαπωμένῳ διὰ τὸ τῆς ἁγνείας λαμπρότερον τὸ διερωτᾷν ἐφίησιν. Ἰωάννης δὲ οὗτος ἦν ὁ τοῦ προκειμένου βιβλίου συγγραφεὺς, ὃς, ἐπείπερ ἠγαπῆσθαί φησιν ἑαυτὸν, τὸ οἰκεῖον κατέκρυψεν ὄνομα, σιγῇ παραδοὺς, ἵνα μή τῳ δόξαι φιλοκομπεῖν. Ἐλεύθερος γὰρ φιλοδοξίας τῶν ἁγίων ὁ νοῦς. Ἠρέμα τοίνυν τῷ διδασκάλῳ προσκεκλιμένος, διαψιθυρίζει λάθρα, καὶ μανθάνειν ἀξιοῖ τὸν τῆς ἀπωλείας υἱόν· ἀλλ᾽ οὐχ ἕτερόν τι σημεῖον αὐτῷ δίδωσιν ὁ Σωτὴρ τοῦ πράγματος, ἢ τὸ διὰ τῆς τοῦ Προφήτου φωνῆς καὶ πάλαι προκεκηρυγμένον· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ᾽ ἐμὲ πτερνισμόν. » Βάψας γὰρ ἐπιδίδωσι τὸ ψωμίον, δεικνὺς διὰ τούτου τὸν ἐσθίοντα τὸν ἄρτον αὐτοῦ. Καὶ τὸν μὲν τῶν ἁγίων μαθητῶν ἐξίστησι φόβον, ἄγει δέ πως αὐτοὺς εἰς ἀνάμνησιν προφητείας ἑτέρας διαγορευούσης ὡδί· « Σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε, ἰσόψυχε ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου, ὃς

A bat. Magna itaque cum emphasi Christus : « Unus ex vobis me tradet, » ait. Vel enim proditoris ingratum animum his verbis accusat, vel diabolicæ nequitiæ magnitudinem ostendit, quæ tantum potuerit, ut etiam unum ex ipsis apostolis corripuerit.

XIII, 22. *Aspiciebant ergo ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.*

Stupor simul ac timor invadit Christi discipulos, et intuentur alii in alios, duplicem ex dictis concipientes metum. Unusquisque enim, ut par est, de sua anima sollicitus, non parvo erat in metu, sed et cum de cæteris in commune cogitarent, de alia non minus anxii erant. Credunt quippe verum uti-
B que fore quod dictum est. Sciunt enim Servatoris sermonem irritum esse non posse, sed eo impietatis decidisse quemquam e discipulis, grave et intolerandum esse putantes, suam quisque conscientiam examinant, et in quem exitii sors casura sit exacte rimantur, et unde aut quomodo tantum potestatis habiturus sit Satanas, ut quemquam e genuinis discipulis abripiat.

XIII, 23-26. *Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, et dixit ei : Quis est iste de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus*
C *Jesu, dicit ei : Domine, quis est? Respondit Jesus : Ille est cui ego intinctum panem porrexero.*

Hic rursus etiam sanctorum discipulorum ardentem erga Deum amorem et **736** sincerum pietatis ac religionis studium mirari jure oportet. Nam cum ex seipsis non possent ullum sontem agnoscere, sed neque fallacibus conjecturis confisi, sciscitantur denuo ac discere nituntur per unum illum primarium, Petrum videlicet, qui nequaquam per se interrogavit, sed ei qui proximus erat ac dilectus, propter castitatis splendorem, quærendum relinquit. Joannes autem is erat, libri hujus scriptor, qui quoniam se dilectum fuisse ait, idcirco suum nomen reticuit, ne cuiquam inani gloria ductus
D videretur. Ambitionis quippe expers est sanctorum animus. Sensim ergo inclinatus ad pectus magistri clam quærit quis sit erditionis ille filius; sed non aliud dat ei Servator rei signum, quam quod per Prophetæ vocem olim prædictum est : « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [85]. » Intinctam quippe buccellam tradit, per hoc eum ostendens qui manducaret panem ejus. Et sanctorum quidem discipulorum formidinem removet, sed eis in memoriam adducit alteram prophetiam, quæ ait : « Tu vero homo unanimis dux meus, et notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos : in domo Dei ambulavimus

[85] Psal. XL, 10.

cum consensu [86]. » Unanimis enim, ac notus, et mensæ consors, et quæcunque genuinum efficere possent, fuit olim Servatori etiam ipse proditor, utpote una cum aliis sanctis discipulis electus, qui eumdem cum Servatore scopum habentes, et totam una cum ipso Judæam circumeuntes, strenui miraculorum ministri erant, omniaque facere ardebant quæ ad honorem et gloriam ejus spectabant; sed notus ille et unanimis turpi quæstu honorantis gratiam mutavit. Observa porro denuo quo pacto nos recte excitet sapientissimus evangelista, ut in vita quam maxime nos observemus, et ingenii aciem exerceamus ad contemplationes divinas facile assequendas, et divinarum rerum cognitionem quoad licet exprimendam. Summis quidem honoribus ornatum se esse et a Servatore nostro Christo dilectum ait, ut et in ipso Domini sinu recumberet, quod in summi amoris trahit argumentum. Proximi itaque Deo, et primis quodammodo apud eum locis maxime omnium sedebunt qui purum cor habent, quibus et eximium Servator ipse præmium tribuit, « beatos » fore dicens **737** « mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [87]. » Quod quidem verum esse, ipsius sapientissimi evangelistæ testimonio confirmabimus. Vidit enim gloriam Christi, juxta ipsius vocem. « Vidi enim gloriam ejus, inquit, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis [88]. » Quippe corporeis oculis nemo spectare potest naturam universæ creaturæ inconspicabilem. Nec enim quisquam Patrem vidit, ut Servator ait [89], nisi is qui est a Deo, id est Filius; hic vidit Patrem. Verumtamen iis qui mundana labe et inanibus vitæ hujus curis puram et vacuam mentem habent, per subtilem utique captum omnem excedentem contemplationem suam gloriam Christus revelat, ostendens et Patris in ea gloriam. Idcirco enim aiebat : « Qui vidit me, vid.t et Patrem [90]. »

A ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα· ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ. » Ἰσόψυχος μὲν γὰρ γνωστός τε καὶ ὁμοτράπεζος, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τελούντων εἰς γνησιότητα, γέγονέ ποτε τῷ Σωτῆρι καὶ αὐτὸς ὁ προδότης, ἅτε δὴ τοῖς ἑτέροις ἐγκατειλεγμένος ἁγίοις μαθηταῖς, οἳ τὸν αὐτὸν ἔχοντες τῷ Σωτῆρι σκοπὸν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων συμπεριθέοντες χώραν, ὑπηρέται γοργοὶ τῶν θαυμάτων ἐγίνοντο, καὶ πάντα πράττειν ἠπείγοντο τὰ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ γνωστὸς, καὶ ἰσόψυχος, αἰσχρῶν λημμάτων ἠλλάξατο τὴν τοῦ τιμήσαντος χάριν. Ἐπιτήρει δὲ πάλιν, ὅπως ἡμᾶς παραθήγει καλῶς ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς εἰς τὸ βιοῦν ἐθέλειν ὅτι μάλιστα λογικώτατα, καὶ τῆς διανοίας ἐπασκεῖν τὴν ὀξύτητα πρὸς τὸ δύνασθαι καὶ λίαν εὐπετῶς τῶν B θείων καθικνεῖσθαι θεωρημάτων, καὶ τῆς θεοπτίας ἐξακριβοῦν ὅσον ἔνι τοὺς λόγους ἐπείγεσθαι. Τὰ διαπρεπῆ τετιμῆσθαι, καὶ ἠγαπῆσθαί φησιν ἑαυτὸν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὡς καὶ ἀνακεῖσθαι πλησίον, καὶ αὐτῷ τῷ κόλπῳ τῷ Δεσποτικῷ, δεῖγμα τῆς εἰς αὐτὸν ὑπερφυοῦς ἀγαπήσεως τὸ πρᾶγμα ποιούμενος. Πλησίον οὖν ἄρα Θεοῦ, καὶ ἐν πρώτοις ὥσπερ ἔσονται τόποις τοῖς παρ' αὐτῷ μάλιστα δὴ πάντων οἱ τὴν καρδίαν ἔχοντες καθαρὰν, οἷς καὶ ἐξαίρετον ἀπονέμει γέρας καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, μακαρίους ἔσεσθαι λέγων τοὺς καθαροὺς τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Καὶ παροίσομεν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῶς εἰρῆσθαι τὸν λόγον, αὐτὸν δὴ τουτονὶ τὸν σοφώτατον εὐαγγελιστήν. Τεθέαται γὰρ τὴν C δόξαν Χριστοῦ, κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνήν. « Τεθέαμαι γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ, φησὶ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. » Οὐ γὰρ δὴ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς ἐπαθρῆσαι τις ἂν τὴν ὅλῃ κτίσει παντελῶς ἀθέατον φύσιν. Οὐ γὰρ ἑώρακέ τις τὸν Πατέρα, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν ὁ Υἱὸς, οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα. Τοῖς γε μὴν κηλῖδος τῆς κοσμικῆς καὶ φροντίδος εἰκαίας τῆς ἐν τῷδε τῷ βίῳ φημὶ, τὸν νοῦν ἔχουσιν ἀπηλλαγμένον, διὰ λεπτῆς ἄρα καὶ τάχα τῆς ὑπὲρ νοῦν θεωρίας τὴν οἰκείαν δόξαν ἀποκαλύπτει Χριστὸς, δεικνὺς ἐν αὐτῇ καὶ τὴν τοῦ Πατρός. Διὰ γὰρ τοῦτο ἔφασκεν, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. »

XIII, 26, 27. *Et cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ, et post buccellam introivit in eum Satanas.*

Manifestissimum suis discipulis Servator proditoris signum dedit. Intinctam enim offulam tradidit, per hoc ostendens eum qui edebat panem suum, et qui levaturus erat calcaneum suum. Præterea impietatis in Christum et crudelitatis ducem omniumque malorum artificem irrupisse ait sapientissimus evangelista in cor proditoris, totumque in eum ingressum Satanam, postquam offulam tradidisset. Neque vero quisquam rursus existimet offulam istam diabolici ingressus fuisse causam. Nec enim eo stuporis veniemus unquam, aut mente ita destituti erimus, ut eulogiam ingressus causam datam fuisse Malo suspicemur, quin id potius vere dicemus quod, cum omnes amoris et

Βάψας οὖν τὸ ψωμίον, δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ, καὶ μετὰ τὸ ψωμίον εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς.

Ἐναργέστατον μὲν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸ τοῦ προδιδόντος σημεῖον ἔδειξεν ὁ Σωτήρ. Βάψας γὰρ D ἐπιδέδωκε τὸ ψωμίον, τὸν ἐσθίοντα τὸν ἄρτον αὐτοῦ διὰ τούτου καθιστὰς ἐμφανῆ, καὶ τὸν ἐπαίρειν μέλλοντα τὴν πτέρναν αὐτοῦ. Τόν γε μὴν τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας καὶ μιαιφονίας ἡγεμόνα, καὶ πρύτανιν, καὶ τῶν ὅλων κακῶν κατασκευαστὴν εἰσπεπηδηκέναι φησὶν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς εἰς τὴν τοῦ προδότου καρδίαν, καὶ ὅλον ἐν αὐτῷ γενέσθαι τὸν Σατανᾶν μετὰ τὴν ἐπίδοσιν τοῦ ψωμίου. Καὶ μή τις οἰέσθω πάλιν, τοῦ δεδέχθαι τὸν Σατανᾶν τὸ ψωμίον γενέσθαι παραίτιον τῷ προδότῃ. Οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἀποπληξίας ἥξομεν μέτρον, ἀλλ' οὐδὲ τῆς καθηκούσης ἔρημοι γεγονότες φρενὸς, εἰσόδου πρόφασιν δεδόσθαι τῷ

[86] Psal. LIV, 15. [87] Matth. v, 8. [88] Joan. I, 14. [89] Joan. VI, 46. [90] Joan. XIV, 9.

Πονηρῷ τὴν εὐλογίαν ὑπονοήσομεν. ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐροῦμεν οὐκ ἔξω τῆς ἀληθείας τὸν ἐπ' αὐτῷ καθιστάντες λόγον· Ἐπειδὴ γὰρ ἁπάσης ἀγάπης εἰς αὐτὸν τετελεσμένης, καὶ οὐδενὸς τὸ παράπαν ἐλλείψαντος τῶν τελούντων εἰς τιμὴν καὶ διάθεσιν, τῶν αὐτῶν εἴχετο σπουδασμάτων, οὐ ταῖς μεταγνώσεσι τὸ κακῶς δόξαν ἐπανορθούμενος, οὐ μεθίσταται τὴν καρδίαν ἐκ τῆς ἀθέσμου βουλῆς, οὐ δακρυῤῥοήσας ὅλως ἐφ' οἷς καὶ μόνον ἐνθυμηθῆναι τετόλμηκεν, ἀλλ' ἔτι χειρόνως διψήσας τῆς δυσσεβείας τὸ πέρας, διὰ τολμημάτων ἡττῆσθαι κακῶν, εἰσῆλθε λοιπὸν ὁ Σατανᾶς, καθάπερ τινὰ πύλην τῆς τοῦ φυλάττοντος ἐρήμην νήψεως ἀναπετασθεῖσαν αὐτοῦ τὴν καρδίαν εὑρὼν, καὶ ἀθύρωτον ὄντα θεωρήσας τὸν νοῦν, θερμόν τε ἤδη πρὸς τὸ βούλεσθαι δρᾷν, ἅπερ ἂν ἐθέλῃ καὶ διασκέψηται. Τετριμμένον δὲ ὥσπερ τοῦτο τῷ Πονηρῷ, διὰ πάσης ὥσπερ ἰόντες τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εὑρήσομεν. Πρόσεισι μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς τὴν τῶν σεβομένων τὸν Θεὸν δοκιμάζων καρδίαν, καὶ πονηροὺς ἐν πρώτοις κατασπείρει λογισμοὺς, καὶ ταῖς εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς πρὸς πᾶν εἶδος ἡμᾶς ἐρεθίζει πταισμάτων· μάλιστα δὲ πρὸς ἐκεῖνο πίπτει βαρὺς, πρὸς ὅπερ ἂν βλέπῃ προπεπονθότας ἤδη καὶ προηττωμένους. Συνεργάτην γὰρ ὥσπερ ταῖς ἑαυτοῦ δυστροπίαις ἀεί πως δέχεται τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, καὶ τὸ προαδικῆσαν πάθος τὸν ἡμέτερον νοῦν. Οἷον φέρε εἰπεῖν· Παρενοχλεῖ μὲν τῷ δεῖνι τυχὸν, καὶ θερμὴν ἐπάγει τὴν αἴσθησιν τὸ τῆς σαρκικῆς ἡδονῆς βδελυρώτατον κίνημα· ἑτέρῳ δὲ τὸ κερδῶν ἡττᾶσθαι κακῶν, καὶ ἀνοσίων χρημάτων πορισμὸν ἄριστον εἶναι δοκεῖ πως, καὶ τοῦτο τετίμηται. Ὅταν οὖν προσίῃ μαχόμενος, σύνοπλον ποιεῖται τὸ προκρατῆσαν ἐν ἡμῖν, καὶ προπολεμῆσαν πάθος, καὶ δι' ἐκείνου πάντως ἡμῖν τὸν τῆς ἀπωλείας μηχανᾶται τρόπον. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις τῶν ἄριστα πολεμαρχεῖν εἰωθότων, πόλιν τινὰ κύκλῳ περισχὼν, καὶ διὰ πάσης μηχανῆς εἰσελθεῖν ἐπὶ τὰ τοῦ τείχους ἠσθενηκότα μέρη, προσκομίζεσθαι κελεύει τὰς ἑλεπόλεις, εὐκαίρως αἱρήσειν ἐντεῦθεν εἰδώς· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ὁ Σατανᾶς, ὅτε τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκπολιορκῆσαι βούλεται, πρὸς τὸ ἀτονῆσαν μέρος ἐν αὐτῇ χωρεῖ, καταστρέψειν οὕτως εὐκόλως οἰόμενος, ὅταν ἴδῃ μάλιστα μηδεμίαν ἐπιδεχομένην τὴν ὄνησιν, δι' ὧν ἦν εἰκὸς ἀδικεῖσθαι τὸ πάθος, οἷον εἰσηγήσεις ἀγαθὰς, τοὺς ἐπ' ἀνδρείᾳ παροξυσμοὺς, τὰς εἰς εὐσέβειαν ὑπομνήσεις, καὶ τὴν μυστικὴν εὐλογίαν. Καταργεῖ γὰρ μάλιστα δὴ τοῦτο τοῦ διαβόλου τὸν ἀνδροκτόνον ἰόν (1). Οὐκοῦν ὁ προδότης οὐκ ἐλέγχους ἐδυσωπήθη τοὺς ἔτι λεληθότως καὶ ἐν παραβύστῳ προκεκομισμένους, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἄμαχον τῆς ἀγάπης ἰσχὺν, οὐ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ χάριν, οὐ τὴν εὐλογίαν τὴν παρὰ Χριστοῦ· ἀπερισκέπτως δὲ ὥσπερ καὶ ἀπερικλάστῳ τόνῳ πρὸς ἐκεῖνο καὶ μόνον ὁρῶν, εἰς ὅπερ ἤδη προήττητο, τῆς φιλοκερδείας νόσημά φημι, λοιπὸν ὁλοκλήρως ἥλω τε καὶ πέπτωκεν. Οὐ γὰρ ἔτι σύμβουλον ἔχει τὸν Σατανᾶν, ἀλλ' ὅλης ἤδη τῆς καρδίας δεσπότην καὶ κατεξουσιαστὴν ποιεῖται τῆς ἑαυτοῦ διανοίας, τὸν ἐν ἀρχαῖς ψιθυρί-

A dilectionis numeri erga eum impleti fuissent, nihilque honoris et affectus erga eam relictum esset, quia tamen in eodem studio ac proposito manebat, mala consilia pœnitudine non emendans, nec animum ab iniqua molitione avocans, nec lacrymas fundens ob ea quæ in animo versare ausus erat, sed patrandi sceleris graviori siti æstuans, quia, inquam, nefariis ausibus succubuit, idcirco Satanas in eum tandem ingressus est, cor ejus ceu januam apertam omnique custodia destitutam **738** reperiens, et animum porta vacuum aspiciens, et ad agendum quod vellet ac statueret oppido strenuum. Quod quidem tritum ac familiare esse Malo, in Scripturis divinis passim comperiemus. Accedit enim primum tentans corda cultorum Dei, et ma-B las imprimis cogitationes inserit, atque libidinibus improbis ad omne genus peccati nos impellit, sed eo maxime infestus ruit, qua parte nos ante sauciatos ac debilitatos viderit. Infirmitatem quippe nostram, et affectum cui animus ante succubuerit, perversitatis suæ adjutricem capit. Exempli gratia: Quidam carnalis voluptatis detestabili motu æstuat: alter turpis lucri et impiarum pecuniarum cupiditatem in pretio habet. Cum ergo ad pugnam accesserit, perturbationem illam quæ in nobis prævaluit ac vicit, ad nos expugnandos arripit, et per eam utique nobis exitii modum machinatur. Quemadmodum enim egregius dux et imperator exercitus, cum urbem aliquam obsidione cin-C xit, debilioribus muri partibus machinas admovet, quibus ingressum in urbem parari, eamque capi commode posse novit, eodem, opinor, modo Satanas, cum expugnare vult hominis animam, ad debiliorem ejus partem se confert, sperans se hac ratione facile eam eversurum, maxime cum viderit inde nullam utilitatem capere, unde par est perturbationem reprimi, cujusmodi sunt admonitiones bonæ, ad fortitudinem, et ad pietatem, et ad mysticam eulogiam exhortationes. Hoc enim maxime diaboli jaculum illud homicidam repellit. Igitur proditor non reprehensionum, quæ subobscure adhuc fiebant, pudore tactus est, sed neque dilectionis vim, non honorem, gloriam, atque gratiam, non eulogiam quam a Christo accepit reveritus, D verum temere et contumaciter in eo hærens cui ante succubuerat avaritiæ morbo, tandem totus captus est ac cecidit. Nec enim amplius suasorem habet Satanam, sed jam totius cordis sui dominum ac mentis suæ rectorem facit eum qui primum fuerat insusurrator. Ingressus enim est in eum, ut est in Evangelio. Gavendæ itaque et omni ope removendæ sunt cupiditates **739** animi, unde secutura detrimenta novimus: sed et meminisse oportet dicentis: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris ei, quia sanatio cessare faciet peccata magna. Necesse est enim vi cogitationum in nostris cordibus

(1) Ed. Aub., τοῦ διαβόλου τὸν ἀνδροκτόνον υἱόν, *diaboli filium illum homicidam*. EDIT.

corrobari dominantis spiritum. Nam licet potestatis nostræ non sit facere, ne tales spiritus, id est cogitationes in mentem nostram ascendant, possumus tamen quod ascenderit ejicere, nec committere ut magnas propter negligentiam nostram in mente nostra agat radices : sed veluti quoddam amaritudinis initium confestim exscindere, ac mentem molestia vacuam reddere : alioqui dubitandum non est quin paulatim Satanas vincat blanditiis, nobisque id eveniat quod ait Psalmista : « Priusquam humiliarer ego deliqui [91]. » Ante peccati enim consummationem delinquimus cogitationum conscientia, illud honorantes, ac suscipientes, et per hoc ingressus locum Satanæ tribuentes. Cujus rei figura nobis et imago erit proditoris casus.

A ζοντα. Εἰσῆλθε γὰρ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνήν. Φυλακτέον οὖν ἄρα, καὶ παντὶ σθένει παραιτητέον τὰς ἐκ τῶν προσπαθειῶν ζημίας· χρῆναι δὲ δεῖν διαμεμνῆσθαι τοῦ λέγοντος· Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς, ὅτι ἴαμα καταπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἀνακτίζεσθαί πως ἐν δυνάμει λογισμῶν ταῖς ἡμετέραις καρδίαις τὸ τοῦ ἐξουσιάζοντος πνεῦμα. Εἰ γὰρ ἐν ἡμῖν τὸ δύνασθαι διακωλύειν, τοῦτό γε πλὴν ἐν ἡμῖν*, τὸ κολάζειν παραχρῆμα τὸ ἀνελθὸν, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν ῥιζοῦσθαι ταῖς ἐκ ῥᾳθυμίας ἐνδόσεσιν, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ πικρίας ἀρχὴν ἀποτέμνειν ἐπείγεσθαι, καὶ ἀπαρενόχλητον ἰέναι θελῆσαι τὸν νοῦν· ἥγουν εἰδέναι σαφῶς, ὅτι νικήσει κατὰ βραχὺ κολακεύων ὁ Σατανᾶς, καὶ πάθοιμεν ἂν τοιοῦτον, ὁποῖον B ὁ Ψάλλων φησί· « Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα. » Πρὸ γὰρ τοῦ παθεῖν τελείως τὴν ἁμαρτίαν, προπλημμελοῦμεν ἡμεῖς τῇ συνέσει τῶν λογισμῶν, τιμῶντες αὐτὴν, καὶ καταδεχόμενοι, καὶ τόπον εἰσόδου διδόντες διὰ τούτου τῷ Σατανᾷ. Ἔσται δὲ τύπος καὶ εἰκὼν τοῦ πράγματος τοῦ προδότου τὸ πάθος.

XIII, 27, 28. *Et dixit ei Jesus : Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei.*

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ.

Dissonus forte, nec multum consentaneus antedictis videri possit textus propositus. Cur enim, dicet aliquis, neque id abs re, cum clam argueret, nec clare Dominus ab impia cæde proditorem averteret, nunc ad eam instigare videtur, et hortari ut detestabile tamque impium facinus strenue aggrediatur? At quid necesse erat, inquit, hominem per se satis incitatum eo impellere, cum præstaret admonitionibus in melius revocare, et a proposito ipsum consilio avertere? Et quidem erit qui absurdum esse fateatur quod hic inclamat Christus : verumtamen si propositi loci sensum acutius inspexerit, nihil absurde dictum comperiet, sed acrem potius subesse sensum, quem ego pro virili paucis conabor explicare. Prudentissime itaque sapiens evangelista superius dixit ipsum Satanam in cor proditoris prius irrupisse atque introisse, ut videretur tandem Dominus noster Jesus Christus ipsi potius quam ei qui reapse ac vere ab ipso per **740** negligentiam victus fuerat dicere, « Quod facis, fac cito. » Idem enim est ac si aperte diceret : Tuum opus, quod unum nosti et facere soles, o Satana, fac cito. Occidisti prophetas, Judæis quippe ad impietatem ducem te præbuisti, et lapidandos curasti qui salutarem Israeli doctrinam nuntiabant, nemini eorum qui a Deo missi sunt pepercisti : omne crudelitatis et furoris genus ultra modum exercuisti. Venio igitur post illos ego, errantibus daturus ut non amplius errent, in tenebris degentes in luce divina collocaturus, in tuos laqueos lapsos ac tuæ crudelitatis prædam factos tuis vinculis expediturus. Venio peccati propter te regnantis eversurus tyrannidem, et quis sit natura Deus omni homini patefacturus. Sed

Ἀπᾷδον μὲν ἴσως, καὶ οὐ σφόδρα συμβαῖνον τοῖς ἤδη προειρημένοις δόξειεν ἂν εἶναί τῳ τυχὸν τὸ προκείμενον. Ἀνθότου γὰρ δὴ, φήσειεν ἂν, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, διελέγχων κεκρυμμένως, καὶ οὐκ ἐναργῶς ἀποτρέπων ὁ Κύριος τῆς εἰς αὐτὸν μιαιφονίας τὸν προδιδόναι σπουδάζοντα, νῦν πρὸς αὐτὴν παραθήγων ὁρᾶται, ἀμελλητὶ δὲ βαδίζειν πρὸς τὸ οὕτω μυσαρόν C τε καὶ ἀνόσιον διακελεύεται σπούδασμα; Καίτοι τί μᾶλλον τὸν οἴκοθεν ἔδει νοσοῦντα παροτρῦναι, φησὶ, πρὸς τοῦτο, καὶ τεθηγμένον ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀνασειράζειν ταῖς νουθεσίαις ἐπὶ τὸ ἄμεινον, καὶ τῆς προτεθείσης αὐτὸν ἀνακόψαι βουλῆς; Καὶ δοίη μὲν ἄν τις σφόδρα τοῦ πρέποντος διαμαρτεῖν λογισμοῦ τὴν ἐπὶ τούτῳ καταβοήν· ὀξυωπέστερόν γε μὴν τοῖς ἐν τῷ προκειμένῳ θεωρήματι ἐνείρας [γρ. ἐνερείσας] τὸν νοῦν, ἀτόπως μὲν οὐδὲν εἰρημένον εὑρήσει, δριμεῖαν δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ἐνυπάρχουσαν σύνεσιν, ἣν καὶ, ὅπως ἂν δύνωμαι, διὰ βραχέων εἰπεῖν πειράσομαι. Προνοητικώτατα τοίνυν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ὁ σοφὸς εὐαγγελιστὴς προεισπηδῆσαι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν τοῦ προδότου καρδίαν αὐτὸν ἔφη τὸν D Σατανᾶν, ἵνα φαίνηται λοιπὸν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς αὐτῷ μᾶλλον, ἤπερ ὄντως τε καὶ ἀληθῶς τῷ παρ' αὐτοῦ δι' ἀπροσεξίας κεκρατημένῳ λέγειν· « Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. » Ὅμοιον γὰρ, ὡς εἰ λέγοι σαφῶς· Τὸ σὸν ἔργον ὅπερ οἶσθα μόνον, καὶ δρᾷν ἀεί σοι φίλον, ὦ Σατανᾶ, ποίησον τάχιον. Ἀπέκτεινας τοὺς προφήτας (ἐστρατήγεις γὰρ εἰς ἀσέβειαν Ἰουδαίοις), καὶ τότε καταλευσθῆναι παρασκευάσας τους τὸν σωτήριον τοῦ Ἰσραὴλ πρεσβεύοντας λόγον, οὐδενὸς ἐφείσω τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Θεοῦ· πᾶσαν εἰς αὐτοὺς ἀπεδείξω τὴν ὑπὲρ λόγον ὠμότητα καὶ μανίας ὑπερβολήν. Ἥκω τοιγαροῦν μετ' ἐκείνους ἐγὼ, τοῖς μὲν ἔτι πλανωμένοις τὸ μηκέτι πλανᾶσθαι

[91] Psal. CXVIII, 67.

διδούς, τοῖς ἐν σκότει κατορθῶν τὸ ἐν φωτὶ γενέσθαι τῷ θείῳ, τοῖς εἰς τὴν σὴν παγίδα κατολισθήσασι καὶ θήραμα τῆς σῆς γενομένοις ὠμότητος, τὸ ἔξω βρόχων γενέσθαι δωρούμενος. Ἥκω τῆς διὰ σὲ τυραννούσης ἁμαρτίας καταλύσων τὸ κράτος, καὶ τίς ὁ φύσει Θεὸς ἐπιδείξων ἀνθρώπῳ παντί. Ἀλλ' οἶδα λοιπὸν οὐ μετρίως τὴν σὴν ἀτίθασσον φρένα. Ὅπερ οὖν ἔθος σοι τολμᾷν, ἐπὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα κατορθοῦν ἐθέλουσι, πράττε καὶ νῦν. Ἀνιάσεις γὰρ οὐδαμῶς ἐπιπίπτων ὀξὺς, καὶ σφόδρα δριμὺς ἐγκείμενος, ὅσον ἂν ἔσται τὸ πάθος δι' ἐμοῦ βαδίσαν ἐν ἀρχῇ. Καὶ ταυτὶ μὲν ἔγωγε τοῦ Σωτῆρος τὰ ῥήματα, τὴν τοῦ προκειμένου δύναμιν ὑπαινίττεσθαί πως ὑπολαμβάνω· ἐπιταχύνεσθαι δὲ διὰ τοῦτο προστάττει τὰ τολμήματα, φέρε δὴ πάλιν διασκεπτώμεθα. Καίτοι πάνδεινον μὲν τὸ τῶν ἀνοσίων εὑρίσκεται θράσος, ἐμπαροινεῖν ἀκαθέκτως ἑλομένων αὐτῷ. Προσδοκᾷν γὰρ ἦν αἰκίσματα, καὶ δυσφήμων ὄχλον οὐ φορητὸν, πληγὰς καὶ ἐμπτύσματα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐλεεινὸν τὸν ἐπὶ ξύλῳ θάνατον, ἥλους, καὶ σταυρὸν, ὄξος, καὶ χολὴν, καὶ τὰ ἐκ λόγχης τραύματα. Τί τοιγαροῦν ἐπισπεύδει, φησὶ, καὶ ἀμελλητὶ δρᾶσθαι βούλεται παρὰ τοῦ διαβόλου τὰ ἐπὶ τῷ πάθει τολμήματα; Καὶ γὰρ ὑπηρέται γεγόνασιν Ἰουδαῖοι καὶ ὑπουργοὶ τῶν κακῶν. Ἀλλ' ἐκείνῳ τὸ πᾶν ἐπιθήσομεν στρατηγοῦντι πρὸς μιαιφονίαν, καὶ ἀπαρχῶν ἐξάρχοντι τῶν κακῶν. Ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα δεινὰ τὰ εἰς Χριστὸν τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων τολμήματα, καὶ ἀφόρητος τῶν σταυρωσάντων ἡ ὕβρις, ἀλλ' ᾔδει τοῦ πάθους τὸ πέρας, καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν ἀποβησόμενον. Ἔμελλε γὰρ διὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ πεσεῖσθαι μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἡ τοῦ διαβόλου τυραννὶς, καταργεῖσθαι δὲ θάνατος, καὶ τὸ τῆς φθορᾶς ἀφανίζεσθαι κράτος, ἀπολύεσθαί τε τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἀρᾶς τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἀργήσειν προσεδοκᾶτο λοιπὸν ἐκ φιλανθρωπίας καὶ χάριτος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τό· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Ἔμελλεν ἀνομία πᾶσα, κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνὴν, ἐμφράξειν στόμα αὐτῆς, καὶ κατηγορεῖν μὲν οὐκέτι τῶν ὑπ' αὐτὴν γεγονότων, ἀφανίζεσθαι δὲ παντελῶς ἔμελλον οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸν ἀληθῶς φύσει καὶ μόνον οὐκ εἰδότες Θεὸν, οἳ τῇ εἰς Χριστὸν δεδικαίωνται πίστει, ἀνοιχθήσεσθαι λοιπὸν ἡ τοῦ παραδείσου προσεδοκᾶτο πύλη. Ἔμελλε τοῖς ἀνωτάτω τὰ κάτω συνάπτεσθαι, καὶ ἀνοίγεσθαι μὲν οὐρανοὺς, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· τὰ δὲ τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάγματα ἀναβαίνειν, καὶ καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Εἶτα τοσούτων, εἰπέ μοι, προσδοκωμένων ἀγαθῶν, καὶ λαμπρᾶς οὕτως ἐλπίδος ἀνατικτομένης ἡμῖν διὰ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ· πῶς οὐκ ἔδει τὸν τὴν ἡμετέραν διψήσαντα σωτηρίαν, διά τε τοῦτο καθ' ἡμᾶς γεγονότα χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν οὕτω τριπόθητον ἐπείγεσθαι βλέπειν ἤδη παρόντα καιρόν; Πῶς δὲ οὐκ ἐχρῆν τὸν οὐδὲν εἰδότα κακὸν καταφρονῆσαι μὲν τῶν ἐκ διαβολικῆς κακουργίας ἐσκευασμένων, ἐπείγεσθαι δὲ μᾶλλον ἐλθεῖν εἰς τὸν τριπόθητον καιρὸν τῆς οὕτω λαμπρᾶς ἑορτῆς; Οὐκ εἰδότι τοιγαροῦν τῷ

apprime novi efferatum tuum animum. Quod ergo audere soles, fac etiamnum. Nequaquam enim me lædes, tametsi infestus ruas, donec advenerit passio. Atque his ego verbis Servatoris loci propositi sensum quodammodo subinnui opinor: sed cur facinus accelerari jubeat, age denuo consideremus. Gravissima quippe est Judæorum impiorum audacia, incredibili furore in eum sævire meditantium. Flagra enim, et maledictorum turba intolerabilis, plagæ, sputa, ad extremum miserabilis mors in ligno, clavi, crux, acetum, et fel, et ex hasta vulnus eum manebant. Quid ergo festinat, inquit, ac sine mora vult a diabolo peragi passionis nefarium facinus? Ministri enim et exsecutores malorum horum fuere Judæi. Ipsi tamen ut omnium duci et in cædem Christi conjuratorum atque primitiarum malorum principi totum ascribemus. Atqui, licet acerbissima quæque Judæi in Christum machinarentur, et intolerabilis esset crucifigentium furor, passionis tamen exitum, et quid hinc eventurum esset noverat. Eversum iri nempe funditus per venerandam crucem diaboli tyrannidem, mortem destructum iri, et corruptionis delendum imperium, et vetere illo maledicto liberandum genus humanum, adeoque benignitate et gratia Servatoris nostri Christi cessaturum illud: « Terra es, et in terram reverteris [91]; » **741** omnem iniquitatem oppilaturam os suum, juxta Prophetæ vocem [92], nec amplius sibi obnoxios accusaturam, et delendos plane quotquot in orbe terrarum Deum verum, naturalem, et unicum non norant, quotquot vero fide in Christum justificati sunt, iis paradisi januam aperiendam. Supremis inferiora hæc conjungenda, et apertum quidem iri cœlum, juxta Servatoris vocem, sanctorum autem angelorum ordines ascensuros ac descensuros supra Filium hominis [93]. Cum tot igitur bona exspectarentur, ac tam clara spes nobis per salutarem crucem rursus excitaretur, quomodo necesse non erat ut qui nostram salutem tantopere optabat, atque eam ob rem factus erat homo sicuti nos, absque peccato, optatissimum hoc tempus videre percuperet? Qui vero necesse non erat ut qui mali nihil noverat, diabolicæ nequitiæ molitiones contemneret, et ad tam claræ festivitatis optatissimum tempus properaret? Ignoranti ergo Satanæ sibi bellum parari, nescientique prorsus patibulum crucis struendo dare seipsum præcipitem, Servator aiebat: « Quod facis, fac citius. » Interminantis enim potius quam adhortantis est oratio. Quemadmodum enim, si quis juvenis insigni robore præditus irruentem magno impetu quemdam viderit, et acuta securi dextræ aptata, gnarus a se interfectum iri adversarium, exclamet, « Quod facis, fac citius, » experiere enim dextræ meæ robur, nemo certe dixerit vocem hanc esse mori volentis, sed præscientis potius de adversario victoriam ex-

[91] Gen. III, 19. [92] Psal. CVI, 42. [93] Joan. I, 51.

reportatorum : ita Dominus noster Jesus Christus contendere cursu quodammodo jubet Satanam ad nefarium suum facinus. Jam enim efficiet ut videatur in præceps datus hominum perditor, et orbis terrarum tyranni illius ac victoris impotentia liberetur, quem fraude sua oppressit, ut et a vera in Deum fide avocaret. Ignorant porro discipuli vim sermonis. non sine divina, ut videtur, ordinatione Christo hanc illis non revelante : nam et alibi præmonstrare videtur se traditum iri in manus peccatorum, et crucifigendum se, atque interficiendum, dieque tertia resurrecturum [95]; verum præcipiens illis uti nemini prorsus hæc dicerent. **742** Principem quippe sæculi hujus celare suam naturam sibi proposuerat, ut et veniens crucifigeretur, et in crucem actus mortem everteret, et credentibus in eum salutem perficeret. Occultat igitur singulari ac divino consilio pleraque eorum quæ dicuntur. Sciebat enim, ut Deus, quæcunque conducerent.

Σατανᾷ, ὅτι τῆς ἑαυτοῦ καταστρατεύεται κεφαλῆς, ἀγνοήσαντί τε παντελῶς, ὅτι κατὰ κρημνοῦ τρέχει, τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ διαπήξας θάνατον, ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. » Ἀπειλοῦντος γὰρ μᾶλλον ἢ προτρέποντος ὁ λόγος ἐστίν. Ὥσπερ γὰρ νεανίας πρὸ ἥβης, καὶ καλὸς, καὶ σφριγῶσαν ἔχων ἐν τῷ σώματι δύναμιν, ὁρῶν μὲν ἐφ' ἑαυτῷ δρομαῖον ἰόντα τινὰ, ὀξεῖ δὲ πελέκει τὴν δεξιὰν ἐναρμόσας, καὶ εἰδὼς ὅτι τεθνήξεται πάντως ἐλθὼν, ἀναφθέγγοιτο τυχὸν, Ὃ ποιεῖς, ποίει τάχιον· ὄψε γὰρ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς τὴν δύναμιν· καὶ οὐ δή που τεθνᾶναι σπουδάζοντος ἐρεῖ τις τὸ ῥῆμα, προειδότος δὲ μᾶλλον ὅτι νικήσει, καὶ περιέσται τοῦ κακοῦν ἐθέλοντος αὐτόν· οὕτως ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὀξυτέρῳ τρόπον τινὰ κεχρῆσθαι κελεύει δρόμῳ τὸν Σατανᾶν εἰς τὰ ἐπ' αὐτῷ τολμήματα. Δείξει γὰρ ἤδη πεσόντα γελᾶσθαι τὸν ἀλιτήριον, ἐλευθέραν τε τὴν οἰκουμένην ἰδεῖν τοῦ πάλαι κρατήσαντος ἐκ πλεονεξίας καὶ νενικηκότος, ὡς ἐξ ἀπάτης, ὡς καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἀποστῆσαι πίστεως. Ἀγνοοῦσί γε μὴν οἱ μαθηταὶ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, οἰκονομικῶς, ὡς εἰκὸς, οὐκ ἀποκαλύψαντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ, ἐπεὶ καὶ ἐν ἑτέροις φαίνεται προδιδάσκων μὲν, ὅτι παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, καὶ ὅτι σταυρωθήσεται, καὶ ἀποκτανθήσεται, καὶ ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ· παρεγγυώμενος δὲ μηδενὶ τὸ παράπαν τοιαῦτα λαλεῖν. Σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, τίς ἀληθῶς κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἵνα καὶ ἐλθὼν σταυρωθῇ, καὶ σταυρωθεὶς ἀνέλῃ τὸν θάνατον, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι κατορθώσῃ τὴν σωτηρίαν. Καταχρύπτει τοιγαροῦν οἰκονομικῶς τὰ πλεῖστα τῶν λεγομένων. Πάντα γὰρ οἶδεν, ὡς Θεὸς, τὰ συμφέροντα.

XIII, 29. *Quidam enim putabant, quia loculos habebat, quod dixisset ei Jesus : Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum : aut egenis ut aliquid daret.*

Τινὲς δὲ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ.

Cum non intelligerent discipuli quid sibi vellent verba Servatoris, ad familiares et vulgatas suspiciones vertuntur illico, et quæ Servator imperare solebat, hæc rursus eum indicare existimant. Die namque festo imminente crediderunt ei qui marsupium habebat mandatum ut nonnihil emeret, quod ad festum esset idoneum : aut certe, quod ei magnæ imprimis curæ erat, imperatum ut egenis ex oblatis rebus pro earum subministraret modo necessaria. Bonus enim ac misericors Dominus, ut scriptum est [96]. Præclarum vero nobis etiam ipsis exemplum hinc proponitur. Oportere quippe arbitror ut qui pure et juxta Dei placitum festum diem agere volunt, non solum lætitiæ suæ rationem habeant, neque provideant quomodo soli ipsi cum hilaritate eum peragant, sed ad curam suam misericordiam in egenos adjungant. Tunc enim aliorum erga alios dilectionis legem implentes, festum revera spiritale Servatori Christo peragemus. Idcirco et lex olim Judæis tradita de manna colligendo, non solum sibi colligere permittit iis qui facere istud possint : Unusquisque enim, inquit, et contubernalibus vestris colligite [97]. Nam si aliquis contubernalium viribus caruisset, quibus robur integrum erat, vim suam ei quodammodo commodantes, una mensura sua etiam quod aliis sufficeret comportabant, ut, juxta Scripturam [98],

Οὐ συνιέντες οἱ μαθηταὶ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, ἐπὶ τὰς συνήθεις ὑπονοίας εὐπετέστερον τρέχουσι, καὶ ἅπερ ἦν ἔθος τῷ Σωτῆρι προστάττειν, ταῦτα πάλιν αὐτὸν οἴονται δηλοῦν. Ἐγγὺς γὰρ οὔσης τῆς ἑορτῆς, προσεδόκησάν τι τῶν εἰς αὐτὴν ἐπιτηδείων ἐκπρίασθαι κελεύειν αὐτῷ τῷ γλωσσόκομον ἔχοντι, ἤγουν μάλιστα τὸ αὐτῷ περισπούδαστον ἐξανύσαι προστάττειν, τοῦτ' ἔστι, τὰ τοῖς δεομένοις ἐπαρκέσαι δυνάμενα, κατά γε τὸ τῶν προσκομιζομένων μέτρον. Χρηστὸς γὰρ καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἄριστος δὲ σφόδρα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ὁ τοῦ πράγματος εὑρεθήσεται τύπος. Χρῆναι γὰρ οἶμαι τοὺς ἑορτάζειν ἐθέλοντας, καθαρῶς τε καὶ ἀρεσκόντως Θεῷ, οὐχὶ μόνης τῆς σφῶν αὐτῶν εὐθυμίας ποιεῖσθαι λόγον, οὐδὲ ὅπως ἂν αὐτοὶ καὶ μόνοι διατελοῖεν ἱλαρῶς προνοεῖν, συναναπλέκειν δὲ μᾶλλον τῇ οἰκείᾳ φροντίδι, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς δεομένοις φειδώ. Τότε γὰρ, τότε τὸν τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ἀποπληροῦντες θεσμὸν, ἑορτὴν ὄντως πνευματικὴν ἐπιτελέσομεν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ. Τοιγάρτοι καὶ ὁ πάλαι τοῖς Ἰουδαίοις διακελευσθεὶς νόμος ἐν τῇ τοῦ μάννα συγκομιδῇ, οὐ μόνοις αὐτοῖς ἐφίησι συλλέγειν τοὺς τοῦτο πράττειν ἰσχύοντας· Ἕκαστος γὰρ, φησὶ, καὶ τοῖς συσκήνοις ὑμῶν συλλέξατε. Εἰ γάρ τις ἡττόνησε τῶν ὁμοσκήνων αὐτοῖς, οἱ μὴ τοῦτο πεπονθότες, κιχρῶντες ὥσπερ αὐτῷ τὴν ἰδίαν ἰσχὺν, συνεκόμιζον τῷ οἰκείῳ μέτρῳ, καὶ τὸ τοῖς ἑτέροις

[95] Matth. XVII, 21, 22; Luc. XXIV, 7. [96] Joel II, 13. [97] Exod. XVI, 16. [98] ibid. 18.

ἀρκοῦν, ἵνα, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὁ μὲν τὸ πολὺ, μὴ πλεονάσῃ, ὁ δὲ τὸ ἔλαττον, μὴ ἐλαττωθῇ. Οὕτω γὰρ ἦν, ἀνακράσεως ὥσπερ τινὸς γενομένης, τὸν τῆς ἰσότητος ἅπασι σώζεσθαι λόγον. Ἀδικεῖ τοιγαροῦν τὸν ταῖς ἁγίαις ἑορταῖς πρέποντα τύπον, ὁ μὴ τῇ οἰκείᾳ φροντίδι τὴν τῶν δεομένων συναναμιγνύς. Εἴη γὰρ ἂν ὄντως ἑορτὴ τελεία τὸ σύναμμα.

Λαβὼν δὲ τὸ ψωμίον, εὐθὺς ἐξῆλθεν ἐκεῖνος. Ἦν δὲ νὺξ, ὅτε ἐξῆλθεν.

Δρομαῖος ἄπεισιν ἐπὶ τὸ τῷ διαβόλῳ δοκοῦν, καὶ καθάπερ οἰστρῶν καὶ δεδονημένος τῆς μὲν ἑστίας ἐξάλλεται· κρεῖττον δὲ ὅλως οὐδὲν τῆς φιλοκερδείας ὁρᾷ, καὶ τό γε παράδοξον, οὐδὲν ἐκ τῆς εὐλογίας ὠφέλιμον εὑρήσομεν, διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ δηλονότι δυσκάθεκτον εἰς τὸ χρηματίζεσθαι ῥοπήν. Προκεκρατημένος γὰρ τῷ πάθει, καὶ ὁλόκληρον ἑαυτῷ τὸν ἁπάσης ἀνομίας ὠδίνων πατέρα, οὐδὲ ὅποι ποτὲ τρέχει λοιπὸν ὁ δείλαιος διασκέπτεται. Νύκτα γὰρ οὖν ὥσπερ τινὰ, καὶ ζοφώδη διαλογισμῶν ἀνοσίων ἑσμὸν ἐν στέρνοις ἑλὼν, εἰς ᾅδου πυθμένα καὶ εἰς πέταυρον καταντᾷ, καὶ κατὰ τὸν ἐν Παροιμίαις λόγον, ὡς ἔλαφος ἐπισπεύδει πεπληγὼς εἰς τὸ ἧπαρ τοξεύματι, ἢ ὡς κύων ἐπὶ δεσμοὺς, οὐκ εἰδὼς ὅτι περὶ ψυχῆς τρέχει. Καί μοι μὴ μάτην εἰπεῖν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς, ὅτι « Λαβὼν τὸ ψωμίον ἐξῆλθεν εὐθύς. » Δεινὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς εἰς τὸ τοῖς ἅπαξ ἁλοῦσι καὶ ὑπ' αὐτὸν γεγονόσι προστάττειν εὐθὺς ἐξανύειν τὰ πονηρὰ, καὶ μελλήσεως ἁπάσης δίχα τὸ δοκοῦν αὐτῷ κατεργάζεσθαι, καὶ οὐχ ἑκόντας ἀναγκάσαι. Δέδιεν ἴσως, πικρόνους τε ὑπάρχων ἀεὶ, καὶ δριμὺς εἰς κακουργίαν, μή ἄρα τις ἐν ταῖς ὑπερθέσεσι παρεισδραμοῦσα μετάγνωσις μεταβουλεύσασθαί τι τῶν ἀγαθῶν παρασκευάσῃ τὸν ἄνθρωπον, καὶ καθάπερ τινὰ μέθην ἀποθέσθαι τοῦ νοῦ τὴν εἰς ἁμαρτίαν ἡδονὴν, ἔξω τε παγίδος ἑλκύσῃ τῆς παρ' αὐτοῦ τὸν ἤδη κατειλημμένον. Διὰ ταύτην οἶμαι τὴν αἰτίαν ἐπικεῖσθαι τὸν ἀλιτήριον τοῖς ὑπ' αὐτὸν γεγονόσιν, εἰς τὸ δρᾷν ἐπείγεσθαι καὶ μάλα γοργῶς τὸ ἀρέσκον αὐτῷ. Καὶ γοῦν τὸν Ἰούδαν μετὰ τὸ ψωμίον εὐθὺς ἀναγκάζει λοιπὸν, ὡς ὑπὸ χεῖρα λαβὼν, ἐπὶ τὴν οὕτως ἀνόσιον ἰέναι πρᾶξιν, δεδιὼς, κατά γε τὸ εἰκὸς, ὁμοῦ τῇ μεταγνώσει καὶ τὴν ἐκ τῆς εὐλογίας δύναμιν, μὴ ἄρα πως ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου καρδίᾳ, φωτὸς ἀναλάμψασα δίκην, ἀγαθουργεῖν ἀναπείσῃ προελέσθαι μᾶλλον αὐτὸν, ἤγουν τὸ φρόνημα τὸ γνήσιον ἐντέκῃ, τῷ καὶ προδοῦναι λοιπὸν ἀναπεπεισμένῳ. Ὅτι γὰρ ἔθος τοῦτο πράττειν ἀεὶ καθ' ἡμῶν τῷ δαίμονι, καὶ διὰ τῶν ἐν τύπῳ γεγονότων γνωσόμεθα. Ἐποιήσατο μὲν γὰρ ὑπὸ χεῖρα τοὺς Ἰουδαίους ὁ Φαραὼ κατ' Αἴγυπτον ὄντας ἔτι, πηλῷ δὲ καὶ πλινθείᾳ, καὶ ταῖς τῶν ἔργων ἀνάγκαις ἐγκατατρύχεσθαι πικρῶς ἐπιτάξας αὐτοὺς, οὐδένα τε ταῖς πρὸς Θεὸν ἱκετείαις ἐδίδου καιρόν. Καὶ γοῦν πρὸς τοὺς τῶν ἔργων ἐπιστάτας, « Βαρυνέσθω, φησὶ, τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ μὴ μεριμνάτωσαν λόγοις κενοῖς, » λόγους κενοὺς ὀνομάζων τὴν εἰς ἐλευθέραν

qui multum, ei non superesset; qui autem minus, non deesset. Sic enim hoc veluti quodam temperamento æqualitatis ratio cunctis servari poterat. Ordinem igitur et formulam sanctis festis convenientem violat, qui suæ curæ pauperum curam non admiscet. Illa quippe conjunctio perfecta vere est festivitas.

XIII, 30. *Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox, quando exivit.*

743 Diabolo statim obsequitur, et œstro veluti quodam ac stimulis incitatus domo exsilit, nihilque sibi persuadet lucri studio præstabilius, et quod mirere, nihil utilitatis eum ex eulogia cepisse comperiemus, præ effrenato nimirum pecuniæ studio. Quippe cum morbo illo prius teneretur, et peccati patrem in seipso totum exprimeret, quo præceps ruat ne jam quidem miser dispicit. Noctem quippe veluti quamdam et impiarum cogitationum vim toto pectore suscipiens in profundum inferni ruit, et, ut in Proverbiis scriptum est [99], quasi cervus properat, sagitta vulneratus in jecore, aut tanquam canis ad vincula, nesciens quia pro anima currit. Neque vero frustra mihi dixisse videtur evangelista, « Cum accepisset buccellam, exivit continuo. » Solet enim Satanas eos quos semel ceperit, sibique obnoxios fecerit, acrius urgere, ut continuo mala peragant, et ut sine mora imperata faciant cogere vel nolentes. Timet nempe forsan, qua est ad maleficium peragendum mentis acrimonia, ne dum cunctatur, subeunte pœnitentia, ad meliorem frugem homo se recipiat, et ex animo voluptatem quæ ad peccatum impellit ceu crapulam deponat, et ex ejus laqueis sese tandem expediat. Hanc ob causam instare perditorem illum suis subditis opinor, eosque ad opus acrius urgere quod sibi placuerit. Et quidem Judam simul ac offulam sumpsisset cogit illico, ut qui jam in ditionem suam transisset, ad tam impium facinus se quamprimum accingere, veritus, ut credibile est, simul cum pœnitentia vim quoque eulogiæ, ne utique in illius hominis corde lucis instar affulgens eum ad bene agendi studium revocaret, eique saniorem mentem inderet, qui consilium jam ceperat prodendi Servatoris. Dæmonem quippe id contra nos facere solitum ex iis quæ figurate gesta sunt agnoscemus. Submisit quippe sibi Judæos Pharao in Ægypto degentes, eosque luto et lateribus, aliisque necessariis operibus tam acerbe vexari jussit, ut nullum orandi Dei tempus eis relinqueret. Ad operum quippe præfectos: « Graventur, inquit, opera hominum istorum, neque vacent vanis sermonibus [1]; » vanos sermones appellans libertatis studium, vehementemque illius recuperandæ ardorem, **744** servitutis deplorationem, ac meliorum desiderium. Non ignorabat enim, si istiusmodi rebus meditandis occuparentur,

[99] Prov. vii, 23. [1] Exod. v, 9.

non parum eis inde utilitatis adfuturum. A figuris igitur ad veritatis agnitionem delati, reperiemus Satanam ipsum assidue urgere eos quos semel intra sua retia clauserit, et in obsequium suum penitus adduxerit

A ἕξιν ἀναδρομήν, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ δουλείᾳ θρῆνον, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν καλλίστων προσευχήν. Οὐκ ἠγνόει γὰρ διὰ τῆς ἐν τούτοις σχολῆς οὐ μικρὰν εὑρήσοντας ὄνησιν. Ἀπὸ δὴ τῶν τύπων ἐπὶ τὴν τῶν ἀληθεστέρων θεωρημάτων ἰόντες ἐπίγνωσιν, κατεπείγοντα σφόδρα τὸν Σατανᾶν εὑρήσομεν, πρὸς τὸ χρῆναι πράττειν τὰ πονηρὰ τοὺς εἴσω πεσόντας τῶν παρ' αὐτοῦ δικτύων, καὶ ὁλοκλήρως ἤδη κεκρατημένους εἰς ὑπουργίαν τῶν ἀρεσκόντων αὐτῷ.

XIII, 31, 32. *Cum ergo exisset, dixit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso, et continuo clarificabit eum.*

Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς· Νῦν ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν.

Exit quidem proditor diaboli artibus obsecuturus: Christus vero sermonem inchoat, hinc figurate quodammodo innuens non esse omnibus passim evulganda quæ solis debentur ingenuis. Nec enim decet sanctum dari canibus, juxta ipsius vocem [a], sed neque margaritas proculcari suum pedibus. Quod igitur etiam prius specie parabolæ dixit, hoc docere conatur tempore ad opus et clariorem demonstrationem vocante. Post defectionem igitur ac discessum proditoris, communicat tandem ut congruo nimirum tempore genuinis discipulis mysteria, et ait: « Nunc clarificatus est Filius hominis, » et per hoc quidem salutarem passionem significat ipsis jam foribus imminentem et paulo post futuram. Clarificatum vero Filium hominis ait, non diversum a se alium quemdam significans, non divisim, ut visum est nonnullis, unus enim Filius Christus, et ante carnem, et cum carne, et priusquam homo fieret sicuti nos, et postquam factus est homo. Quomodo vero clarificatum se esse affirmet, quærendum est. Dixerint enim forsan aliqui: Nonne et prius clarificatus est cum miracula faceret? Nam uno verbo placato mari, et vehementi ventorum impetu compresso, adoratus est quidem ab iis qui in navigio tunc erant, audiitque: « Vere Filius Dei es [b]. » Præterea, cum Lazarum ad vitam reverti jussisset, adeo celebre fuit miraculum, ut et circa festi tempus Hierosolymam ascendenti omnes ei una cum pueris occurrerint, et faustis ominibus eum persecuti sint, dicentes: « Benedictus qui venit in nomine Domini [c]. » **745** Sed et fractis quinque panibus ac duobus pisciculis universam multitudinem eorum qui ad se confluxerant satiavit absque pueris et mulieribus, ad quinque virorum millia. Tam illustre vero miraculum istud nonnullis visum est, ut ea re plurimum attoniti regem eum creare vellent [d]: hoc enim evangelista nobis testatus est. Difficile vero non est ejuscemodi exempla congerere, nihilo iis quæ retulimus inferiora. Quomodo igitur nunc clarificatum se dicit, qui et olim clarificatus est? Clarificatus enim est etiam ex aliis, et divina potestate præditus credebatur. Tamen consummatio gloriæ in passione sita erat, quam pro mundi vita sustinuit, et in eo quod per seipsum resurrectionis

C quæ nusquam sunt in ortum educendi potestatem: sed prius ostendat utrum secundum naturam videatur, tantaque per omnia similitudine, ut nihil perfectissimam illam imaginis labefactare possit ad archetypum similitudinem. Quod cum ostendere, vel si maxime velit, nequeat, iterum rogabimus ut dicat qua ratione, cum Deus non sit secundum naturam, ut eorum detestanda fert sententia, deitatis tamen opera possit exsequi. Hoc enim est ferre Patris imaginem. Nam si potestatem ad hoc sufficientem a seipso non habens Filius eam a Patre mutuatur, ab eoque sapientiam et robur accipit, ut peragere possit quæ et soli convenire Patris naturæ dicemus, imaginem hoc pacto et similitudinem mentietur. Sin autem eum
D nequaquam mentiri concedemus, qui ita se habeat, ut diximus, sed tanquam vera dicenti astipulabimur, ipsam Dei ac Patris gloriam violare deprehendemur: quo pacto, dicam. Aut enim necesse est dicere eum Dei ac Patris ementiri imaginem, cum a seipso sufficientem operibus vim non habeat, sed ab altero illam accipiat: nec enim id de archetypo dici potest. Aut si vere loquitur cum ait in seipso videri Patrem, nihilque plane esse quod eum separet, vel interjectum sit, vel omnimodam similitudinem adulteret, necesse est ut vel nolens dicat ipsum quoque Patrem adventitiam et ab altero acceptam habere virtutem. Sic enim

[44] II Cor. iv, 4.

seipsum nobis in imagine suæ naturæ sive gloriæ voluit ostendere. Nunquid ergo videtis, inquiet ad illos aliquis, quonam a recta via sermo deflectat, et quantum in barathrum talia sentientes præcipitet? Enimvero, inquiunt, potest, quamvis creatus sit Filius, naturæ divinæ opera facere, cum Deo ac Patri ita visum sit. At quid hoc magis impium dici potest? Nihil enim majus sive plus erit in Deo deinceps quam creatura, licet ei divinitatis gloriam ac virtutem tribuamus. Nemo enim sibi mentis inopia persuadeat admirabile se quiddam et magnum de Filio sentire, ac dicere quod creatura quidem sit, sed non ut una creaturarum, sed ejus gloriam non mediocriter se violare intelligat. Nec enim quærendum
779 utrum eximiam præ cæteris creaturis habeat naturam, sed utrum omnino creatus sit. Quomodo enim creatura non erit, si creaturarum sit præstantissima? At violata Filii majestate in eo quod ipsum factum esse dicunt, quid frustra ei remedium veluti quoddam adhibent, quod nimirum locum teneat reliquorum omnium præstantissimum? Injuriam itaque Dei ac Patris substantiæ faciemus, aut horum agendorum potestatem Filio affingemus, qui et ipse creatus est, ut stulte illi philosophantur. Sed non feremus eos dicentes Filium, cum secundum naturam creatura sit, deitatis tamen opera facere, cum ita placitum sit Deo ac Patri. Nam si ex Scriptura divina ostendere id possunt, quod possunt proferant, et incorruptas nobis sanctorum voces conservent. Sin autem ex suo sensu rationes comminiscuntur, scite dicemus: « Væ qui prophetant de corde suo [94]. » Illa enim Patrem semper velle concedemus, quæ divinam ejus gloriam sinceram et inviolatam servare queunt, et dogmatum quæ de eo sunt rectam rationem tuentur. Quocirca, illorum insania valere jussa, ad rectam de eo doctrinam convertamur, credentes ex substantia Dei ac Patris genitum esse Filium vere, et Deum de Deo secundum naturam. Cum sit enim character et similitudo Dei ac Patris, vere loquitur, cum ait: « Qui vidit me, vidit et Patrem: quomodo ergo dicis: Ostende nobis Patrem? » Licet quippe tibi, inquit, Philippe, Patris in me contemplari naturam, et ex eo quod sum ipse, genitorem percipere. Exstiti enim et sum vere substantiæ ejus character, per omnia similis et imago perfectissima [95], totam in meipso Dei ac Patris naturam exprimens. Quem demum visionis divinæ modum alium quæsieris, si tibi sana mens esse potest, aut quod, quæso, visionis genus rogas? Nunquid præstantiorem et magis exquisitam veteribus datam esse existimas, cum in montem Sina in specie ignis descendi [96]? Ob hoc enim Judæi potissimum gloriari solent. Hæc a Christo forsan dicta quidem esse putabimus: cæterum ad Dei et Patris

A οὐδὲν ὅλως εἶναι τὸ διαλλάττον ἐν τῷ μεταξὺ, ἢ παραχαράττον τὴν εἰς ἅπαν ἐμφέρειαν, ἀνάγκη λοιπὸν, καὶ οὐχ ἑκόντα εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἐπακτὴν ἔχειν [ἴσ. ἔχει] καὶ παρ' ἑτέρου τὴν δύναμιν. Οὕτω γὰρ ἡμῖν ἑαυτὸν ἐν τῇ εἰκόνι τῆς ἰδίας φύσεως, ἤτοι τῆς δόξης, ἠβουλήθη δεικνύειν. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁρᾶτε, φήσειεν ἄν τις πρὸς ἐκείνους λοιπὸν, ὅποι ποτὲ βαδιεῖται τῆς εὐθείας ὁδοῦ διεκπίπτων ὁ λόγος, καὶ εἰς οἷον ἀποκομίζει βάραθρον τοὺς ἐκεῖνα πεφρονηκότας: Ἀλλὰ ναὶ, δύναται, φησὶ, καίτοι γενητὸς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, τὰ τῆς φύσεως ἔργα πληροῦν, δόξαν οὕτω τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Εἶτα τί τούτου φανεῖται τὸ δυσσεβέστερον; Οὐδὲν γὰρ ἔτι τὸ μεῖζον, ἤτοι τὸ πλέον ἐν Θεῷ παρὰ τὴν κτίσιν, εἰ καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν τε καὶ δύναμιν αὐτῇ περιθήσομεν. Μὴ
B γάρ τις ἐκ φρενοβλαβείας οἰέσθω πολλῆς ἀξιάγαστόν τι καὶ μέγα περὶ Υἱοῦ φρονεῖν τε καὶ λέγειν, ὅτι κτίσμα μέν ἐστιν, οὐχ ὡς ἓν δὲ των κτισμάτων· ἴστω δὲ οὐ μικρῶς ἀδικῶν τὴν δόξαν αὐτοῦ. Οὐ γὰρ εἰ ἐξαίρετον ἔχει τὴν φύσιν παρὰ τὰ ἄλλα κτίσματα ζητητέον, ἀλλ' εἰ γέγονεν ὅλως. Τὸ γὰρ εἶναι κτίσμα πῶς ἂν διαφύγοι, εἰ καὶ πάντων ἐστὶ τῶν κτισμάτων τὸ κάλλιστον; Ἀδικουμένης δὲ τῆς δόξης τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ γενέσθαι λέγειν αὐτὸν, τί μάτην ἐπάγουσι, καθάπερ τι φάρμακον αὐτῷ, τὸ ἐν τῷ καλλίστῳ τῶν ἄλλων ὑπάρχειν τόπῳ; Ὑβριοῦμεν τοιγαροῦν τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίαν, ἢ ταῦτα δύνασθαι κατορθοῦν περιθήσομεν τῷ Υἱῷ, γενητῷ καὶ αὐτῷ τυγχάνοντι, κατὰ τὸν ἐκείνων ἀμαθῆ καὶ ἀσύνετον λογισμόν. Οὐκ ἀνεξόμεθα δὲ λεγόντων αὐτῶν, ὅτι τὰ τῆς θεότητος
C ἔργα κατορθοῖ, κτίσμα κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ Υἱὸς, οὕτω δόξαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Εἰ μὲν γὰρ ἔχουσι δεικνύειν τοῦτο ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, παρακομιζόντων ἃ βούλονται, καὶ ἀκαπηλεύτους ἡμῖν τὰς τῶν ἁγίων τηρούντων φωνάς. Εἰ δὲ γνώμης ἰδίας εὑρήματα, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτῳ πεποίηνται λογισμοὺς, χαριέντως ἐροῦμεν· « Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν! » Ἐκεῖνα γὰρ δώσομεν ἐθέλειν ἀεὶ τὸν Πατέρα, ἃ τὴν θείαν αὐτοῦ δόξαν ἀπαραχάρακτον οἶδε τηρεῖν, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ δογμάτων διασώζει τὴν ὀρθότητα. Οὐκοῦν ταῖς ἐκείνων ἀσυνεσίαις τὸ ἐῤῥῶσθαι φράσαντες, ἐπὶ τὸν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ χωρήσωμεν λόγον, ἐκ τῆς οὐσίας γεννηθῆναι πιστεύοντες τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸν ἀληθῶς, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ
D κατὰ φύσιν. Ἀληθεύει γὰρ οὕτως ὑπάρχων καὶ χαρακτὴρ, καὶ ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· πῶς οὖν λέγεις· Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα; » Ἐξὸν γὰρ δή σοι, φησὶν, ὦ Φίλιππε, τὴν τοῦ Πατρὸς ἐν ἐμοὶ καταθεάσασθαι φύσιν, καὶ ἐξ ὧν αὐτός εἰμι διασκέπτεσθαι τὸν γεννήτορα. Πέφηνά τε γὰρ καὶ εἰμὶ κατ' ἀλήθειαν, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ χαρακτὴρ ἀπαράλλακτος, καὶ εἰκὼν ἐμφερὴς, ὅλην ἐν ἐμαυτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐγχαράττων φύσιν. Ποῖον ἔτι τῆς θεοπτίας ἐπιζητήσαις ἂν τρόπον ἕτερον, εἴ γέ σοι προσὸν ὁρῷτο τὸ τὰ εἰκότα δύνασθαι φρονεῖν, ἢ ποίαν, εἰπέ μοι, θεωρίαν αἰτεῖς; Ἆρα μὴ κρείττονα καὶ ἀκριβεστέραν

[94] Ezech. XIII, 3. [95] II Cor. IV, 4; Hebr. I, 3. [96] Exod. XIX, 18.

οἴει δεδόσθαι τοῖς ἀρχαιοτέροις, ὅτε κατέβην ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ; Πολὺ γὰρ αὐχεῖν ἐπὶ τούτῳ δὴ μάλιστα τοῖς Ἰουδαίοις ἐν ἔθει. Ταυτὶ μὲν ἴσως ὑπονοήσαιμεν ἂν τυχὸν διειλέχθαι Χριστόν· ὅτι δ' οὖν ἀμείνων εἰς γνῶσιν τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἡ τῶν παραδόξων ἐπίδειξις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, τῆς ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ, χρῆναι δεῖν ὑπολαμβάνω καὶ νῦν ἡμᾶς ἀοκνότατα λέγειν. Ὄψει γὰρ οὕτω τὸν Φίλιππον, παρακειμένης αὐτῷ τῆς ἀληθοῦς εἰκόνος, οὐκ ἀναγκαίως αἰτήσαντα τὴν ἑτερότροπον θεωρίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἢ καὶ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐδόθη κατὰ τὸ ὄρος Σινᾶ. Κατέβη μὲν γὰρ ἐκεῖ Κύριος ἐν εἴδει πυρὸς, καθὰ γέγραπται, θεωρούντων δηλονότι τῶν ἐξ Ἰσραήλ. Ἀλλ' οὐκ ἂν, οἶμαι, τὶς διὰ τούτου εἰς ἐννοίας ἀληθεῖς ἐλάσαι ποτὲ τὰς περὶ Θεοῦ, ἤγουν εἰς τὴν τῇ θεότητι πρέπουσαν ἀναπηδῆσαι διάληψιν· πῶς γὰρ ὅλως διὰ πυρὸς, καθάπερ ἀπό τινος εἰκόνος, ἴοιμεν ἂν ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον, τοῦτ' ἔστι, τὸν Πατέρα καὶ Θεόν; Ἀγαθὸς μὲν γὰρ ὁ Θεὸς τῇ φύσει, καὶ πρός γε τούτῳ δημιουργὸς, τὰ οὐκ ὄντα ποτὲ καλῶν εἰς γένεσιν, καὶ συνέχων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα καὶ ζωογονῶν, αὐτὸς σοφία, καὶ δύναμις, χρηστὸς, καὶ οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων. Τούτων δὲ τὸ παράπαν οὐδὲν ἐν πυρί. Οὐ γὰρ ἂν οἴοιτό τις, εἴ γε νοῦν ἔχει, χρηστὸν, καὶ φιλάνθρωπον εἶναι τὸ πῦρ, οὐδὲ ἐρεῖ τις σωφρονῶν, ὡς εἴη μὲν δημιουργικὸν, σοφόν τε καὶ ζωογόνον. Εἶτα πῶς ἄν τις, εἰπέ μοι, διὰ πυρὸς τὰς περὶ τῆς ἀληθοῦς θεότητος ἐννοίας συλλέξειεν; ἢ πῶς ἂν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι θεωρήσειέ τι τῶν ἐμπεφυκότων αὐτῇ; Τίς οὖν ἄρα, φησὶν, ὁ λόγος, ἢ ποία γέγονε πρόφασις εἰς πῦρ ἀναπείθουσα χρηματίζεσθαι [γρ. σχηματίζεσθαι] τὸν Θεὸν ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ; Ἐροῦμεν ὅτι ἀρχομένων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, κατ' ἐκεῖνο δὴ μάλιστα καιροῦ, τῆς εἰς εὐσέβειαν παιδαγωγίας, καὶ ὥσπερ τινὰ κανόνα ποιεῖσθαι μελλόντων τῆς οἰκείας ζωῆς τὸν διορθώσεσθαι μέλλοντα νόμον, ἔδει τότε δὴ μάλιστα κολαστήν τινα καὶ φοβερὸν αὐτοῖς φαίνεσθαι τὸν Θεὸν, ἵνα εἰδέναι ἔχοιεν οἱ παραβαίνοντες, ὅτι πρὸς πῦρ ὁ λόγος αὐτοῖς. Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ὁ μέγας Μωσῆς τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ προσεφώνει λέγων· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστί. » Καὶ οὐ δή που φαίημεν ἂν ὅτι, τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐξηγούμενος, πυρὶ παρείκαζεν αὐτὸν ὁ οὕτω σοφώτατος, ὠνόμαζε δὲ οὕτω τὸν Θεὸν, ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν μισοπονηρίας, πυρὸς δίκην τοῦ παμφάγου δαπανᾷν τε καὶ ἀναλίσκειν οὐ παραιτουμένου τοὺς καταφρονοῦντας αὐτοῦ. Οὐκ ἐξ ὧν ἐστι κατὰ φύσιν, Θεὸς διὰ πυρὸς γνωρίζεται· τὸ δὲ οὕτως ὠνομάσθαι καὶ ὦφθαι τότε πρὸς τὸ τοῖς ἀκροωμένοις ἐλήφθη λυσιτελές. Ἴωμεν δὴ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ἀκριβεστάτην τοῦ Πατρὸς θεωρίαν, τοῦτ' ἔστι, τὸν Υἱόν. Εἰκόνα γὰρ αὐτὸν ὀψόμεθα τοῦ γεννήσαντος, τοῖς ἐνοῦσιν αὐτῷ πλεονεκτήμασι τὸν τῆς διανοίας ἐνερείσαντες ὀφθαλμόν. Ἀγαθὸς τοιγαροῦν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ κατὰ φύσιν· τοιοῦτον ὄντα καὶ τὸν Υἱὸν εὑρήσομεν. Πῶς γὰρ οὐκ ἀγαθὸς, ὁ τοσαύτην δι' ἡμᾶς ὑπομείνας ταπείνωσιν, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρ-

A cognitionem potiora esse Christi Servatoris nostri miracula, quam quæ in monte Sina edita fuerunt, impigre quoque nunc nobis exponendum arbitror. Ita namque videbis non necesse fuisse Philippo ut, cum ei vera adesset imago, diversam visionem **780** Dei ac Patris peteret, quæ et veteribus data est ad montem Sina. Descendit enim illuc Dominus in specie ignis, ut scriptum est, spectantibus nimirum Israelitis. Sed nemo, ut reor, per hoc ad veras de Deo notiones pervenerit, aut ad opinionem deitati congruentem ascenderit: quomodo enim, quæso, per ignem velut ab imagine quadam veniemus ad archetypum, id est Patrem ac Deum? Bonus siquidem Deus est natura, ac præterea opifex, qui in ortum educit quæ
B aliquando non erant, eaque in esse continet et vivificat, ipsemet sapientia et virtus, bonus, clemens et misericors. Horum autem nihil est prorsus in igne. Nemo enim sanus ignem bonum et misericordem esse sibi persuaserit, nec creandi vi pollere, sapientiamque et vitam largiri. Quomodo igitur, quæso, per ignem de vera divinitate notitiam collegeris? aut quomodo in speculo et ænigmate [97] aliquid eorum quæ illi natura insunt, spectaveris? Quænam ergo ratio, inquit, aut quæ causa Deum impulit, ut in monte Sina formam ignis assumpserit? Respondemus quod, cum Israelitæ eo maxime tempore ad pietatem institui cœpissent, vitæque suæ regulam legem a qua dirige-
C rentur assumpturi essent, decebat tunc maxime Deum severum vindicem ac terribilem iis cerni, ut scire possent prævaricatores sibi cum igne rationem esse. Idcirco enim magnus ille quoque Moyses Israelitas alloquebatur, dicens: « Deus noster, ignis consumens est [98]. » Neque vero dixerimus hominem tanta sapientia præditum Deum igni similem facere, quasi per ignem Dei naturam intelligat, sed ita Deum nuncupasse, quod præ immenso mali odio instar ignis omnivori consumere et perdere non vereatur sui contemptores. Igitur non ex eo quod est natura, ex igne Deus cognoscitur, sed quod ita nuncupatus ac visus sit, ad utilitatem auditorum assumptum est. Eamus igitur ad veram et accuratissimam Patris contemplatio-
D nem, id est Filium. Eum enim genitoris imaginem esse videbimus, si ad ejus prærogativas mentis oculum intendamus. Bonus itaque Deus ac Pater secundum naturam talem esse et Filium comperiemus. Qui enim bonus non sit, qui tantum pro nobis se demisit, et in mundum venit, ut peccatores salvos faceret, suamque animam pro iis poneret [99]? **781** Potens est Pater: similiter et Filius. Quid enim esse potest eo potentius qui elementis ipsis imperat, qui mare ac ventos increpat, qui rerum naturas in quodcunque velit transformat, qui leproso ut mundetur jubet, ac potestate Deo convenienti cæcis officium videndi restituit? Vita secun-

[97] I Cor. XIII, 12. [98] Deut. IV, 24. [99] I Joan. III, 16; I Tim. I, 15.

dum naturam est Pater : vita itidem et Filius, qui corruptos vivificat, et mortis destruit imperium, et mortuos exsuscitat. Jure igitur ad Philippum ait : « Qui vidit me, vidit et Patrem. » Nam cum tibi contemplari liceat in me et ex me Genitorem, quem alium divinæ visionis modum postulas, cum potiorem sortitus sis quam quæ data est veteribus, et verissimam imaginem, me nimirum, nactus sis?

A τωλοὺς σῶσαι, καὶ θεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ αὐτῶν; Δυνατὸς ὁμοίως ὁ Πατὴρ, οὕτως ἔχει καὶ ὁ Υἱός. Τί γὰρ ἂν εἴη τὸ δυνατώτερον τοῦ καὶ αὐτοῖς ἐπιτάττοντος τοῖς στοιχείοις, καὶ θαλάττῃ μὲν ἐπιτιμῶντος, καὶ πνεύμασιν, ἀναστοιχειοῦντος δὲ πρὸς ὅπερ ἂν βούλοιτο τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, καὶ καθαρισθῆναι μὲν ἐπιτάττοντος τῷ λεπρῷ, τὸ δὲ βλέπειν διδόντος τοῖς τυφλοῖς, ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ; Ζωὴ κατὰ φύσιν ὁ Πατήρ· ζωὴ πάλιν ἐστὶ καὶ ὁ Υἱὸς, ζωοποιῶν τοὺς κατεφθαρμένους, καὶ τὸ τοῦ θανάτου καταστρέφων κράτος, διότε τοὺς νεκροὺς ἀνιστάς. Εἰκότως οὖν ἄρα φησὶ πρὸς Φίλιππον· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Ἐξὸν γάρ σοι, φησὶν, εὖ μάλα περιαθρεῖν ἐν ἐμοί τε καὶ ἐξ ἐμοῦ τὸν γεννήσαντα, τίνα τρόπον ἕτερον τῆς θεοπτίας αἰτεῖς, καίτοι τῆς δοθείσης ἀρχαιοτέροις τὴν ἀμείνω λαχὼν, καὶ ἀληθεστάτῃ περιτυχὼν εἰκόνι, τοῦτ' ἔστιν ἐμοί;

XIV, 10. ***Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est?***

Ego quidem, inquit, o Philippe, qui Genitoris in meipso naturam exprimo, imago sum substantiæ ejus, conformatus nimirum ad illum, non, ut sibi nonnulli fingunt, externa gloria, seu peregrinis et ascititiis dotibus conspicuus, sed in propria natura quæ propria sunt Genitoris ferens, idque exsistens vere quod ille, identitatis, inquam, substantialis ratione. Tu vero ad hæc rursus dices, tibi nondum esse persuasum quod ego quidem in Patre et Pater in me sit. Atqui vel nolentem, inquit, coget te demum vis et ratio dictorum, ut huic rei consentias. Quapropter quæcunque dixero, ea utique sunt Patris, et quæcunque fecero, Pater facit. Hæc autem ait Christus, non tanquam alterius forsan verbis utens, neque adeo tanquam propheta supernas et a Patre acceptas voces enuntians : illi enim loquebantur omnino quæ sua non erant, sed ejus qui dabat et inspirabat eis Dei. Rursus autem miracula Patri suo attribuit, non quasi adventitia potestate ea patret, ut illi videlicet qui dicebant : « Nolite nobis attendere, quasi nostra virtute aut pietate ægrotum sanaverimus [1]. » Sancti enim in miraculis edendis non utique sua, sed Dei virtute solent uti, ministri enim divinorum sermonum et operum esse comperiuntur. Quoniam vero 782 consubstantialis est Patri Filius, nullo modo ab eo distinctus aut diversus, sua verba Patris verba esse dicit, non quod Pater aliis verbis utatur quam quibus Filius, sed et in majestate operum idipsum intelliges. Quasi enim nihil aliud Pater facere natura sua possit quam quod possit et faciat Filius, ejus opera esse ait. Finge enim tibi hunc in modum manifestius loquentem : Sum genitori per omnia similis, et imago substantiæ ejus [2], non externa tantum specie et majestate insignis, sed totum in meipso genitorem habens per identitatem substantiæ.

Οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν;

B Ἐγὼ μὲν, φησὶν, ὦ Φίλιππε, τὴν τοῦ γεννήσαντος φύσιν ἐν ἐμαυτῷ καταγράφων, εἰκών εἰμι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, μεμορφωμένος δηλονότι κατ' ἐκεῖνον, οὐχ ὡς ἂν οἴοιτό τις, ταῖς ἔξωθεν δόξαις, ἀλλ' οὐδὲ ξένοις ἢ ἐπακτοῖς λελαμπρυσμένος πλεονεκτήμασιν· ἀλλ' ἐν ἰδίᾳ φύσει φορῶν τὰ τοῦ γεννήσαντος ἴδια, καὶ τοῦτο ὑπάρχων ἀληθῶς, ὅπερ ἂν εἴη κἀκεῖνος, κατά γε τὸν ἐν ταυτότητι λόγον, τῇ κατ' οὐσίαν φημί. Σὺ γὰρ δὴ πάλιν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς· οὐ γὰρ διετέθης ἄρα λοιπὸν, ὡς ἐγὼ μὲν ἐν τῷ Πατρὶ, ὁ Πατὴρ δὲ αὖ πάλιν ἐστὶν ἐν ἐμοί. Καίτοι, καὶ οὐχ ἑκόντα, φησὶν, ἐκβιάσεταί σε λοιπὸν ἡ τῶν εἰρημένων δύναμις εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ συναίνεσιν. Οὐκοῦν, ἅπερ ἂν φαίην ἐγὼ, ταῦτα δὴ πάντως ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἅπερ ἂν ἐργασαίμην ἐγὼ, ὁ Πατὴρ ἐργάζεται. Φησὶ C δὲ ταῦτα ὁ Χριστὸς, οὐχ ὡς τοῖς ἑτέρου τυχὸν ἀποκεχρημένος ῥήμασιν, οὔτε μὴν ὡς ἐν προφήτου τάξει καὶ μέτρῳ τὰς ἄνωθεν καὶ παρὰ Πατρὸς διαπορθμεύων φωνάς· ἐλάλουν γὰρ οὐ τὰ ἑαυτῶν ἐκεῖνοι πάντως, ἀλλὰ τοῦ διδόντος τε καὶ ἐμπνέοντος αὐτοῖς Θεοῦ. Ἀπονέμει δὲ πάλιν τῷ ἰδίῳ Πατρὶ τῶν παραδόξων τὴν ἔκβασιν, οὐχ ὡς ἐπακτῷ δυνάμει θαυματουργῶν, κατ' ἐκείνους δηλονότι τοὺς λέγοντας, ὅτι Ἡμῖν μὴ προσέχετε ὡς ἰδίᾳ δυνάμει, ἢ εὐσεβείᾳ τεθεραπευκόσι, δηλονότι τὸν κάμνοντα. Κεχρῆσθαι γὰρ τοῖς ἁγίοις ἔθος οὐκ ἰδίᾳ πάντως ἰσχύϊ πρὸς τὰ παράδοξα, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ· διάκονοι γὰρ καὶ ὑπουργοὶ λόγων τε ὁμοῦ τῶν θείων καὶ ἐνεργημάτων εὑρίσκονται. Ἐπειδὴ δὲ ὁμοούσιός ἐστι τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, κατ' οὐδένα τρόπον διαλλάττων, ἤγουν, ὡς D ἑτεροίως ἔχων ὡς πρὸς αὐτὸν, λόγους εἶναί φησι τοὺς ἰδίους τοῦ Πατρὸς, ὡς οὐχ ἑτέροις ἂν τοῦ Πατρὸς χρησαμένου λόγοις, ἢ οἷσπερ ἂν ὁ Υἱός. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τῶν ἔργων μεγαλειότητι νοήσεις ὡσαύτως. Ὡς γὰρ οὐδὲν ἕτερον ἐνεργεῖν πεφυκότος τε καὶ ἰσχύοντος τοῦ Πατρὸς ἢ ὅπερ ἂν εἰδείη τε καὶ ἐνεργοίη τυχὸν ὁ Υἱὸς, αὐτοῦ τὰ ἔργα φησίν. Ἐννόει γὰρ λέγοντα φανότερον οὕτως· Εἰμὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πᾶν ὅ τι οὖν ἐμφερὴς, καὶ εἰκὼν τῆς οὐσίας αὐτοῦ, οὐ μόνοις ὡραϊζόμενος σχήμασι, καὶ ταῖς ἔξωθεν δόξαις, ἀλλ' ὅλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν φύσαντα διὰ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα.

XIV, 10. ***Verba quæ ego loquor, a meipso non loquor : Pater autem in me manens, ipse facit opera.***

Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ἀλλὰ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα.

[1] Act. III, 12. [2] Hebr. I, 3.

Εἰ γὰρ πρὸς ὑμᾶς τι, φησὶν, ἐλάλησεν ὁ Πατὴρ, τούτοις αὐτοῖς, ὥσπερ ἐγὼ νυνὶ, οὐκ ἂν ἑτέροις ἐχρήσατο λόγοις. Τοσαύτην γὰρ ἔχω πρὸς αὐτὸν οὐσιώδη τὴν ἐμφέρειαν, ὡς αὐτοῦ τὰς ἐμὰς εἶναι φωνὰς, καὶ ἅπερ ἂν δρῴην ἐγὼ, ταῦτα αὐτοῦ πιστεύεσθαι κατορθώματα· ἐν ἐμοὶ γὰρ μένων, διὰ τὸ ἀπαράλλακτον ἐν οὐσίᾳ, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. Ἐπεὶ καὶ μιᾶς οὔσης τῆς θεότητος ἔν τε Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Πνεύματι νοουμένης, ἅπας μὲν λόγος ὁ παρὰ Πατρὸς, πάντως ἐστὶ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι· καὶ πᾶν ἔργον, ἤτοι παράδοξον, δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι, πράττεταί γε μὴν, ὡς παρὰ Πατρός. Οὐ γὰρ ἔξω τῆς τοῦ γεννήσαντος οὐσίας ἐστὶν ὁ Υἱὸς, οὔτε μὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν αὐτῷ δὲ ὢν ὁ Μονογενὴς, ἔχων δὲ αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν τεκόντα, αὐτόν φησιν ἐνεργεῖν· ἐνεργὴς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Πατρὸς φύσις, καλῶς ἐν Υἱῷ διαλάμπουσα. Φαίη δ' ἄν τις ἐπὶ τούτοις ἑτέραν διάνοιαν, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας καλῶς αὐτῷ χορηγούσης τὰς ἀφορμάς. « Ἀπ' ἐμαυτοῦ γὰρ, φησὶν, οὐ λαλῶ, » ἀντὶ τοῦ, οὐ μεμερισμένως, οὐδὲ ἀπᾳδόντως τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ τοῖς ὁρῶσιν ἐφαίνετο, ἀνατίθησι τῇ τῆς θεότητος φύσει τοὺς ἑαυτοῦ λόγους, ὡς ἐν προσώπῳ τοῦ Πατρὸς, καὶ μὴν καὶ τὰ ἔργα· μόνον δὲ οὐχί φησι· Μὴ τὸ σχῆμα τουτὶ τὸ ἀνθρώπινον, τὴν ἐμοὶ πρέπουσαν καὶ χρεωστουμένην παραιρείσθω διάληψιν, μηδὲ ἀνθρώπου ψιλοῦ, καὶ ἑνὸς τῶν καθ' ὑμᾶς εἶναι τοὺς ἐμοὺς λόγους ὑπολάβητε, ἀλλὰ θείους ἀληθῶς, καὶ αὐτῷ πρέποντας τῷ Πατρὶ, οὕτως ὡς ἐμοί. Ἐνεργεῖ δὲ ἐν ἐμοὶ μένων· εἰμὶ γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ αὐτὸς ἐν ἐμοί. Μὴ τοίνυν, φησὶν, ὡς μέγα τι καὶ ὑπερφυὲς τοῖς ἀρχαιοτέροις δεδόσθαι πιστεύετε, καὶ τὸ ἰδεῖν μὲν ὡς ἐν εἴδει πυρὸς τὸν Θεὸν, ἀκοῦσαι δὲ καὶ φωνῆς λαλούσης αὐτοῖς. Ὑμεῖς γὰρ ὄντως τεθέασθε δι' ἐμοῦ καὶ ἐν ἐμοὶ τὸν Πατέρα, εἰ καὶ πέφηνα καθ' ὑμᾶς, Θεὸς ὢν κατὰ φύσιν, ἦλθον ἐμφανῶς, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν. Ἰστέον δὲ ὅτι τῶν ἡμετέρων ἀκούσαντες λόγων, τῶν ὑπὸ Πατρὸς ἠκούσατε. Θεωροὶ δὲ γεγόνατε καὶ τῶν ἔργων, καὶ τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ. Δι' ἐμοῦ γὰρ λαλεῖ μὲν, ὡς διὰ Λόγου τοῦ ἰδίου, κατορθοῖ δὲ καὶ ἐνεργεῖ τὰ θαύματος ἄξια, ὡς διὰ δυνάμεως πάλιν τῆς ἑαυτοῦ. Ὅτι δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, λόγος ἀποτέμοι ποτὲ τόν τε Λόγον, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς, ἐνυπάρχειν δὲ, καὶ ἐμπεφυκέναι κατὰ φύσιν αὐτῇ πᾶς τις οὖν ὁμολογήσειεν, οὐκ ἀμφίβολον, εἰ μή τις ἄρα εἴη παραπλὴξ τὴν διάνοιαν.

Si enim ad vos, inquit, locutus esset Pater aliquid, iisdem ipsis quibus ego nunc, non aliis usus verbis esset. Tantum quippe habeo eum eo similitudinis substantialis, ut meæ voces ejus sint, et quæ facio ego, hæc ejus facta credantur : in me enim manens, propter identitatem substantiæ, ipse facit opera. Nam cum una sit in Patre et Filio et Spiritu deitas, omnis sermo Patris utique est per Filium in Spiritu ; et omne opus, sive miraculum, per Filium in Spiritu, agitur tamen tanquam a Patre. Nec enim extra Genitoris substantiam est Filius, neque adeo Spiritus sanctus, sed qui in eo est Unigenitus, quique habet rursus in seipso Genitorem, ipsum ait operari. Efficax enim est Patris natura, in Filio præclare emicans. Alius præterea sensus afferri potest, quem incarnationis ratio commode suppeditat. « A meipso, inquit, non loquor, » pro eo quod est, non seorsim, neque contra Dei ac Patris placitum. Quia enim in humana forma videntibus apparuit, idcirco deitatis naturæ verba sua tribuit, tanquam in persona Patris, quinetiam et opera, ac tantum non ait : Ne hæc forma humana existimationem mihi convenientem ac debitam eripiat, neque nudi vobis similis unius alicujus hominis meos sermones esse putetis, sed vere divinos, ipsique convenientes Patri, perinde ac mihi. Operatur autem in me manens : quippe sum in ipso, et ipse in me. Nolite ergo credere veteribus tanquam eximium quid **783** et magnum datum esse ut in specie ignis Deum viderent, et vocem eis loquentem audirent. Vos enim revera spectastis per me et in me Patrem, tametsi vestri similis apparui, Deus exsistens secundum naturam, veni manifeste, juxta Psalmistæ vocem [a]. Sciendum vero quod, cum verba mea audiveritis, verba etiam Patris audistis. Sed et spectatores operum et virtutis ejus fuistis. Per me enim loquitur, ut per suum Verbum ; peragit vero et edit miracula, ut per suam rursus virtutem. Quod autem nulla ratio a substantia Patris Verbum, ejusque virtutem sejungere possit, sed in ea exsistere, et a natura inesse quilibet nisi mentis forsan emotæ confessurus sit, dubitandum non est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΟΝΟΝ.

Ὅτι διὰ τὴν ταυτότητα τῆς φύσεως ὁ Υἱὸς μὲν ἐν τῷ Πατρί ἐστιν, ὁ Πατὴρ δ' αὖ πάλιν ἐν τῷ Υἱῷ ἐστιν.

Πιστεύετε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν;

Ἀναφανδὸν ἤδη φησὶν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπιτάττει λοιπὸν, ὅτι προσήκοι φρονεῖν οὐχ ἑτέρως ἡμᾶς, ἢ ὥσπερ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας βούλοιτο Λόγος. Ὁμοούσιος γάρ ἐστι τῷ ἰδίῳ Γεννήτορι, μεσολαβοῦντος παντελῶς οὐδενὸς, ἢ κατά τι γοῦν διακόπτοντος εἰς

CAPUT UNICUM.

Quod propter identitatem naturæ Filius sit in Patre et Pater rursus in Filio.

XIV, 11. *Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est?*

Aperte jam ait, imo vero jubet non aliter sentire quam quomodo velit Verbum veritatis. Consubstantiale enim est suo Genitori, nulla re penitus interjecta, aut quæ alterum ab altero diversitate naturali separet. Unum enim est cum eo, ita ut in

[a] Psal. XLIX, 3.

Genitoris substantia natura Filii cernatur, atque A effulgeat, quemadmodum et in nobis videre licet. Nec enim alii sumus natura a nostris liberis, nec diversitate naturali ab iis disjungimur, licet alia aliis sint ac diversa corpora : unde fit ut qui Abrahami filium viderit, beatum ipsum Abrahamum videat. Quanquam in hominibus quidem magnum forte est discrimen, cum unusquisque contrahatur quodammodo et ad singularitatem se recipiat, nec alius in alio cernatur, nec alter alteri insit corporaliter, licet communis omnibus cernatur ratio substantiæ. At de Deo secundum naturam nequaquam ita censueris. Proprie enim ac peculiariter Pater est Pater, ac non Filius : Filius item qui ex eo est, Filius, et non Pater : **784** et Spiritus B proprie Spiritus. Sed in unam deitatis naturam contracta et collecta sancta Trinitate, unus Deus nobis est, nec alterum ab altero in totum sic recedere ullus dixerit, ut separati sint ab invicem; sed unumquemque esse id quod est ac indigitatur hypostatice credimus. Ex Patre vero esse Filium, id est ex ejus substantia, ex eoque ineffabiliter procedere, et in eo manere censemus. Eodem modo et de Spiritu sancto. Est enim ex Deo secundum naturam vere, sed nullatenus ab ejus substantia sejunctus, imo vero ex eo procedens, et in eo semper manens, quique per Christum sanctis traditur. Omnia quippe per Filium in Spiritu sancto. Hanc nos dogmatum rectam rationem ac veritatem docuit sanctorum Patrum sapientia, C perque sacras Scripturas edocti sumus ita sentire et loqui. Quod autem ad inculpatam hanc fidem recte procedimus, fiduciam et animum Dominus addit, inquiens : « Credite quia ego in Patre, et Pater in me. »

ἑτερότητα φυσικὴν, θατέρου τὸ ἕτερον. Εἷς γάρ ἐστι πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐν τῇ τοῦ τεκόντος οὐσίᾳ τὴν τοῦ Υἱοῦ διαφαίνεσθαι φύσιν, καὶ ἐν τῇ τοῦ γεννήματος οὐσίᾳ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁρᾶσθαί τε καὶ διαπρέπειν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς θεωρῆσαι τις ἄν. Οὐ γὰρ ἕτεροι κατὰ φύσιν ἐσμὲν πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν γεννήματα, οὔτε μὴν εἰς ἀλλοτριότητα μεριζόμεθα φυσικὴν, εἰ καὶ τῇ τῶν σωμάτων ἑτερότητι διεστήκαμεν· διόπερ ἴδοι τις ἂν τὸν μακάριον Ἀβραὰμ ὁ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα υἱὸν ἑωρακώς. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων τυχὸν πολλή τίς ἐστιν ἡ διακοπὴ, συστελλομένου τρόπον τινὰ καὶ ἀναχωροῦντος μεμορφωμένως ἑκάστου πρὸς τὸ ἰδίως ἔχειν, καὶ φαίνεσθαι, καὶ οὐχ ἐμπεφυκότος τῷ ἑτέρῳ σωματικῶς, εἰ καὶ κοινὸς ἅπασιν ὁ τῆς οὐσίας ὁρᾶτο λόγος. Ἐπὶ δὲ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ἐννοήσεις οὐχ οὕτως. Ἰδιαζόντως μὲν γὰρ Πατήρ ἐστιν ὁ Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱός· καὶ πάλιν ὁμοίως Υἱὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐ Πατὴρ, καὶ Πνεῦμα τὸ Πνεῦμα ἰδίως. Ἀλλ' εἰς μίαν θεότητος φύσιν συνιούσης τε καὶ συνειλεγμένης τῆς ἁγίας Τριάδος, εἷς Θεὸς ἐν ἡμῖν, καὶ οὐχ ὁλόκληρον ἑκάστῳ τῶν σημαινομένων δοίη τις ἂν τὴν ἐκ τοῦ ἑτέρου τυχὸν ἀποφοίτησιν, οὐδ' ἀναχωρήσει παντελῶς, εἰς τὸ εἶναι μεμερισμένως· ἀλλ' εἶναι μὲν ἕκαστον τοῦθ' ὅπερ ἔστι καὶ κατωνόμασται παρ' ἡμῖν ἰδιοσυστάτως πιστεύομεν. Ἐκ δὲ τοῦ Πατρὸς ὄντα τὸν Υἱὸν, τουτ' ἔστιν, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ τε προελθεῖν ἀῤῥήτως, ἐν αὐτῷ τε μένειν ἐννοοῦμεν. Τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἔστι μὲν γὰρ ἐκ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ἀληθῶς, ἀλλ' οὐδαμόθεν μεμερισμένον τῆς οὐσίας αὐτοῦ, προϊὸν δὲ μᾶλλον ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ μένον ἀεὶ, χορηγούμενον δὲ τοῖς ἁγίοις διὰ Χριστοῦ· πάντα γὰρ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Ταύτην ἡμᾶς τὴν τῶν δογμάτων ὀρθότητα καὶ ἀλήθειαν ἐδίδαξεν ἡ τῶν ἁγίων Πατέρων σύνεσις· οὕτω πεπαιδεύμεθα λαλεῖν τε καὶ φρονεῖν καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἱερῶν Γραμμάτων. Ὅτι δὲ λίαν ὀρθῶς ἐπὶ ταύτην ἴμεν τὴν ἀλοιδόρητον πίστιν, παραθαρσύνει λέγων ὁ Κύριος· « Πιστεύετε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. »

XIV, 11. *Alioqui, propter opera ipsa mihi credite.*

Aperte his verbis ait non se facturum unquam fuisse quæ naturæ divinæ tantummodo conveniunt, nisi secundum naturam Deus esset, et ex ipsa. Vide porro quanta cum certitudine et veritate hæc dicat. Nec enim ex iis quæ dicit tantum sibi fidei haberi vult, licet mentiri nesciat, quantum ex iis D quæ facit. Quam ob causam, dicam. Sermonibus enim ac verbis Deo convenientibus uti, ac temere nonnulla effundere, furioso, exempli gratia, ac dementi non est difficile : opere vero ac potestate Deo convenienti quis utetur unquam? aut cuinam creaturæ suam gloriam Pater tribuet? Numquid enim Dei gloriam esse dicimus cuncta faciendi potentiam ac virtutem, quæ in nulla omnino creatura sit? Quocirca, volens Christus necessariis et invictis argumentis ac demonstrationibus se probari, ex operibus ipsis credi jubet ipsum quidem esse in Patre, et rursus in seipso habere Patrem, hoc est Patris naturam in propria ferre exsisten-

Εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.

Διαῤῥήδην γὰρ ἐν τούτοις φησὶν, ὡς οὐδ' ἂν ἐργάσαιτο, οὐδ' ἂν ἐξανύσαι πώποτε τὰ μόνῃ τῇ θείᾳ πρέποντα φύσει, μὴ οὐχὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, καὶ ἐξ αὐτῆς. Καὶ ὅρα μεθ' ὅσης ἀσφαλείας τε ὁμοῦ καὶ ἀληθείας τὰ τοιαῦτά φησιν. Οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἂν λέγοι τοσοῦτον ἀξιοῖ πιστεύεσθαι, καίτοι ψεύδεσθαι μὴ εἰδὼς, ὅσον ἐξ ὧν ἐνεργῇ. Καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν, ἐρῶ. Λόγοις μὲν γὰρ καὶ ῥήμασι τοῖς θεοπρεπέσιν ἀποκεχρῆσθαι τυχὸν, καί τι τῶν ῥιψοκινδύνων εἰπεῖν, ἀνδρὶ μαινομένῳ καὶ παραπαίοντι χαλεπὸν οὐδέν· ἔργῳ γε μὴν καὶ δυνάμει τῇ θεοπρεπεῖ, τίς ἂν χρήσαιτό ποτε; χαριεῖται δὲ τίνι τῶν γεννητῶν τὴν ἰδίαν δόξαν ὁ Πατήρ; Ἡ γὰρ οὐχὶ Θεοῦ δόξαν εἶναί φαμεν τὸ πάντα δύνασθαι δρᾷν, καὶ παντουργικὴν ἔχειν ἰσχὺν, οὐδενί γε μὴν ἑτέρῳ προσεῖναι, τῷ τε ὅλως ἐναριθμουμένῳ τοῖς κτίσμασιν; Οὐκοῦν ἐξ ἀναγκαίων τε ὁμοῦ καὶ ἀναντιῤῥήτων ἀποδείξεων τὰ καθ' ἑαυτὸν δοκιμάζεσθαι βουλόμενος ὁ Χριστὸς, ἐξ αὐτῶν κελεύει πιστεύεσθαι τῶν ἔργων, ὡς εἴη μὲν αὐτὸς ἐν

Πατρὶ, ἔχει δὲ αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, τοῦτ' A ἔστι, τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν ἐν ὑπάρξει τῇ ἰδίᾳ φορεῖ, ὡς γνήσιον γέννημα, ὡς καρπὸς ἀληθῶς, ὡς Υἱὸς ἐκ Πατρὸς πεφηνὼς φυσικῶς. Ἀλλ' ἡ μὲν Ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ, καίτοι λίαν ἐπαυχοῦσα τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι, τοιαύτην ἔχει τὴν δόξαν περὶ τοῦ Μονογενοῦς· τοῖς γε μὴν θεομάχοις αἱρετικοῖς ἑτεροῖα παρέστη φρονεῖν, ἀναπείθειν τοὺς τοῖς ὀλεθρίοις αὐτῶν προσιόντας τε καὶ προσέχοντας λόγοις. Ἐπιλυττῶντες γὰρ ταῖς κατὰ Χριστοῦ λοιδορίαις, φιλονεικοῦσιν οἱ δείλαιοι, καὶ κατανοοῦσιν [Ἴσ. καταχονῶσιν] ἀλλήλους, οὐχ εἰς παροξυσμὸν εὐσεβείας, ἀλλ' ἵν' ἀσεβέστερος ἑτέρου ὁρῷτο δεῖν ἕτερος, καὶ φθέγξαιτό τι τῶν ἀπηχεστέρων. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν ἐκ Σοδόμων πίνουσιν οἶνον, καὶ πικρὰν ἐκ Γομόῤῥας B τρυγῶσι σταφυλὴν (οὐ γὰρ ἐκ θείου δέχονται Πνεύματος τὰ ἐπ' αὐτῷ θεωρήματα, οὐδὲ ἐξ ἀποκαλύψεως τῆς τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ δράκοντος κεφαλῆς), οὐδὲν μὲν φρονοῦσι τῶν ἐχόντων ὑγιῶς, ἐκεῖνα δὲ λέγουσιν, ἃ τὰς τῶν ἀκροωμένων ταλαιπώρους ἀποφαίνει ψυχὰς, πρὸς ᾅδην αὐτὰς καταχομίζοντα, καὶ εἰς τὸ κάτω βάραθρον. Ταῦτα καὶ βιβλίοις ἐνθεῖναι τολμήσαντες, ἀθάνατον ὥσπερ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀνεστήλωσαν πονηρίαν. Ἔδει μὲν οὖν ἡμᾶς διαρκῶς εἰρηκότας εἰς τὸ προκείμενον, ἅπερ ἦν εἰκὸς ὠφελεῖν δύνασθαι τοὺς ἐντευξομένους, ὀρθοτάτην ἔχοντα τὴν ἐπὶ τῷ Υἱῷ διάληψιν, μηδεμίαν τῶν παρ' ἐκείνοις ποιήσασθαι μνήμην. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεικὸς οὐδὲν τοῖς ἀθλίοις ἐκείνων περιτυχόντας ῥήμασι συναρπαγῆναι τῶν ἁπλουστέρων εἰς σύνεσίν τινας, ἀναγκαῖον ᾠήθην τοῖς ἐξ ἀληθείας δόγμασι τὰ ἐκ τῆς ἐκείνων φλυαρίας διακρούσασθαι βλάβη, εὐανάτρεπτόν τε ἐπιδεῖξαι τὴν συκοφαντίαν, ἣν ἐπιτειχίζειν βούλονται τῷ Υἱῷ, μᾶλλον δὲ ὅλῃ τῇ θείᾳ φύσει· τοῦτο γὰρ εἰπεῖν ἀληθέστερον.

tia, ut qui sit vera ac legitima proles, ut fructus vere, ut Filius ex Patre naturaliter editus. Sed Christi quidem Ecclesia quæ dogmatum **785** rectitudine imprimis gloriatur, talem de Unigenito sententiam habet: Dei autem hostes hæretici contraria sentiunt et instillant perniciosæ suæ doctrinæ discipulis. Conviciis enim adversus Christum in rabiem acti magno studio in id incumbunt miseri, aliusque alium acuit, non ut ad pietatem se provocent, sed ut alter alterum impietate superare et aliquid proferre videatur absurdius. Nam cum vinum Sodomorum ipsi bibant, atque acerbam uvam Gomorrhæ vindemient [a] (nec enim ex divino Spiritu accipiunt quæ de eo docent, nec ex revelatione Patris, sed ex capite draconis), nihil quidem sani sentiunt, sed ea loquuntur quæ miserabiles auditorum animas reddunt, eas ad inferos et infimum barathrum detrudentia. Quæ et libris mandare ausi sunt, et nequitiam suam tanquam in cippo ad immortalitatem sculpserunt. Et decebat quidem nos expositis in hunc locum quæcunque lectoribus ad recte sentiendum de Filio conducere videbantur, nullam hæreticorum dogmatum facere mentionem. Sed cum miseris eorum sermonibus simpliciores nonnulli abripiantur, necessarium duxi veritatis dogmatis noxias illorum nugas repellere, et calumnias quas affingere volunt Filio, imo, ut verius dicam, toti naturæ divinæ, inanes ac futiles ostendere

Τοιγαροῦν ἐνέτυχον βιβλίῳ τῶν δι' ἐναντίας· εἶτα C τὰ ἐν τῷ προκειμένῳ ῥητῷ διερευνώμενος, εὕρισκον ἐπὶ λέξεως αὐτῆς, οὕτω λέγοντα μεθ' ἕτερά τινα· Ὁ τοίνυν Υἱὸς οὐσιωδῶς περιεχόμενος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, τὸν Πατέρα ἐν ἑαυτῷ ἔχει, τὰ ῥήματα φθεγγόμενον καὶ τὰ σημεῖα ἐπιτελοῦντα· ὅπερ ἑρμηνεύει, λέγων· « Ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ὁ δὲ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ μένων ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. » Ταυτὶ τῆς ἐκείνου τερθρείας τὰ ῥήματα· ἐπειδὴ δὲ χρὴ καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν τὸ τοῖς εἰρημένοις ἀντιστατοῦν, καὶ ἀδόκιμον ὄντα τὸν νοῦν διελέγχειν δυνάμενον, ἐκεῖνό φημι· Τὸ μὲν οὖν οὐσιωδῶς περιέχεσθαι λέγειν τὸν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ὅ τί ποτε ἄρα ἐστὶν, ἢ τί ἄρα δηλοῖ, οὐ σφόδρα συνίημι· χρῆναι γὰρ οἶμαι τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν· τοσαύτην ἔχει τὴν ἀσάφειαν. Ἐρυθριᾷ γὰρ ὥσπερ, καὶ συστέλλεται πως πρὸς τὸ D ἀφανέστερον παῤῥησίαν οὐκ ἔχον τὸ θεώρημα. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὰ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· οὕτω πᾶς λόγος, ὁ τὰ φαῦλα δηλῶν, διὰ σκοτεινῶν ἐννοιῶν ἔρχεσθαι φιλεῖ, καὶ πρὸς τὸ σαφηνείας οὐχ ἥξει φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τῆς ἐνούσης αὐτῷ σαθρότητος ἡ εὐτέλεια. Τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ οὐσιωδῶς περιέχεσθαι τὸν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρός; Ἴημι γὰρ δὴ δι' ἐννοίας ἁπάσης, οἷσπερ ἂν δύνωμαι

In manus itaque mihi venit adversariorum liber; cumque loci propositi sensum perscrutarer, inveni post alia quædam ita scriptum ad verbum: Filius ergo substantialiter contentus a Patre, Patrem in seipso continet, verba loquentem et signa peragentem: quod interpretatur dicens: « Quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor, sed Pater in me manens, ipse facit opera. » Hæc illi nugantur; verum quia necesse est nos illis resistere, nec verum ac germanum esse illum sensum ostendere, primum dico me, ut vere loquar, haud satis capere quid sibi velit quod aiunt contineri a Patre Filium, tantum in se obscuritatis habet. Erubescit enim, ac tenebris quodammodo offunditur propositio libertate vacua. Quemadmodum enim qui male agit, odit lucem, **786** nec venit ad lucem, ne redarguatur, juxta Servatoris vocem [b]: sic omnis oratio quæ mala designat, per tenebrosos animi conceptus ire solet, nec ad explanationis lucem prodibit, ne illius caries ac debilitas arguatur. Quid ergo est substantialiter contineri a Patre Filium? Cuncta enim perscrutari juvat, et quibus possum rationibus explicare quod obscure dictum est, quodque forsan erubescit ne animo comprehensum, ejus a quo editum est insaniam retegat.

[a] Deut. XXXII, 32. [b] Joan. III, 20.

Si ergo significat Filium in Patris substantia, tanquam ei consubstantialem, habere et in seipso Patrem in Filii natura præfulgentem, nos ei quoque expositioni astipulabimur: quod tamen contineri Filius dicitur, non mediocriter forsan nos offenderit. Sin autem istud non ait (nec enim ex Patre genitum esse Filium unquam admittet, qui tantam in eum blasphemiam evomuit, sed Filii naturam veluti corpus quoddam finitum a Patris natura esse comprehensam, asserit), quomodo non aperta ulli blasphemia summæque dementiæ plenus esse arguetur? Nam cum iidem ipsi Deum esse dicant Filium, proprietates tamen corporum ei præter rationem affingere conantur: quod enim mensura aut spatio et intervallo circumscribitur, ita ut a principio quodam inchoatum alicubi desinat, utique et esse in loco, et quantitate, et forma, et figura suscipiet. At quomodo ista non sunt corporum propria? quomodo non nobiscum, utpote nostri similis, qui supra nos est, censebitur? aut quomodo alteri creaturæ germanus non erit, qui nihilo plus habet quam illa, quatenus nimirum est finita? Cum autem ita se habeat, ut stulte adversarii sibi persuadent, cur frustra nos terrebat dicens: « Vos de deorsum estis, ego ex supernis sum; » et rursus: « Vos de hoc mundo estis: ego non sum de hoc mundo [6]? » Nam cum ex supernis seipsum esse diceret, non simpliciter significabat ex cœlis: quid enim prærogativæ plus haberet quam sancti angeli, siquidem et ex supernis illos esse comperimus, si ratione loci id accipiatur? sed significat ex superna, et quæ supra universa evecta est, substantia genitum. Quomodo ergo vere demum loqui videtur, si proprietates corporum cum creaturis aliis communes habet, et perinde ac ea quæ e nihilo producta sunt in ortum a Patre continetur? Siquidem extra eum nihil **787** esse fatebimur. Et ipse quidem Psaltes divinus vera omnino et abstrusa mysteria loquens in Spiritu, Filium nulli loco deesse ait, per hoc testificans incorporeum et incircumscriptum eum esse, nec loco comprehendi, utpote Deum. « Quo enim ibo a Spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: nam et ibi manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua [7]. » Illi autem projecta audacia suam sententiam Spiritus vocibus opponentes, Unigenitum loco circumscribi ac terminari volunt, cum hinc potius necessario secum reputare deberent, quod si cœlos et terræ extrema repleat, hoc est inferos, qui non absurdissimum sit comprehensionis nomen ei affingere, cum neque apud se cogitent, quod si facies ejus, id est Spiritus (faciem quippe Filii Spiritum vocat), implet omnia, quomodo ipse continebitur, licet a Deo et Patre contineri dicatur? Nec enim

A διαπτύσσων λόγοις τὸ ἀμυδρῶς εἰρημένον, καὶ δυσωπούμενον τάχα μὴ καὶ ἄρα νοηθὲν ἀποκαλύψῃ τὴν τοῦ τεκόντος αὐτὸ δυσβουλίαν. Εἰ μὲν οὖν τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ὡς ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς οὐσίᾳ φαινόμενος ὁ Υἱὸς, ὡς ὁμοούσιος αὐτῷ, ἔχει καὶ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα ἐν τῇ τοῦ γεννήματος φύσει καλῶς διαλάμποντα, συναινέσομεν καὶ ἡμεῖς εἰς τὴν τοῦ θεωρήματος δύναμιν· οὐ μετρίως δ' ἂν ἀδικῆσαι τυχὸν τὸ τῆς περιοχῆς ὄνομα κείμενον ἐφ' Υἱῷ. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὔ φησιν (οὐ γὰρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαί ποτε παραδέξεται τὸν Υἱὸν ὁ τοιαύτην ἐμέσας κατ' αὐτοῦ δυσφημίαν, ὥσπερ δέ τι σῶμα πεπερασμένον τὴν τοῦ Υἱοῦ φύσιν ἐμπεριειλῆφθαι τῇ τοῦ Πατρὸς διϊσχυρίζεται), πῶς οὐχ ἂν ἀναφανδὸν δυσφήσας [δυσφημήσας] ἁλώσεται, καὶ τῆς εἰς B ἄκρον ἡκούσης φρενοβλαβείας ἀνάπλεως ὤν; Καὶ αὐτοὶ γὰρ Θεὸν εἶναι λέγοντες τὸν Υἱὸν, τὰ σωμάτων ἴδια προσάπτειν αὐτῷ παραλόγως ἐπιχειροῦσι· τὸ γὰρ ὅλως περιορισμῷ τινι καὶ μέτρῳ περισχοινίζεσθαι τῷ νοουμένῳ κατὰ διάστασιν, ὡς καὶ ἀπό τινος ἀρχῆς καταλήγειν εἰς πέρας, πάντως ἐπιδέξαιτο καὶ τὸ εἶναι τυχὸν ἐν τόπῳ, καὶ ποσῷ, καὶ εἴδει, καὶ σχήματι. Εἶτα πῶς οὐ σωμάτων ἴδια ταυτί; πῶς δὲ οὐ μεθ' ἡμῶν, ὡς καθ' ἡμᾶς, ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς νοηθήσεται; ἢ πῶς οὐκ ἀδελφὸς τῇ ἑτέρᾳ κτίσει, λοιπὸν οὐδὲν ἔχων παρ' αὐτὴν τὸ πλέον, ὅσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς τὸ εἶναι πεπερασμένως; Ἔχων δὲ οὕτω κατά γε τὴν ἀμαθῆ τῶν δι' ἐναντίας ὑπόνοιαν, τί μάτην ἡμᾶς προσεκτύπει λέγων· « Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, C ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί; » Καὶ πάλιν· « Ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστέ· ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. » Ἄνωθεν γὰρ ἑαυτὸν εἶναι λέγων, οὐχ ἁπλῶς ἐδήλου τὸ ἐξ οὐρανῶν· τί γὰρ ἂν ἔχοι τὸ πλεῖον παρὰ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, εἴπερ ἄνωθεν κἀκείνους ὄντας εὑρήσομεν, τοπικῶς ἐκληφθέντος τοῦ σημαινομένου; σημαίνει δὲ ὅτι τῆς ἄνωθεν καὶ τῆς τοῖς ὅλοις ἐποχουμένης οὐσίας ἐξέφυ. Πῶς οὖν ἀληθὴς ἀναφαίνεται λοιπὸν, εἰ κοινὰ πρὸς τὴν ἑτέραν ἔχει κτίσιν τὰ σωμάτων ἴδια, καὶ ὁμοῦ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενεχθεῖσι περιεχόμενός ἐστιν ὑπὸ τοῦ Πατρός; εἴπερ οὐδὲν ἔξω κεῖσθαι δώσομεν αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν θεσπέσιος Μελῳδὸς, ἀληθῆ που πάντως καὶ κεκρυμμένα μυστήρια λαλῶν ἐν Πνεύματι, οὐδενὸς μὲν παντελῶς ἀπολιμπάνεσθαι τόπου D φησὶ τὸν Υἱὸν, τὸ ἀσώματόν τε καὶ ἀπεριόριστον αὐτῷ διὰ τούτου προσμαρτυρῶν, καὶ ὅτι μὴ τόπῳ περιληπτὸς, ὡς Θεός. « Ποῦ γὰρ πορευθῶ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ, ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ πορευθῶ εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. » Ῥιψοκινδύνως δὲ οὗτοι, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος φωναῖς τὴν ἑαυτῶν ἀντεξάγοντες γνώμην, ὁρισμῷ καὶ περιγραφαῖς ὑποβάλλουσι τὸν Μονογενῆ, καίτοι λογισμὸν ὀφείλοντες ἐπὶ τούτῳ λαβεῖν ἀναγκαῖόν τε καὶ χρήσιμον. Εἰ γὰρ

[6] Joan. VIII, 23. [7] Psal. CXXXVIII, 7-10.

ωκε μὲν οὐρανοὺς, καὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, A
τι, τὰ εἰς τὸν ᾅδην· πῶς οὐ σφόδρα παραλο-
ν τὸ περιοχῆς ὄνομα προσάπτειν αὐτῷ, μηδὲ
λογισαμένους, ὅτι εἰ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τοῦτ'
ὸ Πνεῦμα (πρόσωπον γὰρ τοῦ Υἱοῦ καλεῖ τὸ
) τὰ πάντα πληροῖ, πῶς ἂν αὐτὸς εἴσω γέ-
ριοχῆς, κἂν λέγῃ, ὅτι περιοχῆς τοῦ Θεοῦ καὶ
; Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὑβρίζει περιγράψας τὸ
ον, καὶ μέτρῳ περιτιθεὶς τὸ οὐκ ὂν πεπερα-
. Τὸ γὰρ οὐσιωδῶς αὐτὸν περιέχεσθαι λέγειν
ὁ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τί ἕτερόν ἐστι δηλοῦν, ἢ
ερασμένην ἔχει τὴν οὐσίαν, ὥσπερ οὖν ἀμέ-
ἓν ἕκαστον τῶν παρ' αὐτοῦ γεγονότων, ἃ καὶ
ως τε καὶ ἀληθῶς περιέχεσθαι δώσομεν. Σώ-
ὲρ, εἰ κα' μὴ τοιαῦτα τυχὸν, ὁποῖα τὰ ἡμέ-
ἔπεισι δέ μοι κἀκεῖνο πρὸς τούτοις ἐννοεῖν. B
ἀναγκαῖον εἶναί φαμεν τὸ ὑπό του περιει-
ον, εἴσω δὴ κεῖσθαι πάντως τοῦ περιέχειν
γομένου, πῶς οὐκ ἀναμφιλόγως ἕψεται τὸ ἐν
ν εἶναι νοεῖν τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον,
ρατῶσθαι λέγειν αὐτὸ, κατακλειόμενον ὥσ-
τοῦ μείζονος περιοχῇ; Τί οὖν, ὦ βέλτιστε,
ρεῖς; Ἰδοὺ γὰρ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς
παραθεὶς, καὶ διαῤῥήδην εἰπών· « Ὁ ἑωρα-
, ἑώρακε τὸν Πατέρα, » καὶ πάλιν ἐπήνεγκεν
« Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ δὲ ἐν ἐμοί
Εἰ γὰρ τοῦτό φησι καθ' ὑμᾶς, ὅτι Καίτοι
ρ καὶ εἰκὼν ὑπάρχων τοῦ γεγεννηκότος, οὐ-
δὲ αὐτοῦ περιέχομαι, πῶς οὐχ ἅπασιν ἀν-
ον, ὅτι τοιαύτας ἡμᾶς ἐννοίας ἔχειν περὶ τοῦ C
βούλεται, ὁποίανπερ ἂν λάβοιμεν καὶ ἐπ'
εριπερατῶσθαι τοιγαροῦν ἀνάγκη καὶ τὸν Πα-
στι γὰρ ἐν Υἱῷ. Καὶ ζητείτω λοιπὸν ὁ αἱρε-
ς ὁ μείζων αὐτοῦ· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις εἰπεῖν
Οὐ γὰρ ἀνὰ μέρος μὲν εἰκὼν ἔσται τοῦ Πα-
Υἱὸς, ἀνὰ μέρος δὲ οὐκέτι. Εἰ γὰρ ὅλως ἔχει
παραλλάττον καὶ μεσολαβοῦν τὴν εἰσάπαν
ν, μέρος ἂν εἴη λοιπὸν, οὐχ ὁλόκληρος εἰκών.
ποῦ τοῦτο δείξαις ἂν τὴν ἁγίαν λέγουσαν Γρα-
γὰρ δήπου τοῖς σοῖς ἀναπεπεισμένοι λόγοις,
ερῶν δογμάτων ὀρθότητα παρωσόμεθα. Θαυ-
ὲ ὅπως οὐ κατέδεισαν ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν·
ρ ὁ Παῦλος τὸν Χριστὸν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ λα-
καὶ ἐνεργοῦντα τὰς δυνάμεις, τὸν αὐτὸν δὴ
καὶ ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα λαλοῦντα, καὶ τὰ ση- D
μεῖα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ. Διό φησι· « Πιστεύετε,
ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ δὲ ἐν ἐμοί. Εἰ δὲ
τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. » Εἶτα τίς ἔτι
ὸν προσερεῖ τὸν οὕτω διεσκεμμένον καὶ πε-
τα περὶ Χριστοῦ; Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ, καὶ
ως, Θεὸν μὲν αὐτὸν οὐκέτι φησὶν ἀληθῶς·
ως δὲ περιθεὶς τὸ πρέπον τοῖς κτίσμασι
ῷ, θεοφόρον τινὰ καὶ Θεοῦ μέτοχον, ἤγουν
γεννηθέντα Θεὸν κηρύττει. Σκοπὸς γὰρ αὐ-
παντὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τρόπου καὶ λόγου τῆς
τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παντελῶς ἀπείργειν
καὶ εἰσάπαν ἀποτεμεῖν τῆς φυσικῆς καὶ οὐ-

minus erit incommodi si dicat circumscribi incorporeum, et mensuræ subjiciat quod caret termino. Dicere enim substantialiter ipsum a Deo et Patre contineri, quid sibi vult aliud, quam terminatam habere substantiam, non secus ac unumquodque eorum quæ facta sunt ab ipso, quæ tuto ac vere contineri fatebimur? Corpora enim sunt, licet non talia forsan qualia nostra sunt. Sed et illud mihi præterea subit. Quod si necesse dicamus ut quod ab aliquo continetur, omnino intra illud sit a quo contineri dicitur, quomodo non manifeste sequetur ut continens minus esse contento putemus, ipsumque terminatum esse majoris quodammodo complexione dicamus? Quid ergo rursus dices, o bone? Ecce enim, cum se Dei ac Patris exhibeat imaginem, et aperte dicat: « Qui videt me, videt et Patrem, » statim rursus subjungit: « Ego in Patre, et Pater in me est. » Nam si, ut valtis, ait se, quamvis character et imago sit Patris, substantialiter tamen ab eo contineri, nunquid manifestum et indubitatum est omnibus, velle ut alia de Patre qualia et de ipso sentiamus? Finitum igitur esse quoque **788** Patrem oportet: est enim in Filio. Quærat itaque demum hæreticus quis major eo sit: non enim cogitare aut dicere fas mihi est, nec enim partim quidem Patris erit imago Filius, partim vero non erit. Nam si omnino habet aliquid quod perfectissimam similitudinem dirimat, non erit perfecta et solida imago. At ubinam id in sacris Litteris reperies? nec enim tuis sermonibus persuasi rectam sacrorum dogmatum rationem rejiciemus. Illud mirari subit, quomodo subjicere ausi sint: Quemadmodum Paulus Christum habebat in seipso loquentem et virtutes operantem, eodem modo et Filius Patrem loquentem et signa edentem habebat in seipso. Unde ait: « Credite quia ego in Patre, et Pater in me est, alioqui propter opera ipsa credite. » Verum quis Christianum nuncupabit illum qui talia de Christo sentiat ac loquatur? Ecce enim, ecce non jam ipsum vere Deum dicit, sed præcipiti audacia affingens ei quod creaturis convenit, deiferum quemdam Deique participem, sive ex Deo procreatum Deum prædicat. Ei quippe propositum est omni ratione ac modo a Dei ac Patris substantia prorsus eum excludere, et a naturali atque substantiali proprietate quam cum suo Patre ac Deo habet, prorsus resecare. At quid, quæso, his stupidius esse potest? aut quomodo non velut mortuis jam ac perditis illacrymaveris, qui tam effrenato cursu in impietatem præcipitant, et opportune admodum dices: « Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et plorabo die ac nocte [8]? » Ob horum enim contumaciam non immerito quis magnam lacrymarum vim profuderit. Sed quoniam veritatis dogmatis illorum calumnias, propter simpliciorum utilitatem, retundendas ar-

[8] Jerem. IX, 1.

bitror, age, rursus illud eis dicamus nos zelo zelasse Domino.

A σιώδους οἰκειότητος ἧς ἔχει πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ Θεόν. Εἶτα τί ἂν γένοιτο τῶν τοιούτων τὸ ὑπερτεροῦν εἰς ἀποπληξίαν; ἢ πῶς οὐκ ἄν τις, ὡσεὶ νεκροῖς ἤδη καὶ ἀπολωλόσι, τὸ ἐκ τῆς ἀγάπης ἀποστάξαι δάκρυον, ἀχαλίνως οὕτω τετραμμένοις εἰς ἀσέβειαν, ἐρεῖ δὲ καὶ λίαν εὐκαίρως· « Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός; » Ἐπὶ γὰρ τοῖς τὰ τοιαῦτα φρονεῖν ἑλομένοις ἀκρατὲς ἄν τις εἰκότως ἐπιστάξαι δάκρυον. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐξ ἀληθείας δόγμασιν ἀποκρούεσθαι δεῖν τὰς παρ' ἐκείνων συκοφαντίας προσήκειν ὑπολαμβάνω, διὰ τὸ τοῖς ἁπλουστέροις λυσιτελὲς, φέρε πάλιν αὐτοῖς ἐκεῖνο λέγωμεν, ὅτι ζηλοῦντες ἐζηλώκαμεν τῷ Κυρίῳ.

Divinus enim Paulus, et quivis sanctorum alius, cum Christum in suis mentibus inhabitantem haberent per Spiritum, faciebant quæ Christo placerent, et miracula edebant. At constat, vel tua ipsius confessione, quod cum homines essent natura, et aliud quiddam substantia quam sanctus Christi Spiritus qui in eis habitabat, religiosi tamen et pietate conspicui erant **789** per datam eis a Christo gratiam. Sed nobiscum utique fateberis, aliquando gratia fuisse destitutos, verumtamen eo fuisse vocatos, cum ita visum esset omnia recte gubernanti Deo. Fieri ergo poterat ut vitio aliquo vel peccato beatus Paulus, aut alter ei similis, Deum offendens, data sibi gratia privaretur, et in eam demissionem unde emerserat denuo detruderetur atque rediret. Quod enim aliunde asciscitur et accidit, facile amitti potest atque auferri, utpote datum. An igitur, o bone (juvat enim iterum te compellare), si quemadmodum erat in Paulo Christus loquens et miracula faciens, juxta tuam stultam et impiam sententiam, ita Patrem in Filio quis esse concesserit, nunquid clarum et indubitatum est Deum nequaquam fore secundum naturam, sed aliud quiddam ab inhabitante Patre, qui vere Deus? Sic enim erat in Paulo Christus. Instrumentum igitur ac vas veluti quoddam est Unigenitus in gloriam præparatum, nec a tibia forsan aut lyra distabit, illud resonans quod inspiratu nimirum aut plectro jussum erit: et ad miracula edenda Pater eo utetur, quo pacto fabri lignarii serra vel ascia. At quid hoc absurdius? Nam cum ejus sit naturæ, ut illi dicunt, a Deo ac Patre prorsus alienus erit, ea ratione qua natura Deus est in nobis, et nemo alius ab ipso. Quod si a Patris substantia ita Filius excluditur ut non sit natura Deus, quomodo non vere dicimus eum inter creaturas collocatum connumeratum esse, atque instrumenti loco assumptum, et pro Domino ministrum tandem videri Filium, qui Deo ac Patri assidet, imo ne vere quidem esse Filium? Nec enim quod instrumenti loco ponitur pro Filio quis accipiet. Instrumentum itaque suæ artis aut sapientiæ Pater genuit, et aliquid aliud quam quod ipse sit genuisse videtur. At quomodo fieri illud potest, aut quomodo istiusmodi quiddam in animum sibi reducere, non est stultissimum? Nisi ergo Filium instrumentum aut ministrum existimare cessaveris, eumque veram genituram esse non admittens, ineffabilem ejus generationem, ex substantia Dei ac Patris nimirum, negaveris, in ipsam Genitoris gloriam contume-

Ὁ γάρ τοι θεσπέσιος Παῦλος, ὦ οὗτοι, ἢ καί τις ἕτερος τῶν ἁγίων, τὸν Χριστὸν ἔχοντες ταῖς ἑαυτῶν διανοίαις ἐνοικισθέντα διὰ τοῦ Πνεύματος, ἔδρων εὖ μάλα τὰ δοκοῦντα Θεῷ, καὶ δημιουργοὶ τῶν παραδόξων ἐφαίνοντο. B Οὐκοῦν ἄραρεν, ὅ τι δοίης δ' ἂν καὶ αὐτὸς ὑπάρχειν ἀληθὲς, ὡς ἄνθρωποί τε τὴν φύσιν ὑπάρχοντες, καὶ ἕτερόν τι κατὰ τὴν οὐσίαν παρὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῖς ἅγιον Πνεῦμα Χριστοῦ, θεοφόβοι τινὲς ἦσαν καὶ λαμπροὶ διὰ τῆς δοθείσης αὐτοῖς παρὰ Χριστοῦ χάριτος. Συνερεῖς δὲ πάντως ἡμῖν, ὡς ἔρημοι μὲν τοῦ χαρίσματος ἦσάν ποτε, κέκληνταί γε μὴν εἰς αὐτὸ, δόξαν οὕτω καλῶς ἔχειν τῷ πάντα καλῶς διϊθύνοντι Θεῷ· ἦν οὖν ἄρα τῶν ἐνδεχομένων καὶ διά τινος τῶν ἀτόπων ἢ καὶ ὀρθῶς οὐκ εἰργασμένων προσκεκρουκότα τῷ Θεῷ τὸν μακάριον Παῦλον, ἤγουν τινὰ τῶν κατ' ἐκεῖνον ἕτερον ἔρημον μὲν τῆς δοθείσης αὐτῷ χάριτος ὀφθῆναι δύνασθαι, κατωθεῖσθαι δὲ αὖθις καὶ ὑπονοστεῖν εἰς τὴν ὅθεν ἀνέβη ταπείνωσιν. Τὸ γὰρ ὅλως ἔξωθεν καὶ C ἐπακτὸν ῥᾳδίως ἂν ἀποπτύοιτο καὶ ἀναφαιρετὸν [Ἴσ. ἐναφαιρετόν] ἐστιν, ὡς δοτόν. Ἆρ' οὖν, ὦ βέλτιστε (τετράψεται γὰρ πρὸς σὲ ὁ λόγος πάλιν), εἰ κατὰ τὴν πρὸς σὲ ἀπαιδευσίαν καὶ ἀσεβεστάτην ὑπόληψιν, καθάπερ ἦν ἐν τῷ Παύλῳ Χριστὸς λαλῶν καὶ τερατουργῶν, οὕτως εἶναι δοίη τις ἂν ἐν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα, πῶς οὐκ ἀμφίλογον ὡς Θεὸς μὲν ἔσται κατὰ φύσιν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ τὸν ἐνοικοῦντα Πατέρα, Θεὸν ὄντα κατὰ ἀλήθειαν; Οὕτω γὰρ ἦν ἐν τῷ Παύλῳ Χριστός. Ὄργανον οὖν ἄρα καὶ ὥσπερ τι σκεῦός ἐστιν, εἰς δόξαν κατηρτισμένον ὁ Μονογενὴς, καὶ διοίσει μὲν οὐδὲν αὐλοῦ καὶ λύρας, ἐκεῖνο φωνῶν, ὅπερ ἂν ἐμπνέηται τυχὸν, ἤγουν εὐρύθμως ἀναμελῳδεῖν τῷ πλήκτρῳ κελεύηται· ἔσται δὲ οὕτω παράδεκτος εἰς θαυματουργίαν τῷ Πατρὶ, ὡς D ἂν νοοῖτο τυχὸν πρίων, ἢ σκέπαρνον τοῖς εἰδόσι τὸ ξυλουργεῖν. Εἶτα τί τούτου παραλογώτερον; Οὕτω γὰρ ἔχων φύσεως, καθάπερ ἐκεῖνοί φασιν, ἀλλότριος ἔσται παντελῶς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅσον ἐστὶ τὸ εἶναι φύσει Θεὸς ἐν ἡμῖν, καὶ ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδείς. Εἰ δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὁ Υἱὸς ἀποσχοινίζεται, κατά γε τὸ εἶναι φύσει Θεὸς, πῶς οὐκ ἀληθῶς ἤδη φαμὲν, ὅτι τῇ κτίσει συντέτακται καὶ συνηρίθμηται τοῖς ποιήμασι, καὶ ἐν ὀργάνου παρελήφθη χρείᾳ, καὶ ὑπουργὸς ἡμῖν ἀντὶ δεσπότου πέφηνεν ἤδη λοιπὸν ὁ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ συνεδρεύων Υἱὸς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ Υἱός ἐστι κατὰ ἀλήθειαν; Οὐ γὰρ τὸ ἐν ὀργάνου τάξει τεθὲν εἰς Υἱόν τις νοῆσαι καὶ παραδέξαιτο. Ἐργαλεῖον οὖν ἄρα τῆς ἐνούσης αὐτῷ τέχνης ἤτοι σοφίας ἔτεκεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἕτερόν τι παρ' ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ἀποκυήσας ὁρᾶται.

Καὶ πῶς ἂν ἐνδέχοιτο; πῶς δὲ οὐχ εὔηθες παντελῶς τὸ νοεῖν τι τοιοῦτον; Οὐκ ἀπαλλάξας τοίνυν ὀργανικῆς τε καὶ οἰκετικῆς ὑπολήψεως τὸν Υἱὸν, γέννημα δὲ κατὰ ἀλήθειαν ὁμολογῶν αὐτὸν οὐδαμῶς, ἀρνούμενος δὲ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν, τὴν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός φημι, αὐτὴν ἀδικήσεις τοῦ τεκόντος τὴν δόξαν. Οὐκ ἔτι γὰρ ἔσται Πατὴρ κατ' ἀλήθειαν ὁ Πατήρ. Ὁ γὰρ μὴ γεννήσας ὅλως ἐξ ἑαυτοῦ, τίνος ἂν εἴη κατὰ φύσιν πατήρ; Ψευδώνυμος οὖν ἄρα παντελῶς ἡ ἁγία Τριὰς, μήτε τοῦ Πατρὸς ὄντος κατὰ ἀλήθειαν Πατρὸς, μήτε μὴν Υἱοῦ κατὰ φύσιν τοῦ Υἱοῦ· ἀκολουθήσει δὲ ἀναλόγως τῷ θεωρήματι καὶ ἡ κατὰ τοῦ Πνεύματος δυσφημία. Οὐκοῦν ἠπατήμεθα, καὶ διέψευσται μὲν ἡ πίστις· ψευδομυθεῖ δὲ ἡ ἁγία Γραφὴ, Πατέρα καλοῦσα τὸν Θεόν· καὶ εἰ μή ἐστι κατὰ φύσιν Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὡς ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθεὶς, πεπλανήμεθα μὲν ἡμεῖς, συμπεπλάνηται δὲ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἡ ἄνω πόλις, καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καθαρωτάτη πληθὺς, τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ συνδοξάζουσά τε καὶ συμπροσκυνοῦσα, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως δοξολογεῖν ἀναπεπεισμένη θεοφόρον τι σκεῦος, καὶ τῶν ποιημάτων ἓν, κατά γε τὴν ἐκείνων ἀβελτηρίαν, φημί. Εἰ δὲ βούλοιτό ποτε τῆς εἰς τὸν Υἱὸν σχέσεως καὶ τῆς ἐνοικήσεως ἀναχωρεῖν ὁ Πατὴρ, οὐδὲν διοίσει τάχα τῶν διωλισθηκότων τῆς ἰδίας ἀρχῆς, ἴδιον μὲν ἔχων οὐδὲν, οὔτε μὴν ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸν γεννήσαντα φέρων, πάντα δὲ μᾶλλον ὑπάρχων τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ μόνῃ τῇ θείᾳ νευρούμενος χάριτι, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς υἱότητος ὀνόματι μεθ' ἡμῶν τετιμημένος. Τί οὖν, εἰπέ μοι, μὴ καὶ αὐτὸς σὺν ἡμῖν τὴν οἰκείαν ὁμολογεῖ φύσιν; διατί δὲ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα, καὶ αὐτὸς καθήμενος τὸν αἰῶνα; τοῦ δὲ δὴ χάριν ἡμεῖς μὲν οἰκέται, κύριος δὲ αὐτός; Εἰ γὰρ καὶ υἱοὶ κεκλήμεθα Θεοῦ, τὴν ἰδίαν φύσιν οὐδὲν ἧττον ἐπιγινώσκοντες, οὐκ αἰσχυνόμεθα τὴν δόξαν· αὐτὸς δὲ, εἰπέ μοι, διὰ ποίαν αἰτίαν, εἴπερ ἐστὶ καθ' ἡμᾶς, καὶ κατ' οὐδὲν τῶν κτισμάτων ἐν ἀμείνοσι, κατά γε τὸ μὴ εἶναι κατὰ φύσιν Θεὸς (τοῦτο γὰρ τοῖς ἀπαιδεύτοις δοκεῖ), τί μὴ μεθ' ἡμῶν ὁμολογεῖ τὴν δουλείαν; Τὴν δὲ πρέπουσαν καὶ ἀνακειμένην ἰδικῶς τῇ θείᾳ φύσει τιμήν τε καὶ δόξαν ἑαυτῷ περιθεὶς, τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς εὑρίσκεται λέγων· « Ὑμεῖς καλεῖτέ με, ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ. » Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Σωτήρ· οἱ δὲ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ τῶν κατ' αὐτοῦ δογμάτων εἰσηγηταὶ ἐπαινοῦσι μὲν λέγοντα καὶ διατεινόμενον, ὡς εἴη πανἀληθῶς καλούμενος Κύριος, τῆς δὲ κατὰ φύσιν κυριότητος ἐξωθοῦντες αὐτὸν διὰ τοῦ μὴ βούλεσθαι Θεὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ὁμολογεῖν, καὶ τῆς ἑαυτῶν βδελυρίας τὰ πάντων αἴσχιστα κατηγορεῖν οὐ πιστεύουσιν. Ὅτι γὰρ οὐκ ἐν τοῖς τὴν δουλικὴν ἔχουσι τάξιν, οὐδὲ τοῖς τῶν γεγονότων καταλόγοις ἐναρίθμιος εἶναι βούλεται, βλέπει δὲ μᾶλλον εἰς τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐλευθερίαν, καὶ ὅτε γέγονεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καὶ διὰ τούτου συνήσεις. Ἀφίκετο μὲν γὰρ ἐν Καφαρ-

A liosus eris. Nec enim ultra Pater **790** vere Pater futurus est. Nam qui omnino ex seipso non genuit, cujusnam secundum naturam pater erit? Falso itaque sancta Trinitas prorsus nominatur, si neque Pater sit ex rei veritate Pater, neque porro Filius sit secundum naturam Filius: et consequenter piaculum istud erit quoque adversus Spiritum. Quocirca decepti sumus, et frustra est fides: quin et Scriptura sancta mentitur, quæ Patrem vocat Deum: et, si non est secundum naturam Deus Filius, ut ex Deo et Patre genitus, nos quidem fallimur, et una cum hominibus superna illa civitas et sanctorum angelorum purissima cohors decipitur, quæ Deum secundum naturam nobiscum glorificat et adorat, ac nescio quomodo inducta est ut deiferum B quoddam vas et creaturarum unam, juxta stultam hæreticorum sententiam, glorificet. Quod si Pater unquam ab illa conjunctione et inhabitatione cum Filio recedere velit, nihil utique distabit ab iis qui exciderunt suo principatu, nihil proprium habens, nec in sua natura Genitorem ferens, sed in omnibus nostri similis exsistens, et sola divina roboratus gratia, adde et filiationis nomine nobiscum ornatus. Quidni igitur, quæso, etiam is nobiscum suam confitetur naturam? aut cur nos in sæculo perimus, ipse vero sæculo insidet? quam ob causam nos famuli, ipse vero Dominus? Etsi enim filii nuncupemur Dei, nihilominus naturam nostram agnoscentes, gloriam non erubescimus [9]. C Ipse vero si nobis est similis, nec ullo modo creaturis superior, in quantum non est natura Deus (hoc enim imperiti sentiunt), quidni servitutem nobiscum profitetur? Sed convenientem proprie naturæ divinæ honorem et gloriam sibi vindicans, suis discipulis dicere reperitur: « Vos vocatis me, Magister et Domine; et bene dicitis: sum etenim [10]. » Atque hæc quidem Salvator: sed boni illi dogmatum hæreticorum interpretes laudant quidem eum asserentem ac dicentem se vere prorsus vocari Dominum, sed a naturali dominatione eum excludentes ex eo quod nolunt eum Deum de Deo secundum naturam confiteri, non tamen propterea sibi persuadent se piaculi sui prodere fœditatem. Nam quod nec in famulorum ordine, nec in creaD turarum numero collocari velit, sed ad libertatem potius spectet sibi a natura insitam, etiam cum factus est in forma servi [11], **791** vel hinc intelliges. Profectus est in Capharnaum, sicut in Evangeliis legimus: exactores autem didrachmi Petrum adeuntes sic eum compellarunt: « Magister vester non solvit didrachma [12]? » Hoc ubi Christus rescivit, quid ad Petrum responderit, videre est operæ pretium: « Reges terræ, a quibus accipiunt censum, aut tributa? a filiis suis, an ab alienis [13]? » Petro autem sapienter et prudenter confitente legibus ac tributis cum obnoxium esse debere, qui regno nec genere nec alio modo sit

[9] I Joan. III, 1. [10] Joan. XIII, 13. [11] Philipp. II, 6-8. [12] Matth. XVII, 23. [13] ibid. 24.

proximus, statim subjunxit Christus, Deo conveniens testimonium sibi tribuens : « Ergo liberi sunt filii [14]. » Quod si conservus est, ac non Filius vere ex Patris substantia genitus, neque naturalem habens cum Patre conjunctionem, cur alios omnes tributis obnoxios faciens, ut qui alieni non sint natura ab exactore tributi et in servorum loco positi, sibi uni libertatem vindicavit? Abusive etenim de nobis dicuntur quæ proprie ac vere deitati congruunt eique revera insunt, ita ut si quis creaturarum naturam accurate consideret, servitutis utique nomen ac rem ei convenire imprimis comperiat. Sin autem nostrum aliqui libertatis gloria decorati sunt, abusive habent quod Deo soli debetur. Porro libenter id ex eis sciscitari velim, num deiferum Paulum dicturi sint, quod Christus inhabitet in eo per suum Spiritum : an et hoc nugantes inficiaturi sint. Nam si revera deiferum non esse dicent, utique istud sufficiet ut omnibus persuadeant rejiciendas eorum esse nugas et summo odio habendas, ut qui nihil absurdi sit quod proferre recusent. Sin autem hoc fugientes ad verum dicendum convertantur, ac vere deiferum cum fatebuntur, propterea quod Deus in ipso habitet, quomodo non summa cum impietate dicere arguentur a Dei ac Patris substantia alienum esse Filium? Non jam enim deifer est Paulus, si non Deus secundum naturam sit Filius; sed erubescentes quandoque (summa etenim vafrities et malignitas in iis est), Deum quidem vere dicent Filium, non tamen ex Deo secundum naturam esse genitum, nec dubium est quin vel hic in eos quivis insurgat. Quomodo enim esset Deus is, qui non est ex Deo secundum naturam genitus? Verumtamen illud dicimus : **792** Deum esse ais secundum naturam Filium. Quomodo ergo deifer erit, aut certe Dei particeps, qui secundum naturam est Deus? nec enim sui ipsius particeps fuerit unquam : ad quid enim habitabit Deus in Deo, ut alter in altero? Si enim idem est natura quod suscipit cum eo quod inhabitat, quid demum participatione opus erit? Sin autem quemadmodum ipse inhabitavit in Paulo, ita et Pater est in eo, quomodo non deifer perinde ac Paulus erit, quippe qui nulla ex parte jam habeat ut sit secundum naturam Deus, cum potiore qui inhabitet Deo ei opus sit?

A ναοὺμ, καθάπερ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀνέγνωμεν· οἱ δὲ τοῦ κατὰ νόμον διδράχμου πράκτορες, Πέτρῳ προσιόντες ἔφασκον· « Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὸ δίδραχμον; » Καὶ ἐπειδὴ τοῦτο Χριστὸς διεπύθετο, τί πρὸς τὸν Πέτρον ἀπεκρίνατο, δίκαιον οὖν ἰδεῖν. « Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι κῆνσον ἢ τέλη; ἀπὸ τῶν υἱῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; » Τοῦ δὲ Πέτρου σοφῶς τε καὶ νουνεχῶς τὸν τῆς βασιλείας ἀλλότριον, ὅσον εἰς γένος καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς νοουμένην ἀγχιστείαν, ὑποκεῖσθαι δεῖν τοῖς θεσμοῖς ἢ τοῖς τέλεσιν ὁμολογήσαντος, εὐθὺς ἐπήγαγεν ὁ Χριστὸς, ἑαυτῷ τὴν θεοπρεπῆ μαρτυρίαν ὡς ἀληθῶς ἐνοῦσαν προσνέμων· « Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. » Εἰ δὲ ἦν ὁμόδουλος, καὶ οὐχ Υἱὸς ἀληθῶς ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας γεγεννημένος, οὐδὲ φυσικὴν ἔχων πρὸς τὸν
B τεκόντα τὴν οἰκειότητα, τί τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοῖς τέλεσιν ὑποθεὶς, ὡς οὐκ ἀλλοτρίους ὄντας κατὰ τὴν φύσιν τοῦ δασμολογεῖν ὀφείλοντος, καὶ ἐν οἰκετῶν τάξει κειμένους, μόνῳ τὴν ἐλευθερίαν μεμαρτύρηκεν ἑαυτῷ; Καταχρηστικῶς μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὰ κυρίως τε καὶ ἀληθῶς μόνῃ πρέποντα τῇ θεότητι φέρεται, ἐνυπάρχει δὲ αὐτῷ κατὰ ἀλήθειαν, ὥστε τὴν τῶν γενητῶν εἴ τις ἀκριβῶς διασκέπτοιτο φύσιν θεωρῆσαι πάντως αὐτῇ τὸ τῆς δουλείας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα πρεπωδέστατον. Εἰ δέ τινες τῶν ἐν ἡμῖν τῇ τῆς ἐλευθερίας τετίμηνται δόξῃ, καταχρηστικῶς ἔχουσι τὸ μόνῳ Θεῷ χρεωστούμενον. Ἡδέως δ' ἂν σφόδρα κἀκεῖνο πρὸς τούτοις ἐροίμην αὐτούς· ἆρα θεοφόρον ἐροῦσι τὸν Παῦλον, Χριστοῦ κατοικοῦντος
C διὰ τοῦ ἰδίου Πνεύματος· ἢ καὶ τοῦτο ληροῦντες ἀρνήσονται. Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσι θεοφόρον οὐκ εἶναι κατ' ἀλήθειαν, ἀρκέσει δὴ τοῦτο πρὸς τὸ πάντας ἀναπεῖσαι λοιπὸν παρ' αὐτῶν ἀποσείεσθαι φλυαρίας καὶ μισεῖν εἰς ἄκρον, ὡς οὐδὲν εἰπεῖν τῶν ἀτόπων παραιτουμένους. Εἰ δέ γε τοῦτο φεύγοντες πρός γε τὸ χρῆναι λέγειν τραπήσονται τἀληθὲς, καὶ θεοφόρον ἀληθῶς ὁμολογήσουσιν αὐτὸν, διὰ τὸ τὸν Χριστὸν ἐν αὐτῷ κατοικεῖν, πῶς οὐ σφόδρα δυσσεβῶς ἁλώσονται τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας ἀλλότριον εἶναι λέγοντες τὸν Υἱόν; Οὐκέτι γὰρ θεοφόρος ὁ Παῦλος, εἰ μὴ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱός· ἀλλ' ἐρυθριῶντες ἔσθ' ὅτε (πρόσεστι γὰρ καὶ τὸ πανοῦργον αὐτοῖς καὶ κακόηθες εἰς λόγους), Θεὸν μὲν ἐροῦσιν ἀληθῶς τὸν Υἱὸν, μὴ μὴν ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι κατὰ φύσιν· καὶ
D ὅτι μὲν ἀπαστισοῦν αὐτῶν κἂν τούτῳ καταβοήσειεν, οὐκ ἀμφίλογον. Πῶς γὰρ ἂν εἴη Θεὸς, ὁ μὴ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένος; Πλὴν ἐκεῖνο λέγομεν· Θεὸν εἶναι φὴς κατὰ φύσιν τὸν Υἱόν; Πῶς οὖν ἂν εἴη θεοφόρος ἤγουν Θεοῦ μέτοχος, ὁ κατὰ φύσιν Θεός; οὐδὲ γὰρ ἂν ἑαυτοῦ μετάσχοι ποτέ· εἰς τί γὰρ οἰκήσει Θεὸς ἐν Θεῷ, ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ; Εἰ γὰρ τοῦτ' ἔστι κατὰ φύσιν τὸ δεχόμενον ὅπερ ἂν νοοῖτο καὶ τὸ ἐνοικοῦν, ποία οὖν λοιπὸν ἡ τῆς μετοχῆς γένοιτο χρεία; Εἰ δὲ ὥσπερ αὐτὸς ἐνῴκησε τῷ Παύλῳ, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ, πῶς οὐ θεοφόρος ἔσται κατὰ τὸν Παῦλον, τὸ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν οὐδαμόθεν ἔχων ἔτι, διὰ τὸ κρείττονος δεηθῆναι τοῦ ἐνοικοῦντος Θεοῦ;

Porro strenuus hic Dei hostis aliquid insuper excogitat, et per multas, ut sibi fingit, demonstrationes suam doctrinam in vulgus spargere conatur. Operæ pretium enim arbitror omnia ejus

Εἶτα πάλιν ἐπὶ τούτοις ὁ γεννάδας ἡμῖν οὑτοσὶ προσεπινοεῖ, καὶ διὰ πολλῶν ἀποδείξεων, ὡς ὑπείληφεν αὐτὸς, τὸν οἰκεῖον θρυλλοῦν πειρᾶται λόγον. Ἄξιον γὰρ οἶμαι διὰ πάντων αὐτοῦ τῶν ῥημάτων

[14] Matth. XVII, 25.

ἐλθεῖν, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ θεομάχου βουλῆς ἀπλῶσαι τὴν πεῦσιν, ἵνα διελέγχηται σαφῶς ὅτι τοῖς ποιήμασιν ἐναρίθμιον τίθεται τὸν Μονογενῆ, καὶ κεκομψευμέναις ἀπάταις τὴν εἰς αὐτὸν ἀσέβειαν κατεχώσας ὁ δείλαιος, Θεὸν μὲν εἶναι συνομολογεῖ, τῆς γε μὴν ἀληθῶς καὶ κατὰ φύσιν θεότητος ἐκπέμπων αὐτὸν, οἴεταί πως δύνασθαι λαθεῖν τοὺς εἰς αὐτὴν βλέποντας τὴν ἀλήθειαν. Γράφει τοίνυν ὧδε· Ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ εἶναι λεγόμενοι, φησὶν, ἀμιγῆ πρὸς αὐτὸν ἔχομεν τὴν ὑπόστασιν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ τυγχάνων διακεκριμένην τοῦ ἀγεννήτου ἔχει τὴν χάριν. Φεῦ γε τοῦ τολμήματος! ὡς δεινὸς ὁ λόγος, καὶ μεστὸς ἀπονοίας, μᾶλλον δὲ δυσβουλίας ἁπάσης καὶ ἀποπληξίας! Ἐμωράνθησαν ὄντως φάσκοντες εἶναι σοφοὶ καὶ φρονοῦντες οὕτω περὶ τοῦ Μονογενοῦς· τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς Δεσπότην ἠρνήσαντο, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἰ μὲν γὰρ ἄνθρωπον εἶναί φασι καὶ ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐδὲν ἔτι τὸ κωλύον εἰπεῖν οὕτως ὑπάρχειν αὐτὸν ἐν Θεῷ καθάπερ ἡμεῖς· εἰ δὲ Θεὸν εἶναι πιστεύουσι, καὶ ὡς τοῦτο κατὰ φύσιν ὑπάρχοντι προσκυνεῖν ἐγνώκασι, τί μὴ μᾶλλον ἀπονέμουσιν αὐτῷ τὸ θεοπρεπῶς ἐνυπάρχειν τῷ ἰδίῳ Γεννήτορι, ἔχειν τε αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ; τοῦτο γὰρ οἶμαι φρονεῖν τε καὶ λέγειν τοῖς ὄντως θεοφιλέσι πρεπωδέστερον. Εἰ δὲ, ἄθραυστον ἡμῖν ἐπιτηδεύοντες τὴν ἀναισχυντίαν, ἐμμένουσιν οἷς εἰρήκασιν, οὕτω τέ φασιν ἐν Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὥσπερ ἂν εἴη τυχὸν καὶ ἡμῶν ἕκαστος τῶν ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ἀπὸ γῆς δι' αὐτοῦ γεγονότων, τί μὴ τοῖς ἐθέλουσιν ἐφεῖται λοιπὸν ἀκινδύνως εἰπεῖν· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; » Ἀλλ', οἶμαι, μωρίας τῆς ἁπασῶν ἐσχάτης ἁλοίη τις ἂν ἐπὶ τούτῳ γραφῇ, καὶ μάλα εἰκότως. Ἀπηχές τε γὰρ, καὶ κατ' οὐδενὸς τῶν ἁγίων ἠνέχθη ποτὲ τοιαύτη φωνὴ παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ· παραχωροῦσι δὲ πάντως τῷ κατὰ φύσιν Κυρίῳ καὶ Θεῷ τῷ μονογενεῖ, τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ἀσυγκρίτως ὑπεροχὴν, καὶ δὴ καὶ κεκράγασι λέγοντες· « Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; » Πῶς οὖν ἔτι καθ' ἡμᾶς ὁ Μονογενὴς, εἴπερ οὐδεὶς ἴσος τε καὶ ὅμοιος αὐτῷ, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων φωνήν; Εἰ δὲ οὕτως ἐστὶν ἐν Θεῷ καθάπερ ἡμεῖς, πῶς οὐκ ἀνάγκη λοιπὸν ψευδομυθῆσαι μὲν λέγειν τὸν τῶν ἁγίων χορὸν, οὐδὲν δὲ τὸ πλεῖον ἀπονεῖμαι τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ, δι' οὗπερ ἂν φαίνοιτο τοῖς κατὰ θέσιν οὐκ ἰσοστατῶν; Ἄπαγε τῆς βδελυρίας, ἄνθρωπε! φρονήσομεν γὰρ οὐχ οὕτως ἡμεῖς, μὴ γένοιτο, ταῖς δὲ τῶν ἁγίων Πατέρων ἑπόμενοι δόξαις, εὐδοκιμήσειν παρὰ Θεῷ πιστεύομεν. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἀπόδειξιν ὧν φρονοῦσι καὶ λέγουσιν ἐκεῖνο παρήγαγον τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ Παύλου, ὅτι « Ἐν Θεῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, » τὸ ἐν Πατρὶ λέγεσθαι τὸν Υἱὸν δεικνύντες εἰκαῖον ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, φέρε ταῖς καθηκούσαις ἐρευναις τὸ ῥηθὲν ὑποβάλλοντες διελέγχωμεν αὐτοὺς καὶ τὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων συκοφαντεῖν ἐθέλοντα [γρ. ἐθέλοντας] νοῦν,

A verba percurrere, et ejus impiam ac Deo inimicam mentem perscrutari, ut clare arguatur in creaturarum numero Unigenitum collocare, et eleganti fraude suam in eum impietatem celando, Deum quidem esse nobiscum fateri, de vera tamen et naturali deitate eum ita excludere, ut latere se posse putet eos qui in ipsam veritatem respiciunt. Sic ergo scribit : Verum quemadmodum nos qui in eo esse dicimur, inquit, nullatenus cum eo mistam hypostasim habemus : ita et Filius cum sit in Patre, distinctam habet ab ingenito gratiam. Proh facinus audax! o voces nefarias et impietatis, stultitiæ ac stuporis plenissimas! Stulti facti sunt profecto dicentes se sapientes [15], atque ita de Unigenito sentientes : Dominum qui redemit eos B abnegarunt, sicut scriptum est [16]. Nam si hominem esse dicunt et unum e nobis Dei Verbum, nihil jam prohibet dicere eum ita in Deo esse sicuti nos; quod si Deum esse credunt, eumque tanquam natura id exsistentem adorandum statuunt, quidni potius concedunt eum Deo convenienter in suo Patre exsistere, eumque in seipso habere? id enim sentire ac dicere veros Dei cultores decere magis arbitror. Sin autem præfracta impudentia perstant in iis quæ dixerunt, atque ita in Patre Filium esse dicunt sicuti unusquisque nostrum qui ex nihilo et de terra per eum facti sumus : quidni licebit unicuique nostrum secure dicere : « Qui videt me videt et Patrem; » et : C « Ego in Patre, et Pater in me est? » Sed extremæ, opinor, dementiæ nemo non id esse jure dixerit. **793** Absurdum est quippe, nec de sanctorum ullo in sacris Litteris ejusmodi vox reperitur, sed omnino naturali Domino et Deo Unigenito, incomparabilem supra omnes bonos eminentiam tribuunt, adeoque exclamant : « Quis similis erit Domino inter filios Dei [17]? » Quomodo ergo similis nobis est Unigenitus, si nullus ei æqualis est aut similis, juxta sanctorum vocem? Quod si eo modo est in Deo quo nos, numquid necesse est ut dicamus sanctorum chorum mentiri, nullamque prærogativam naturali Filio tribuere, per quam præstare adoptivis videatur? Apage tam detestandum scelus, o bone; nequaquam nos ita sentimus, absit! sed D sanctorum Patrum opinionem sequentes, gloriam apud Deum nos consecuturos credimus. Sed quoniam ad demonstrationem eorum quæ dicunt ac sentiunt illud Pauli dictum attulerunt : « In Deo vivimus, movemur et sumus [18], » illud quod dicitur, Filium in Patre, ostendentes vanum esse ex nobis, age dictum illud convenienter scrutantes, demonstremus eos et sanctorum apostolorum mentem calumniari, et in sententiam suam quæ recte admodum dicta sunt stultissime detorquere. Nam cum Athenis esset beatus Paulus populumque videret, quamvis sapientiæ nomine celebrem, deorum tamen falsa religione teneri, piis rationibus eos a veteri

[15] Rom. I, 22 [16] Act. III, 15, 14. [17] Psal. LXXXVIII, 8. [18] Act. XVII, 28.

fraude ad unius ac veri Dei agnitionem revocare conabatur, qui creaturis suis vitam et esse largitur. Cuncta quippe vivificat, vita cum sit secundum naturam, universorum opifex, suæ proprietatis vim eis ineffabiliter infundens. Nec enim aliter conservari possent in esse suo quæ ortum e nihilo ceperunt : alioqui enim ad suam naturam redirent, id est in nihilum, nisi conjunctione et relatione ad eum qui est sui ortus infirmitatem superarent. Recte itaque divinus Paulus aiebat, ostendens Deum universorum vitam esse, nos in eo vivere, et moveri, et esse : non utique significans illud, quod ipsi qui sacrarum Litterarum rectam rationem corrumpentes ad suum scopum finxerunt, sed quod verum erat et Dei cognitione nuper imbutis utilissimum. Atque, ut apertius loquamur, non jam significare voluit nos, cum natura homines simus, in substantia Patris esse positos et **794** quasi in ipso exsistere, sed nos vivere, et in Deo esse, sive subsistere. Observa enim non simpliciter et absolute dicere, nos solum in Deo esse, propter tuam, ut credibile est, imperitiam, o bone ; sed vario modo quod dicere voluit explicando, præmisso illo, *vivimus*, deinde addito, *movemur*, ad extremum intulisse, *sumus*, ut præcedentium sensum exprimeret. Equidem existimo Dei hostem hisce rationibus forsan confusum iri ; sed si rursus insultet, et illud, *in Deo*, ad libitum suum detorqueat, divinitus inspiratæ doctrinæ consuetudinem ostendemus. Solet enim illa quandoque pro eo quod est, *per Deum*, dicere, *in Deo*. Alioqui respondeat quomodo in Psalmis clamaverit David : « In Deo faciemus virtutem [19] ; » item ad ipsum Deum sermone converso : « In te inimicos nostros ventilabimus cornu [20]. » Nec enim id ab eo dici quisquam existimaverit, quasi in substantia Dei virtutem quamdam se facturum recipiat, nec in ipsa qui suos inimicos offenderint eos ventilaturos cornu Psalmista dicat, sed *in Deo* ait, pro eo quod est, *per Deum*, et illud *in te*, rursus, pro eo quod est, *per te*. Jam vero cur beatus Paulus Corinthiis scribens aiebat : « Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Jesu [21] ? » Et rursus : « Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio [22]. » Nunquid enim, inquiet prudenter forsan aliquis, traditam cœlitus Corinthiis gratiam in ipsa Christi substantia datam ait Apostolus, aut aliquid aliud huic simile intelligit ? At quomodo non istud nugari sit ? Cur itaque sacrarum Litterarum consuetudinem evertens et beati Pauli mentem cavillans, esse nos in Deo, hoc est in substantia Patris, ais, cum audis eum Athenis prædicantem : « Quia in ipso vivimus, movemur et sumus ? » Atenim, inquit perniciosorum dogmatum magister, quandoquidem tibi videtur illud, *in Deo esse*, recte intelligi pro eo quod est,

A καὶ εἰς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀϐουλότατα παρατρέποντας τὰ λίαν ὀρθῶς εἰρημένα. Ἀθήνησι μὲν γὰρ γεγονὼς ὁ μακάριος Παῦλος, εἶτα πολὺ λίαν εἰς πολύθεον πλάνην ἀνεπτοημένους ὁρῶν, καίτοι σοφοὺς εἶναι πεπιστευμένους τοὺς ἐκεῖσε λαοὺς, παρακομίζειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο τῆς ἀρχαίας ἀπάτης, τοῖς εἰς εὐσέϐειαν λογισμοῖς μεταθεὶς εὐφυῶς εἰς τὸ χρῆναι λοιπὸν ἕνα τε καὶ μόνον εἰδέναι Θεὸν, τοῖς παρ' αὐτοῦ γεγονόσι καὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ ζῆν καὶ εἶναι δωρούμενον. Ζωογονεῖ γὰρ τὰ πάντα, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ πάντων Δημιουργὸς, τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐντιθεὶς ἀῤῥήτως αὐτοῖς τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως διασώζεσθαι πρὸς τὸ εἶναι διακρατούμενα τὰ ἐκ τοῦ μὴ ὄντως [γρ. ὄντος] λαχόντα τὴν γένεσιν· ἢ γὰρ ἂν εὐθὺς εἰς τὴν οἰκείαν ὑπενόστησε φύσιν, φημὶ δὲ B πρὸς τὸ μὴ εἶναι πάλιν, εἰ μὴ τῇ πρὸς τὸν ὄντα σχέσει τῆς οἰκείας γενέσεως ἐνίκησε τὴν ἀσθένειαν. Ἔφη τοιγαροῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ὀρθῶς τε καὶ μάλα καλῶς, ζωὴν τῶν ὅλων ἐπιδεικνὺς τὸν Θεὸν, ὡς ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· οὐκ ἐκεῖνο πάντως δηλῶν, ὅπερ αὐτοὶ τὴν τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ὀρθότητα παραφθείροντες διεπλάσαντο κατ' οἰκεῖον σκοπὸν, ἀλλ' ὅπερ ἦν ἀληθὲς καὶ τοῖς ἄρτι παιδαγωγουμένοις εἰς θεογνωσίαν ὠφελιμώτατον. Καὶ εἰ δεῖ σαφέστερον εἰπεῖν, οὐκ ἔτι σημῆναι βεϐούληται ὅτι ἄνθρωποι τὴν φύσιν τυγχάνοντες, ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρὸς κείμεθά τε καὶ ὡς ὄντες ἐν αὐτῷ φαινόμεθα, ἀλλ' ὅτι καὶ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν ἐν Θεῷ, ἤτοι συνεστήκαμεν. Σύνες γὰρ ὡς οὐχ ἁπλῶς τε καὶ ἀνειμένως ἔφη τὸ, ὅτι μόνον C ἐσμὲν ἐν Θεῷ, διὰ τὴν σὴν, ὡς εἰκὸς, ἀμαθίαν, ὦ τᾶν, ἀλλὰ διαφόρως, ὅπερ ἠθέλησεν εἰπεῖν ἑρμηνεύων, καὶ τὸ *ζῶμεν* προτάξας, ἐπαγαγὼν δὲ τούτῳ καὶ τὸ *κινούμεθα*, τρίτον ἐπήγαγε τὸ *ἐσμὲν*, τῇ τῶν προλαϐόντων διανοίᾳ καὶ αὐτὸ χαριζόμενος. Καὶ οἶμαι μὲν ὅτι δυσωπήσει τάχα που τὸν θεομάχον ὀρθῶς ἔχων ἡμῖν ὁ περὶ τούτου λόγος· ἐνισταμένῳ δὲ πάλιν, καὶ τὸ *ἐν τῷ Θεῷ* περιέλκοντες [γρ. περιέλκοντι] πρὸς τὸ αὐτῷ καὶ μόνῳ δοκοῦν, τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς τὴν συνήθειαν ἐπιδείξομεν. Ἔθος γὰρ αὐτῇ λέγειν ἔσθ' ὅτε ἀντὶ τοῦ *διὰ Θεοῦ*, τὸ *ἐν Θεῷ*. Ἐπεὶ λεγέτω γὰρ ἐκεῖνος ἡμῖν, πῶς ἐν Ψαλμοῖς ἀνακέκραγε λέγων τις· « Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν· » καὶ πάλιν ὡς πρὸς αὐτόν· « Ἐν σοὶ τοὺς D ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. » Οὐ γὰρ δή τις οἰήσεται τοῦτο λέγειν αὐτὸν, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ δύναμίν τινα δημιουργήσειν ἐπαγγέλλεται, ἀλλ' οὐδὲ ἐν αὐτῇ τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς εὑρίσκοντας κερατιεῖν αὐτοὺς ὁ ψάλλων φησὶν, ἀλλ' *ἐν Θεῷ* φησιν, ἀντὶ τοῦ *διὰ Θεοῦ*· καὶ τὸ *ἐν σοὶ* πάλιν, ἀντὶ τοῦ *διὰ σοῦ*. Τί δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔλεγεν ; « Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου περὶ πάντων ὑμῶν ἐπὶ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ χάριτι. » Καὶ πάλιν· « Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις » Ἆρα γὰρ, ἐρεῖ τις νουνεχῶς, ὅτι τὴν ἀπονεμηθεῖσαν ἄνω-

[19] Psal. LIX, 14. [20] Psal. XLIII, 6. [21] I Cor. I, 4. [22] ibid. 30.

θεν τοῖς Κορινθίοις χάριν ἐν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ τοῦ Χριστοῦ δεδόσθαι φησὶν ὁ πνευματοφόρος, ἤγουν ἀκολούθως τούτῳ τὸ ἕτερον ἐκλήψεται; Καὶ πῶς οὐκ ἂν ὁρῷτο ληρῶν; Τί τοίνυν καὶ αὐτὸ τὸ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων παραλύων ἔθος, καὶ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου βουλὴν συκοφαντήσας, ὑπάρχειν ἡμᾶς ἐν Θεῷ, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρὸς, λέγεις, ὅταν ἀκούσῃς τοῖς ἐν Ἀθήνησι διειπόντος· « Ὅτι ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; » Ἀλλὰ ναὶ, φησὶν ὁ τῶν ὀλεθρίων δογμάτων προεστηκὼς, ἐπεί σοι δοκεῖ καὶ ὀρθῶς ἔχειν φαίνεται τὸ *ἐν Θεῷ εἶναι*, καὶ νοεῖσθαι *διὰ Θεοῦ*, τί μάτην καταφλυαρεῖς; τί δὲ τοῖς δυσφημίας ἐγκλήμασιν ὑποτίθης, ὅταν πεποιῆσθαι διὰ τοῦ Πατρὸς διατεινώμεθα τὸν Υἱόν; Ἰδοὺ γὰρ αὐτός φησιν· « Ὅτι ἐγὼ *ἐν τῷ Πατρὶ*, » ἀντὶ τοῦ *διὰ τοῦ Πατρὸς*, κατά γε τὸν σὸν, ὦ οὗτος, λόγον καὶ τὴν ἀρτίως ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων παρενεχθεῖσαν συνήθειαν. Ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτό φημι δεῖν ἀπολογήσασθαι πάλιν, καὶ τὰς ἐκείνων κακουργίας ἀπογυμνῶσαι καὶ βλάβη. Θαυμάζω γὰρ ὅπως ἀσμένως ἀκούσαντες ὅτι *ἐν Θεῷ*, *διὰ Θεοῦ* λέγειν ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ, καὶ διὰ μόνον τὸ δύνασθαι κατειπεῖν τι τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς, συναινέσαντές τε καὶ τὴν λέξιν παραδεξάμενοι, ληροῦντες ὅτι πάλιν οὐδὲν ἧττον ἁλώσονται διεγνώκασιν οὐδαμῶς, καίτοι φάσκοντες εἶναι σοφοί τε καὶ δριμεῖς. Εἰ μὲν γὰρ μόνοις ἐφεῖται τοῖς δι' ἐναντίας τὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀεὶ τειχίζειν ἔθος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Μονογενοῦς, καὶ διὰ τοῦτο πεποιῆσθαι λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐπείπερ εἶναι μὲν ἐν Θεῷ φησιν, τὸ δὲ *ἐν Θεῷ*, *διὰ Θεοῦ* νοεῖσθαι δεδώκαμεν, ἔδοξεν ἂν, κατά γε τὸ εἰκὸς, λόγον ἔχειν αὐτοῖς οὐχὶ λίαν ἀμαθῆ τὸ κακούργημα. Εἰ δὲ τὸ κωλύον οὐδὲν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς μείζονος ἀτοπίας ἀνατρέπειν ἐθέλοντας τὴν τῶν παρ' αὐτοῖς δογμάτων σαθρότητα, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρειν τὸν Πατέρα τοῦ σημαινομένου τὴν δύναμιν, εἰπεῖν τε σαφῶς, ὡς ἐπείπερ καὶ τοῦτό φησιν ὅτι « Ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι, » προσήκει νοεῖν, ἀντὶ τοῦ *δι' ἐμοῦ*, ἵνα λοιπὸν γενητὸς γένηται καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, πῶς οὐ λίαν ἀσυνέτοις ἐπιθαρσήσαντες λογισμοῖς, τὴν ἐπ' ἀκράτῳ μωρίᾳ ψῆφον ἀποίσονται; Ὥσπερ γὰρ ὁ Υἱὸς ἑαυτὸν εἶναί φησιν ἐν τῷ Πατρὶ, οὕτως ἔφη καὶ τὸν Πατέρα εἶναι ἐν ἑαυτῷ· εἰ δὲ τῷ [*γρ.* τὸ] *ἐν Πατρὶ*, *διὰ τοῦ Πατρὸς* νοεῖσθαι βούλεται, τί τὸ ἀπεῖργον εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸ *ἐν Υἱῷ*, *δι' Υἱοῦ* νοηθήσεται; Ἀλλ' οὐκ εἰς τοῦτο μωρίας σὺν ἐκείνοις κατολισθεῖν ἀνεξόμεθα πάλιν· οὔτε γὰρ διὰ τοῦ Πατρὸς ἐροῦμεν πεποιῆσθαι τὸν Υἱὸν, οὔτε μὴν δι' Υἱοῦ γενέσθαι τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα, Πατέρα καὶ Θεόν· ἔθος δὲ μᾶλλον τὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἑκάστῳ πρεπόντως ἐπιῤῥιπτοῦντες καιρῷ, καὶ προσώπῳ, καὶ πράγματι, καθαρόν τε καὶ ἀνυπαίτιον τὸν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀναγκαίοις ἐξυφανοῦμεν λόγον. Τοῖς μὲν γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενεχθεῖσι καὶ γεγονόσι διὰ Θεοῦ, πῶς οὐκ ἂν μάλιστα πρέποι τὸ νοεῖσθαί τε καὶ λέγεσθαι παρ' ἡμῶν ὡς εἰσὶν *ἐν Θεῷ*, τοῦτ' ἔστι *διὰ Θεοῦ*; Τῷ γε μὴν κατὰ φύσιν Υἱῷ καὶ Κυρίῳ καὶ Θεῷ, καὶ δημιουργῷ τῶν ὅλων, οὐκ ἂν, οἶμαι, τοῦτο κυρίως τε καὶ ἀληθῶς ἁρμόσειεν, εἶναι δὲ φυσικῶς ἐν Πατρὶ, καὶ ἐνυπάρχειν αὐτῷ, ἔχειν τε αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, διὰ τὸ ἐν οὐσίας ταυτότητι φαίνεσθαι, καὶ μηδὲν ἔχειν παντελῶς τὸ μεσολαβοῦν καὶ διατέμνον εἰς ἑτερότητα φυσικήν.

Καὶ ὅτι μὲν ἴσως τοῖς εὐμαθεστέροις, ὥς γέ μοι

A *per Deum*, quid frustra nugaris, aut cur blasphemiæ nos accusas, cum factum esse per Patrem Filium contendimus? Ecce enim ipse ait : Quia ego *in Patre*, id est *per Patrem*, juxta tuam sententiam et modo nobis allatam sacrarum Scripturarum consuetudinem. Ego vero denuo his respondendum arbitror, eorumque **795** malitiam retegendam. Miror enim quomodo, tametsi audierint divinæ Scripturæ morem esse ut *in Deo* dicat pro eo quod est *per Deum*, atque ad Unigeniti gloriam tantummodo cavillandam assenserint, ac dictionem illam arripuerint, non tamen se vanos et inanes esse animadvertant, quantumvis sapientes se et acutos venditent. Nam si solis adversariis permittitur sacræ Scripturæ consuetudi- B nem firmare semper Unigeniti substantia, atque idcirco eum a Patre factum esse dicere, quia in Deo se quidem esse dicit, *in Deo* vero significare *per Deum* concessimus, ratione aliqua niti eorum scelus forte videretur. Sin autem nihil prohibet etiam nos quibus propositum est deductione ad majorem absurditatem putida eorum dogmata convellere, ad ipsum quoque Patrem vim et rationem ejus quod significatur convertere, clareque dicere, quod, cum ait, « Pater in me est, » intelligendum sit quasi dicat *per me*, ut et ipse demum Pater sit creatus, quomodo stultis admodum rationibus confisi, non summæ damnabuntur insaniæ? Quemadmodum Filius seipsum in Patre esse dicit, sic et C Patrem in seipso esse dixit : quod si illud, *in Patre*, *per Patrem* significat, quid prohibet dicere illud, *in Filio*, esse intelligendum quasi *per Filium* significet? Sed absit ut in tantam una cum iis prolabamur insaniam! Nec enim per Patrem factum esse Filium dicemus, neque adeo per Filium factum esse eum ex quo sunt omnia, Patrem ac Deum : sed divinitus inspiratæ Scripturæ morem unicuique tempori, personæ, ac rei potius aptantes, purum et inculpatum de omnibus rebus necessariis sermonem texemus. Rebus enim e nihilo productis ac per Deum factis, quomodo non maxime conveniet dici a nobis ac censeri esse eas *in Deo*, id est *per Deum?* In naturali vero Filium, Dominum ac Deum, et universorum opificem, neu- D tiquam istud, opinor, proprie ac vere quadraverit, sed esse naturaliter in Patre, in eoque exsistere, eumque in seipso habere, propter identitatem substantiæ, nihilque habere prorsus interjectum aut quod eum a Patre naturali diversitate distinguat.

Hæc recte quidem a me dicta esse studiosi, ut

reor, putaverint, nequaquam tamen assentietur A adversarius, sed repetitis iis quæ principio 796 attulit, dicet ita Patrem esse in Filio, sicuti nos in ipso. Quid ergo (sic enim te qui tam putida et juvenilia sentis ac dicis compellare juvat)? tum sic esse Filium in Patre dicis, quemadmodum nos in ipso? Præclare. At quidni eisdem nos gloriari sermonibus, quibus et ipse Christus, naturæ nostræ ratio patitur? Ipse enim quia est in Patre, et habet in seipso Patrem, quippe qui ejus imago et character sit per omnia idcirco similis: « Qui vidit me, inquit, vidit et Patrem. Ego et Pater unum sumus. » Nos autem, amabo te, si sic sumus in eo et ipse in nobis est, ut ipse nimirum in Patre et Pater in ipso, quidni erecta cervice ac vultu, palam ac secure dicimus: Ego in Christo, et Christus B in me est? Qui vidit me, vidit et Christum. Ego et Christus unum sumus. Quid porro hinc sequetur? Nemo, ut opinor, idipsum de patre dicere verebitur, « Ego et pater unum sumus. » Nam si unum est pater cum filio, quomodo non æqualis erit ipsi Patri, cum per omnia similis imago sit nulla ex parte evariantis imaginis, id est Filii? Quis ergo eo vecordiæ labetur unquam, ut dicere audeat: Qui viderit me, viderit et Christum? Ego et Christus unum sumus? Nam si per habitudinem ac non per naturam Filium esse in Patre concedis, et in seipso habere Patrem, similique modo nos in Christo, et Christus in nobis est: primum quidem eodem quo nos ordine Filius censebitur; deinde C nihil vetabit quominus etiam ipsum, si velimus, prætergressi Filium, ut qui interjectus sit, ad ipsum Patrem recta quodammodo tendamus, eique nos tam perfecte et exacte assimilatos esse dicamus, ut nihil inter nos et illum appareat discriminis. Unum quippe esse quiddam cum aliquo, hanc vim et significationem habet. Numquid ergo videtis quantam in stultitiam et impietatem eorum mentes ceciderint, et quanta se nobis absurdarum rationum turba ingesserit? Quænam igitur causa sit cur hæc dicant atque contendant, tamque frivolis sermonibus innatent, exponam rursus.

A φαίνεται, καλῶς διείρηται δόξειεν ἄν, συναινέσει γε μὴν ὁ δι' ἐναντίας οὐδαμῶς· ἐρεῖ δὲ δὴ πάλιν, τὸν ἐν ἀρχαῖς εἰσκεχομισμένον ἀναμασώμενος λόγον ὅτι οὕτως ἐστὶν ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, ὥσπερ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ. Τί οὖν ἄρα; (φήσαιμεν ἂν οὐκ ἀσυνέτως ἐλέγχοντες, σαθρά τε καὶ μειρακιώδη φρονοῦντά τε καὶ λέγοντα) οὕτως εἶναι φὴς τὸν Υἱὸν ἐν Πατρὶ, καθάπερ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ; Καλῶς. Εἶτα τί δὴ, πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν, μὴ τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἐπισεμνύνεσθαι λόγοις τὸ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐφίησι μέτρον, οἷσπερ ἂν ὀρῷτο καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός; Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐπείπερ ἐστὶν ἐν Πατρὶ, ἔχει δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ἅτε δὴ καὶ εἰκὼν αὐτοῦ καὶ χαρακτὴρ ἀπαράλλακτος διὰ τοῦτο ὑπάρχων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, φησὶν, ἑώρακε τὸν Πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Ἡμεῖς B δὲ, εἰπέ μοι, εἰ οὕτως ἐσμὲν ἐν αὐτῷ, ἔχομέν τε αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ αὐτὸς ἐν Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ, διατί μὴ μακρὸν ἀνατείνοντες τὸν αὐχένα καὶ ὑψηλὸν τοῖς ὑπαντῶσι δεικνύντες τὸ πρόσωπον, μετὰ παῤῥησίας φαμέν· Ἐγὼ ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ὁ Χριστὸς ἐν ἐμοί· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Χριστόν· Ἐγὼ καὶ ὁ Χριστὸς ἕν ἐσμεν; Εἶτα τί τὸ ἐντεῦθεν; Οὐκ ἂν, οἶμαι, τις καταδείσειεν ὀρθῶς, οὐδ' ἂν κατοκνήσαι πρεπόντως τοῦτο αὐτὸ φάναι τολμήσας καὶ περὶ αὐτοῦ λοιπὸν εἰπεῖν τοῦ Πατρός· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Εἰ γὰρ ἕν ἐστιν ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν, πῶς οὐκ αὐτῷ λοιπὸν ἰσομοιρήσει τῷ Πατρὶ, εἰκὼν ἀπαράλλακτος ἀπαραλλάκτου γεγονὼς εἰκόνος, τοῦτ' C ἔστι τοῦ Υἱοῦ; Τίς οὖν ἄρα πρὸς τοῦτο μανίας κατοιχήσεταί ποτε, ὡς τολμῆσαι λέγειν· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Χριστόν· Ἐγὼ καὶ ὁ Χριστὸς ἕν ἐσμεν; Εἰ γὰρ σχετικῶς καὶ οὐ κατὰ φύσιν ἀπονέμεις τῷ Υἱῷ τὸ εἶναι ἐν τῷ Πατρὶ, ἔχειν τε ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν Χριστῷ, καὶ Χριστὸς ἐν ἡμῖν· πρῶτον μὲν ἐν τάξει τῇ καθ' ἡμᾶς ὁ Υἱὸς, εἶτα τὸ κωλύον οὐδὲν παρελάσαντας καὶ αὐτὸν, εἰ βουλοίμεθα, τὸν Υἱὸν, ὡς διὰ μέσου κείμενον, ἐπ' αὐτὸν ὥσπερ εὐθυδρομεῖν τὸν Πατέρα, καὶ αὐτῷ προσωμοιῶσθαι λέγειν ἡμᾶς οὕτως ἀκριβῶς, ὡς μηδὲν ὁρᾶσθαι τὸ διαλλάττον. Τὸ γὰρ ἓν εἶναι πρός τι λέγεσθαι, τοιαύτην ἂν ἔχοι τὴν δύναμιν. Ἆρ' οὖν οὐχ ὁρᾶτε εἰς ὅσην αὐτοῖς ἀσυνεσίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσέβειαν κατώλισθε τὰ φρονήματα, καὶ ὅσων ἡμῖν λογισμῶν ἀτόπων εἰσπεπήδηκε θόρυβος; Τίς οὖν ἡ πρόφασις τοῦ ταῦτα λέγειν καὶ διατείνεσθαι, καὶ τοῖς οὕτως ἑώλοις ἐπινήχεσθαι λόγοις αὐτοὺς, ἐρῶ δὴ πάλιν.

Unus eis scopus propositus est, Filium a Patris D substantia prorsus excludere. Hæc enim a nobis vere dici, ex sequentibus et iis quæ prioribus ejus 797 blasphemiis subjuncta sunt agnoscemus. Subdit enim: Verum quemadmodum nos, inquit, qui sumus in ipso, impermistam tamen cum eo habemus hypostasin: ita et Filius, cum sit in Patre, distinctam tamen habet ab ingenito Deo substantiam. Quid ais, demens? apertam hoc modo fecisti tuam in Filium blasphemiam. Numquid ergo quivis fatebitur nos non frustra vanum ac futile cavillum in hæreticorum caput retorquere? Ecce enim patet eos nihil plus Filio tribuere quam terrenis hominibus, et creaturis ab

Σκοπὸς εἷς αὐτοῖς, ἀλλότριόν τε καὶ ἔκφυλον παντελῶς τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ἀποφῆναι τὸν Υἱόν. Ὅτι γὰρ ἀληθεύοντες τὰ τοιαῦτά φαμεν, ἐκ τῶν ἐφεξῆς καὶ παρεζευγμένων ταῖς προτέραις αὐτοῦ δυσφημίαις εἰσόμεθα. Ἐπάγει γὰρ οὕτως· Ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς, φησὶν, ἐν αὐτῷ ὄντες, ἀμιγῆ πρὸς αὐτὸν ἔχομεν τὴν ὑπόστασιν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Υἱὸς, ἐν τῷ Πατρὶ τυγχάνων, διακεκριμένην τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ ἔχει τὴν οὐσίαν. Τί φὴς, ἐμβρόντητε; γυμνὴν οὕτω τὴν εἰς τὸν Υἱὸν πεποίησαι δυσφημίαν. Ἆρ' οὖν μὴ διάκενον ἐρεῖ τις συκοφαντίαν καταχεῖν ἡμᾶς ἐπείγεσθαι τῆς τῶν θεομάχων κεφαλῆς; Ἰδοὺ γὰρ σαφῶς, οὐδὲν ὅλως τὸ πλεῖον ἀπονέμουσιν αὐτῷ τῶν ἀπὸ γῆς γεγονότων, καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸ εἶναι

παρενηνεγμένων. Ἐγὼ δὲ, καίτοι λίαν ἀφορήτως ἔχων ἐφ' οἷς εἰπεῖν οἱ δείλαιοι τετολμήκασιν, ἐκεῖνο δεῖξαι πειράσομαι, τῷ σκοπῷ πάλιν ἑπόμενος τῆς θείας Γραφῆς, ὡς ἐπείπερ ἀρνοῦνται τὸν Υἱὸν, συνηρνήσαντο τὸν Πατέρα, καὶ λοιπόν εἰσιν ἄθεοι, καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχοντες ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Καὶ ὅτι φαμὲν καλῶς, ἀληθὴς μάρτυς ἡμῖν εἰσβήσεται ὁ θεοφιλὴς Ἰωάννης γεγραφὼς ὡδί· « Ὁ ἀρνούμενος τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν· πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει· ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει. » Ὀρθῶς δέ τι λίαν ὁ πνευματοφόρος, καὶ τῆς τῷ λόγῳ πρεπούσης ἁρμονίας οὐκ ἔξω τιθεὶς τὸ θεώρημα. Ἐπειδὴ γὰρ οἶδεν οὐκ ὀνόματι μόνον, ἐνεργείᾳ δὲ μᾶλλον, ὅπερ εἶναι καὶ λέγεται, τοῦτ' ἔστι, Πατὴρ, κατὰ φύσιν ὑπάρχοντα, ἀναγκαίως συνεξαρνεῖσθαί φησιν ἑτέρῳ τὸν ἕτερον. Συνειστρέχει γάρ πως ἀεὶ τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν καὶ νοουμένῳ Πατρὶ τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτοῦ γεννήματος ἡ γνῶσίς τε καὶ δήλωσις, καὶ τῷ γεννηθέντι κατὰ ἀλήθειαν, τὸ τοῦ τίκτειν πεφυκότος συνεπινοεῖται πρόσωπον. Ἅμα γάρ τις ἔγνω πατέρα, συνῆκεν ὅτι γεγέννηκε, καὶ εἰ μάθοι τὸ γέννημα, διακείσεται πάντως ὅτι πατρὸς ἐξέφυ τινός. Οὐκοῦν δι' ἀμφοῖν τοῖς ἀκροωμένοις ἡ ἑκατέρου γνῶσις ἐντίκτεται· καὶ ἀρνησάμενος μέν τις, ὅτι Πατήρ ἐστιν ἀληθῶς ὁ Θεὸς, συναναιρήσει πάντως τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν. Γέννημα δὲ πάλιν οὐχ ὁμολογήσας εἶναι τὸν Υἱὸν, τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς (1) γνῶσιν συνεξελεῖ δὴ πάντως αὐτῷ. Ὅτε τοίνυν τοῖς ἀνοσίοις ἡμᾶς κατασφενδονήσας λόγοις, διακεκριμένην τοῦ ἀγεννήτου Θεοῦ τὴν οὐσίαν διατείνεται ἔχειν τὸν Υἱὸν, πῶς οὐ διαῤῥήδην οὐδὲ Υἱὸν ὑπάρχειν αὐτὸν ὁμολογεῖ; Υἱοῦ δὲ οὐκ ὄντος, οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἀληθῶς ἔτι νοοῖτο Πατήρ. Τίνος γὰρ ἔσται πατὴρ, εἰ μὴ τέτοκε; Διακεκρίσθαι μὲν γὰρ οὐχὶ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τοῦ προσώπου τοῦ Πατρὸς καὶ αὐτοί φαμεν τὸν Υἱὸν, οὐχ ὡς ἀλλότριον ὄντα κατὰ φύσιν αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει τοῖς θεομάχοις δοκεῖ, ἀλλ' ὡς ὄντα τε καὶ νοούμενον ἐν ἰδίῳ προσώπῳ, καὶ κατ' ἰδίαν ὕπαρξιν ἑτερότητι. Υἱὸς γάρ ἐστι, καὶ οὐ Πατήρ· διακεκρίσθαι γε μὴν κατ' οὐσίαν οὔτ' ἂν αὐτοὶ φαίημεν, εἴ γε φρονοῦμεν ὀρθῶς, οὔτε τινὶ τῶν ἀδελφῶν συμβουλεύσαιμεν. Πῶς γὰρ ἂν καὶ διακέκριται μόνον, καθ' ὅπερ ἐστὶν ἰδιαζόντως ἕκαστον; Ὁ Πέτρος γὰρ Πέτρος ἐστὶ καὶ οὐ Παῦλος, καὶ ὁ Παῦλος οὐ Πέτρος, μένουσί γε μὴν ἀδιάκριτοι κατὰ τὴν φύσιν. Εἷς γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν τῆς οὐσίας ὁ λόγος, καὶ τῶν αὐτῶν ἀπαραλλάκτως ἕξει τὰ πρὸς ἑνότητα φυσικὴν συνδούμενα. Τοῦ δὲ δὴ χάριν τὰ τοιαῦτά φαμεν; Ἐπιδεῖξαι γὰρ ἡμῖν σκοπὸς, ὅτι φρονοῦντες ἐκεῖνοι δυσσεβῶς, τῆς κατὰ φύσιν θεότητος ἐξέλκουσι τὸν Υἱὸν, οὐδὲν αὐτῷ πλέον, καθάπερ ἤδη προείπομεν, σχετικῆς ἀπονέμοντες οἰκειότητος τῆς ὡς πρὸς Πατέρα καὶ Θεόν. Ἐπεὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἡμᾶς παραδείγματα παραθέντες τοῦ λόγου, Καθάπερ ἡμεῖς, φασὶν, ἀμιγῆ

eo ad esse productis. Ego vero quamvis graviter et iniquo animo feram ea quæ proferre ausi sunt miseri, ostendere tamen conabor scopum rursus sequens divinæ Scripturæ, eos nempe qui negant Filium, simul quoque negare Patrem, eosque sine Deo tandem esse, et spem non habere in hoc mundo, sicut scriptum est [33]? Quod recte a nobis dici, testis locuples nobis erit pius ille Joannes ita scribens: « Qui Patrem negat, negat et Filium: omnis qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, et Patrem habet [34]. » Recte autem vir divinus, neque id extra sermonis seriem et ordinem. Nam cum sciret non solum nomine, sed re et actu potius, id quod esse dicitur, Patrem nimirum secundum naturam exsistere, necessario infert alterum negari una cum altero. Concurrit enim cum eo qui natura Pater est ac intelligitur, procedentis ex ipso Filii cognitio atque significatio, et cum eo qui revera genitus est, genitoris persona simul concipitur. Simul ac enim patrem novit aliquis, genuisse intelligit; et si filium audierit, utique sentiet ex aliquo patre editum. Quocirca per alterum alterius notitia in mentibus auditorum gignitur, et si quis negaverit Deum vere esse Patrem, simul etiam Filii generationem evertet. Rursus vero, quicunque genimen non fatebitur esse Filium, omnino Patris notitiam una cum ipso eripiet. Cum ergo nos impiis petens sermonibus, distinctam ab ingenito Deo substantiam habere Filium contendat, numquid aperte prædicat ne ipsum quidem esse Filium? Quod si Filius non sit, ne ipse quidem jam Pater vere censebitur. Cujus enim pater futurus est, si non genuit? Distinctum quippe esse non a substantia, sed persona Patris ipsi quoque asserimus, non quasi alienus sit ab eo secundum naturam, sicuti nimirum Dei hostibus videtur, sed ut qui sit et intelligatur in propria persona, **798** et hypostasi alter. Filius enim est, ac non Pater: neque tamen substantia distingui dixerimus, si mens nobis sana sit, neque id ulli fratrum consuluerimus. Quomodo enim etiam unumquodque singularitate personæ tantum distinguitur? Petrus enim est Petrus ac non Paulus, et Paulus est Paulus, non Petrus, verumtamen indistincti remanent natura. Una enim est in ambobus ratio substantiæ, et eadem citra variationem ullam habent quæ ad naturalem unitatem colligantur. Quam vero ob causam isthæc dicimus? Quippe propositum est nobis ostendere quod, cum illi impie sentiant, a naturali deitate Filium excludunt, nihilo plus ei, ut antea diximus, tribuentes, quam relativam cum Patre et Deo conjunctionem. Quam enim ob causam nobis in exemplum ejus quod aiunt propositis: Quemadmodum nos, inquiunt, immistam cum eo habemus hypostasim, cum simus in ipso, ita et ipse distinctam

[33] Ephes. II, 12. [34] I Joan. II, 22.

(1) Ed., Πνεύματος. Interpres tamen Πατρὸς legerat. Edit.

habet a Deo substantiam, quamvis esse dicatur in ipso. Numquid manifesta est cunctis illa versutia? Numquid jure dicet aliquis eum qui tam fetidos sermones evomuit unum esse ex iis qui per Spiritum illusores prædicantur? Quid enim nobis scribit Judas ille Servatoris discipulus? « Vos autem, charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi; qui dicebant vobis: Quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt, qui segregant semeptipsos, animales, Spiritum non habentes [25]. » Nemo enim plane Spiritui sancto loquens adversus Unigeniti gloriam quidquam loquetur. Hoc enim esse aio, dicere anathema Jesu [26]. Viri autem animales ac timidi, et Spiritu sancto vacuum cor habentes, Filium a Patre segregant, substantiale discrimen ipsum habere dicentes, quemadmodum nimirum et creaturæ, et unumquodque eorum quæ facta sunt ab ipso, et eo modo illum esse in Patre sentientes, quo nos in illo.

A πρὸς αὐτὸν ἔχομεν τὴν ὑπόστασιν, ὄντες ἐν αὐτῷ, οὕτως καὶ αὐτὸς διακεκριμένην ἔχει τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, κἂν εἶναι λέγηται, φησὶν, ἐν αὐτῷ. Ἆρ' οὐ πᾶσιν εὐκάτοπτος ἡ πανουργία; Ἆρ' οὐκ ἐρεῖ τις εὐλόγως τὸν οὕτω δυσωδέστατον ἐξεμέσαντα λόγον ἐκείνων ὑπάρχειν ἕνα τῶν διὰ τοῦ Πνεύματος προκεκηρυγμένων ἐμπαικτῶν; Τί γὰρ Ἰούδας ἡμῖν ἐπιστέλλει τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής; « Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔλεγον ὑμῖν· Ὅτι ἐπ' ἐσχάτου τοῦ χρόνου ἐλεύσονται ἐμπαῖκται κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοὶ, Πνεῦμα μὴ ἔχοντες. » Οὐδεὶς μὲν γὰρ τὸ παράπαν ἁγίῳ Πνεύματι λαλῶν B κατερεῖ τι τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς. Τοῦτο γὰρ εἶναί φημι τὸ λέγειν ἀνάθεμα Ἰησοῦς. Ἄνδρες δὲ ψυχικοὶ, καὶ δείλαιοι, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐρήμην ἔχοντες τὴν καρδίαν, ἀποδιορίζουσι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, οὐσιώδη φάσκοντες ἔχειν αὐτὸν τὴν διακοπὴν, καθάπερ ἀμέλει τὰ γενητὰ, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ πεποιημένων ἕκαστον, εἶναί τε οὕτω φρονοῦντες αὐτὸν ἐν Πατρὶ, καθάπερ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ.

Quia vero hæc scribentes, summam ignorantiam prodiderunt, agedum a Scriptura divina consideremus rursus, quoad assequi licet, et auditoribus ostendere conemur, nos aliter quidem esse in Filio, aliter Filium in suo Patre. Nec enim voluntariis virtutibus ad ipsum formatus, imago est substantiæ ejus, atque idcirco in ipso est: sed velut in identitate naturali, et tanquam habens unam cum eo substantiam. Qua de re **799** sapientissimus ille Joannes testis nobis prodeat, dicens: « Et societas nostra sit cum Patre et cum Filio ejus Jesu Christo [27]. » Quomodo ergo aiunt, aut quo pacto contendunt societatem nobis esse debere cum Patre et cum Filio ejus Jesu Christo? Nam si substantiam nostram quodammodo miscentes naturæ divinæ, sive Patri et Filio, in nobis esse putabimus, ac non potius illa vox *societatis* ad voluntatum similitudinem spectat, quomodo eam cum Patre et Filio habebimus, cum ex eorum sententia non sint consubstantiales? Aut enim necesse est ridicule dicere nos, propriam naturam secantes, mediam quidem partem Patri, alteram nobis et Filio dedisse, atque ita in iis esse censere; aut, stupidissima illa ratione rejecta, dicimus voluntariis virtutibus et cum divina atque ineffabili pulchritudine conformatione nostram mentem exhilarare conantes, societatis gratiam nobis comparare. An ergo sic dicemus exsistere in Patre Filium, seu relativam et studio quæsitam habere cum Patre societatem? At cur demum per æqualitatem operum ac similitudinem deduci vult nostram mentem ad indubitate credendum ipsum in Patre quidem esse, et rursus in seipso habere Patrem? Annon enim manifestissimum est omnibus ac verum, quod clari-

Ὅτι δὲ τῆς εἰς ἄκρον ἀμαθείας εἴσω βεβήκασι τοιαῦτα γράφειν τολμήσαντες, φέρε παρὰ τῆς θείας Γραφῆς διασκεπτώμεθα πάλιν, ὡς ἐστιν ἐφικτὸν, ἐπιδεῖξαί τε τοῖς ἀκροωμένοις σπουδάσωμεν, ὡς ἑτέρως μὲν ἡμεῖς ἐσμεν ἐν τῷ Υἱῷ, ἑτεροίως γε μὴν ὁ Υἱὸς ἐν τῷ ἰδίῳ Πατρί. Οὐ γὰρ ταῖς κατὰ C θέλησιν ἀρεταῖς πρὸς αὐτὸν μορφούμενος, εἰκών ἐστι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, διά τε τοῦτό ἐστιν ἐν αὐτῷ· ἀλλ' ὡς ἐν ταυτότητι φυσικῇ, καὶ ὡς μίαν ἔχων πρὸς αὐτὸν τὴν οὐσίαν. Εἰσκεκλήσθω δὲ μάρτυς ἡμῖν ἐπὶ τούτοις ὁ σοφώτατος Ἰωάννης, λέγων· « Καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πῶς οὖν ἄρα φασὶν, ἢ κατὰ τίνα διισχυρίζονται χρῆναι τρόπον τὴν κοινωνίαν ἡμᾶς μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ; Εἰ μὲν γὰρ τὴν οὐσίαν ὥσπερ τὴν ἑαυτῶν ἀναμιγνύοντες τῇ θείᾳ φύσει, ἤτοι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, ἐν ἑαυτοῖς εἶναι νοούμεθα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τῆς *κοινωνίας* ὁ λόγος, εἰς τὴν τῶν θελημάτων ὁμοιότητα βλέπει, πῶς ἂν ἔχοιμεν αὐτὴν μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ Υἱοῦ, D καίτοι κατ' ἐκείνους οὐκ ὄντων ὁμοουσίων; Ἢ γὰρ ἀνάγκη λοιπὸν καὶ ἡμᾶς τὰ γέλωτος ἄξια φρονοῦντας εἰπεῖν ὅτι, τὴν οἰκείαν διακόπτοντες φύσιν, τὸ μὲν ἥμισυ τῷ Πατρὶ, τὸ δὲ ἕτερον ἡμῖν καὶ τῷ Υἱῷ δεδώκαμεν, οὕτω τε ἐν αὐτοῖς εἶναι νοούμεθα· ἢ παραιτούμενοι τὴν ἀποπληξίαν τοῦ λόγου, φαμὲν ὅτι ταῖς κατὰ θέλησιν ἀρεταῖς καὶ τῇ συμμορφίᾳ τῇ πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ ἀπόῤῥητον κάλλος καταφαιδρύνειν τὸν οἰκεῖον σπουδάζοντες νοῦν, τὴν τῆς κοινωνίας ἑαυτοῖς περιποιούμεθα χάριν. Ἆρ' οὖν οὕτως ἐροῦμεν ὑπάρχειν ἐν Πατρὶ τὸν Υἱὸν, ἤγουν σχετικὴν καὶ ἐπιτετηδευμένην κοινωνίαν ἔχειν πρὸς τὸν γεννήσαντα; Καίτοι τί δή ποτε διὰ τῆς τῶν

[25] Jud. I, 17-19. [26] I Cor. XII, 3. [27] I Joan. I, 3.

ἔργων ἰσότητός τε καὶ ὁμοιότητος ποδηγεῖσθαι βούλεται τὸν ἡμέτερον νοῦν ἐπὶ τὸ χρῆναι πιστεύειν ἀνενδοιάστως, ὡς εἴη μὲν αὐτὸς ἐν Πατρὶ, ἔχει δὲ αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα; Ἢ γὰρ οὐχὶ πᾶσι προδηλότατον καὶ ἀληθὲς ὑπάρχον ὁρᾶται, ὅτι τὴν τῶν ἔργων λαμπρότητα παρ' ἡμῶν ἐξετάζεσθαι θέλων, ἰσοσθενῆ δείκνυσιν ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, ὡς οὐδένα λόγον ἐχούσης ἔτι τῆς κατ' οὐσίαν διακοπῆς καὶ φυσικῆς ἑτερότητος, εἰ τοῖς ἴσοις ἐπαυχοῖεν κατορθώμασιν αὐτός τε καὶ ὁ Πατήρ; Ἐννόει γὰρ ὅπως οὐκ ἐν τούτοις ἡμεῖς, ἀλλ' ἑτέροις τισὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν συμμορφίαν ἐπιτηδεύοντες, τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας ἀξιούμεθα. Ἐποικτείροντες γὰρ ἀλλήλους, καὶ τῶν τῆς ἀγάπης ἔργων ἀπρὶξ ἐξημμένοι, καὶ πᾶσαν ἐπιτηδεύοντες τὴν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ σεμνότητα, τότε δὴ μόλις ἐν Θεῷ εἶναι λεγόμεθα. Καὶ μάρτυς Ἰωάννης λέγων· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμέν. Ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει, καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς περιπατεῖν. » Καὶ πάλιν· « Ὑμεῖς, φησὶν, ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, ἐν ὑμῖν μενέτω· ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ μενεῖτε. » Καὶ τί τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅπερ ἡμῖν διακελεύεται μένειν, ἵνα ἡμεῖς ὦμεν ἐν Θεῷ, αὐτὸς ἡμῖν οὐδὲν ἧττον σαφηνιεῖ λέγων, ὅτι « Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. » Ἀκούεις ὅπως ἐσμὲν ἐν Θεῷ, τὴν ἀγάπην δηλονότι τὴν εἰς ἀλλήλους ἐπιτηδεύοντες, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἰχνηλατεῖν ἀρετὴν, καθ' ὅσον ἔνι, σπουδάζοντες· ἀρετὴν δέ φημι, οὐ τὴν ἐν τῷ δύνασθαι κτίζειν οὐρανοὺς ἢ ποιεῖν ἀγγέλους, ἢ καθιδρῦσαι γῆν, ἢ θάλασσαν ἐξαπλοῦν, οὔτε μὴν τὴν ἐν ἐκείνῳ καθ' ὃ ἀῤῥήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ δυνάμει, λόγῳ μὲν, πνευμάτων ἐκοίμισε βίας, διανίστη δὲ τοὺς τεθνηκότας, ἤγουν τοῖς τυφλοῖς ἐχαρίζετο τὸ βλέπειν, ἢ τῷ λεπρῷ καθαρίζεσθαι μετὰ πολλῆς τινος τῆς ἐξουσίας ἐπέταττεν· ἐκείνην δὲ μᾶλλον ἧπερ ἂν ἁρμόττοι τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις. Εὑρήσομεν αὐτὸν, ὥσπερ οὖν ὁ Παῦλός φησι, λοιδορηθέντα μὲν παρὰ τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων οὐκ ἀντιλοιδορήσαντα δὲ, ἀλλὰ πάσχοντα μὲν, οὐκ ἀπειλήσαντα δὲ, παραδόντα δὲ μᾶλλον τῷ κρίνοντι δικαίως. Εὑρήσομεν αὐτὸν λέγοντα πάλιν· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Οὐκοῦν διὰ μὲν τῶν τοσούτων κατορθωμάτων μιμεῖσθαι σπουδάζοντες τὸν ἁπάσης ἡμῖν ἀρετῆς ἡγεμόνα Χριστὸν, ἔν τε τῷ Πατρὶ καὶ ἐν αὐτῷ μένειν λεγόμεθα, γέρας ὥσπερ καὶ ἀντιμισθίαν τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος τὸ πρᾶγμα κερδαίνοντες. Ὁ δὲ Υἱὸς οὐκ ἐκ τούτων ἡμᾶς τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ λαμπρότητα δοκιμάζειν βούλεται, τῇ δὲ τῶν παραδόξων μεγαλειότητι μετὰ τῆς ἐνούσης ἀγχινοίας προσεσχηκότας διασκέπτεσθαι δεῖν ἐπιτάττει τὴν ἀπαράλλακτον ἐμφέρειαν ἣν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, πιστεύειν τε οὕτω λοιπὸν ὡς ἐπείπερ ἐστὶν ὁμοούσιος, ἔχει μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸν γεννήσαντα, ἐνυπάρχει

A talem operum a nobis inquiri volens, suo Patri seipsum æqualem ostendit, adeo ut nullam rationem jam habeat illa substantialis et naturalis distinctio, si æqualibus factis ipse et Pater glorientur. Observa enim ut non in his nos, sed aliis quibusdam conformationem ad Deum colentes, societate cum ipso donemur. Alii enim alios miserantes, et charitatis operibus mordicus inhærentes, omnemque in hac vita honestatem et gravitatem colentes, tunc certe vix in Deo esse dicimur. Cujus rei testis est Joannes dicens: « In hoc scimus quia in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulare [28]. » Et rursus: « Vos, inquit, quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, et vos in Fi-
B lio et Patre manebitis [29]. » Et quid sit illud ab initio, quod in nobis manere jubetur, ut nos simus in Deo, ipse nobis nihilosecius declarabit dicens: « Hoc est mandatum, quod audistis ab initio,
800 ut diligatis invicem [30]. » Audis quomodo simus in Deo, charitatem videlicet invicem colentes, et Servatoris virtutem, quoad licet, sectari conantes, virtutem dico, non illam cœlorum aut angelorum creatricem, non qua terram fundavit, aut mare extendit, nec eam qua ineffabili et inscrutabili potestate, verbo quidem, ventorum vim sedavit, aut mortuos excitavit, aut cæcis visum restituit, aut leprosum mundari jussit; sed illam potius quæ humanitatis conditioni congruit. Inve-
C niemus eum, quemadmodum Paulus ait [30*], ab impiis quidem Judæis conviciis petitum, sed non remaledicentem, et patientem at non minantem, sed tradentem potius juste judicanti. Inveniemus eum rursus dicentem: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [31]. » Igitur tot præclaris operibus Christum omnis nobis virtutis ducem imitari studentes, et in Patre et in ipso manere dicimur, præmium veluti quoddam ac retributionem honestatis illud reportantes. Filius autem, non quidem ex his suam probare vult claritatem, sed miraculorum majestatem qua fieri potest solertia attendentes, considerare jubet nulla ex parte variantem quam cum suo Patre habet similitudinem, atque ita credere
D demum quod cum sit consubstantialis, habet in seipso Genitorem, et ipse in eo est. Alioqui doceant obiter adversarii præmii loco, siculi nobis, id ei quoque esse, et retributionis vitæ evangelicæ, quod in Patre intelligitur. Sed neutiquam istud eis grave erit, opinor. Quibus enim petulantiæ nullum genus est intentatum, quidnam absurdi intactum reliquerint? Respondebunt ergo, ut credibile est, Filium idcirco in Patre esse, et in seipso rursus habere Patrem, quia virtutibus quas ipsi quoque assequimur, ad eum conformatur. At quidni rursus, inquam, o boni, cum Philippus diceret: « Domine, ostende nobis Patrem, » sanctos

[28] I Joan. II, 5, 6. [29] ibid. 24. [30] I Joan. III, 11. [30*] I Petr. II, 23. [31] Matth. XI, 29.

omnes apostolos ad imaginem et similitudinem exactam ejus quod in animo habebat proferens, Christus aiebat : « Tanto tempore nobiscum invicem sumus, et non cognovisti Patrem ? » Atqui neminem aliorum secum assumit, sed solum **801** se Patri soli comparans, nostra præterit, ut valde angusta, cumque in his divinam substantiam accurate nollet exprimere, soli sibi perfectissimam similitudinem reservavit : « Qui enim me vidit, inquit, vidit et Patrem. » Deinde his statim subjunxit : « Creditis quia ego in Patre, et Pater in me est ? » Quando enim perfectissimam in omnibus habet similitudinem, quomodo non habet ipse demum in seipso Patrem, sed quodammodo habetur a Patre ? Tale quid enim cogita, et ad eorum quæ dicta sunt demonstrationem cape. Numquid enim, si Abrahæ, aut alterius cujusdam hominis filium aliquis in medium adducat, tum genitoris naturam quærat, percontelurque quinam et qualis sit is qui genuit, recte utique suam naturam demonstraret, dicens : « Qui vidit me, vidit et patrem ? Ego in patre, et pater in me est. » Deinde ut ostenderet se vere loqui, numquid convenienter afferret in humanis operibus aut naturæ dotibus identitatem, dicens : « Propter opera ipsa mihi credite. » Cuncta enim habeo, et peragere cuncta queo quæ naturæ humanæ insunt. Atqui vera nos dicere nemo non, opinor, jure fatebitur, et identitate in nostris operibus id acute demonstrari. Quidni ergo qui recta pervertunt [32], haud rectam doctrinæ semitam insistere suis discipulis persuadent, sed, relicta via regia, inaccessam et asperam calcare se ignorant, et suos asseclas eo compellunt ? Sed nos, ejuscemodi via relicta, per rectam incedemus, et, sacrarum Litterarum auctoritate muniti, æquipotentem et consubstantialem Deo ac Patri Filium ejus secundum naturam esse credimus, ejusque imaginem esse, atque idcirco in Patre esse, et in ipso Patrem.

A δὲ καὶ αὐτὸς αὐτῷ. Ἢ διδασκέτωσαν παρελθόντες οἱ δι' ἐναντίας ὅτι γέρας ἔχει, καθάπερ ἡμεῖς, τὸ ἐν τῷ Πατρὶ νοεῖσθαι καὶ αὐτὸς, καὶ πολιτείας τῆς κατὰ νόμον εὐαγγελικὸν ἀντίῤῥοπον ἀμοιβήν. Ἀλλ' οὐδὲν, οἶμαι, δεινὸν ἐκείνοις φαίνεται καὶ τοῦτο. Οἷς γὰρ εἶδος οὐδὲν γλωσσαλγίας ἀνεπιτήδευτον, τί τῶν λίαν ἀπηχεστάτων οὐχ ἱππήλατον; Εἰκὸς οὖν ὅτι κἀκεῖνο ἐροῦσιν, ὡς εἴη μὲν ὁ Υἱὸς ἐν Πατρὶ διὰ τοῦτο, ἔχοι δὲ αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ἐπείπερ ταῖς καὶ ἡμῖν ἐφικταῖς ἀρεταῖς, ὡς πρὸς αὐτὸν σχηματίζεται. Καὶ τί δὴ πάλιν, ὦ βέλτιστοι, φαμὲν, Φιλίππου λέγοντος· « Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, » μὴ πάντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους εἰς εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀκριβῆ τοῦ νοουμένου παραθεὶς ἔφασκεν ὁ Χριστός· Τοσούτῳ χρόνῳ μετὰ ἀλλήλων B ἐσμὲν, καὶ οὐκ ἔγνωκας τὸν Πατέρα; Ἀλλ' οὐδένα τῶν ἄλλων ἑαυτῷ συνεισδέχεται, μόνον δὲ μόνῳ παραθεὶς τῷ Πατρὶ, ὡς μικρὰ μὲν κομιδῇ παρατρέχει τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἐν τούτοις δὲ ἀκριβῶς τὴν θείαν οὐσίαν ἐξεικονίζεσθαι θέλων, ἑαυτῷ τετήρηκε μόνῳ τὴν εἰς ἄκραν ἐμφέρειαν· « Ὁ γὰρ ἑωρακὼς ἐμὲ, φησὶ, τὸν Πατέρα ἑώρακεν. » Εἶτα τούτοις ἐπήνεγκεν εὐθύς· « Πιστεύετε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ δὲ ἐν ἐμοί ἐστιν; » Ὅπου γὰρ ἀπαραλλάκτως ἔχει κατά γε τὴν εἰσάπαν ἐμφέρειαν, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι λοιπὸν αὐτὸς μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, ἔχεται δὲ ὥσπερ ὑπὸ τοῦ Πατρός; Ἐννόει γάρ τι τοιοῦτον, καὶ πρὸς ἀπόδειξιν δέχου τῶν εἰρημένων. Ἆρα γὰρ, εἴ τις τὸ Ἀβραὰμ, ἤγουν ἑτέρου τινὸς C ἀνθρώπου τυχὸν εἰς μέσον ἀγάγοι παιδίον, εἶτα τὴν τοῦ τεκόντος αὐτὸ διερωτοίη φύσιν, τίς τε ὅλως εἴη καὶ ποδαπὸς ὁ τεκὼν βούλοιτο μαθεῖν, οὐκ ἂν εὐλόγως ἐφώνησε, μᾶλλον δὲ τὴν οἰκείαν ἐπέδειξε φύσιν, λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα; Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν. » Εἶτα πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, οὐκ ἂν παροίσαι πρεπόντως τὴν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις ἔργοις, ἤτοι φυσικοῖς πλεονεκτήμασι ταυτότητα, λέγων· « Διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. » Ἔχω γὰρ πάντα, καὶ ἐνεργεῖν ἰσχύω τὰ τῇ ἀνθρωπείᾳ προσόντα φύσει. Ἀλλ', οἶμαι, πᾶς τις ἐρεῖ καὶ συναινέσει δικαίως ὅτι λέγοιμεν ἀληθῆ, δριμεῖαν δὲ τῶν ἐν τοῖς ἰδίοις ἔργοις ἀπόδειξιν τὴν ταυτότητα παρακομίσαι. Τί τοιγαροῦν οἱ τὰ ὀρθῶς ἔχοντα διαστρέφοντες, μὴ τὴν εὐθεῖαν τῶν θεωρημάτων ἰέναι τρίβον τοὺς ἰδίους ἀναπείθουσι φοιτητὰς, ἀλλὰ, τῆς βασιλικῆς τε καὶ τετριμμένης ἐξώσαντες, τὴν ἀστιβῆ καὶ τραχεῖαν ἐρχόμενοι διαλελήθασι μὲν ἑαυτοὺς, συντρίβουσι δὲ καὶ τοὺς ἕπεσθαι δεῖν οἰομένους αὐτοῖς; Ἀλλ' ἡμεῖς, οὐ ταύτην ἐρχόμενοι τὴν ὁδὸν, τὴν εὐθυτενῆ βαδιούμεθα, καὶ, τοῖς ἱεροῖς πειθόμενοι Γράμμασιν, ἰσοσθενῆ καὶ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ πιστεύομεν εἶναι τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα κατὰ φύσιν Υἱὸν, εἰκόνα τε ὑπάρχειν αὐτοῦ, διά τε τοῦτο αὐτὸν μὲν εἶναι ἐν Πατρὶ, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸν Πατέρα.

XIV, 12, 13. *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet, quia ego ad Patrem vado. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam; ut glorificetur Pater in Filio.*

D *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι. Καὶ ὅ τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ.*

Si quis quam longe patet loci hujus expositio dicendo extendi velit, longa et alta quidem esset oratio : sed quid in **802** rem auditorum sit animo versantes, dempta sermonis prolixitate, eum

Εἴη μὲν ἂν, εἴπερ τῳ δοκεῖ, τῷ τῶν προκειμένων θεωρήματι συνεκτείνεσθαι πλάτει, μακρὸς καὶ βαθὺς ὁ λόγος· τὸ δὲ τοῖς ἀκροωμένοις ἐννοοῦντες λυσιτελέστερον, περιδράξασθαι τῶν σημαινομένων οἰησόμεθα

[32] Mich. III, 9.

πρέπειν, τὸ πολὺ τοῦ λόγου περιστείλαντες μῆκος· εἴη γὰρ ἂν οὕτω μάλιστα τοῖς πολλοῖς εὐπαράδεκτον τὸ θεώρημα. Ἐπιδεῖξαι τοιγαροῦν ἐθελήσας ὡς εἴη μὲν ὁμοούσιος τῷ ἰδίῳ Γεννήτορι καὶ ὅτι χαρακτήρ ἐστιν αὐτοῦ, φορούμενος μὲν ὡς ἐν ἀρχετύπῳ τῷ Πατρὶ, ἔχων γε μὴν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀρχέτυπον, ὡς χαρακτὴρ φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, καὶ οὐ κατά τινα σχηματισμὸν τὸν ἐν διαπλάσει νοούμενον (ἄνω γὰρ σχημάτων τὸ Θεῖον, ἐπεὶ καὶ ἀσώματον), « Ἐγὼ, φησὶν, ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ δὲ ἐν ἐμοί ἐστιν. » Ἀλλ' ἵνα τῆς ἐμφερείας τὴν ἰσότητα καὶ τὸ σύμμορφον ἀπαραλλάκτως μὴ καθ' ἕτερόν τινα ζητῶμεν τρόπον ἢ ἐκ μόνων τῶν τῇ φύσει προσόντων πλεονεκτημάτων (ἐντεῦθεν γὰρ ἦν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν ὁρᾷν τὴν ὁμοίωσιν), « Εἰ δὲ μὴ, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἔργων πιστεύετε. » Ὤετο γὰρ δὴ λίαν ὀρθῶς ὡς, εἴπερ ὅλως θεάσαιτό τις αὐτὸν τοῖς ἴσοις ἐκλάμποντα κατορθώμασι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, εἰς φυσικὸν ὄντως παραδέξαιτο χαρακτῆρα καὶ εἰκόνα τῆς οὐσίας αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἂν ποτε δράσαι τὰ ἴσα τῷ Θεῷ τὸ μὴ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, ἀλλ' οὐδ' ἂν προσγένοιτό τινι τῶν γενητῶν τὸ ἐν ἴσῳ μέτρῳ τῇ θείᾳ φύσει τερατουργεῖν δύνασθαί ποτε. Ἄβατα γὰρ καὶ ἀνέπαφα παντελῶς τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι κεκλημένοις τὰ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἰδίως ἀγαθά· καὶ ὅτι μὲν ἀλοιδόρητος παντελῶς παρά γε τοῖς εὖ φρονοῦσιν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἔσται λόγος, οὐδαμόθεν ἐνδοιάσειν εἰκὸς ἦν τινας· ἔσεσθαί γε μὴν τοῖς τἀναντία δοξάζουσιν ἑτεροδιδασκαλίας ἀφορμὴν καὶ πρόφασιν καὶ τὸ καλῶς εἰρημένον, οὐχ ἠγνόησεν, ὡς Θεός. Ἵνα τοίνυν μὴ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀθυρογλωττίας ἐν τούτοις περιλείπηται τόπος, μηδὲ λέγοιεν ὅτι δημιουργὸς τῶν θαυμάτων γέγονεν ὁ Υἱὸς οὐκ ἐκ τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ οὐδὲ ἐξ ἰδίας δυνάμεως, ἀλλ' ἐπείπερ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα ποιοῦντα τὰ ἔργα, καθάπερ οὖν αὐτὸς ἔφη καὶ διισχυρίσατο, τεθεράπευκεν ἀναγκαίως ὁ Κύριος ταῖς τῶν νοημάτων ἐπαγωγαῖς· ἑαυτὸν μὲν γὰρ ἐν τούτοις ἔσεσθαι χορηγὸν ἐπαγγέλλεται τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ὧνπερ ἂν ἐθέλουσιν αἰτεῖν, καὶ οὐχὶ μόνην αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται τοσαύτην χορηγήσειν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ πολύ· μείζονα γὰρ, φησὶν, ὧν ἐγὼ πεποίηκα ποιήσει. Ὁρᾷς οὖν ὅπως ἀνακόπτει χρησίμως τῶν δι' ἐναντίας τὸ θράσος, καὶ ἀνασειράζει τρόπον τινὰ τοῖς ἐλέγχοις ἐρχομένους κατὰ πετρῶν. Ἐρεῖ γάρ τις αὐτοῖς· Ὦ ἀνόητοι καὶ τυφλοὶ, μηδὲν ἐξ ἑαυτοῦ δεδυνῆσθαι κατορθοῦν ὑπειληφότες τὸν Υἱὸν, κεχορηγῆσθαι δὲ μᾶλλον τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς παραδόξως τετελεσμένοις δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, πῶς καὶ μείζονα κατορθοῦν, ἐπαγγέλλεται δώσειν τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν; Πῶς ὃ μὴ δέδρακεν αὐτὸς, ἕτερος κατορθώσει, τὴν παρ' αὐτοῦ δανεισάμενος δύναμιν; Θέα γὰρ ὅπως οὐκ εἴρηκεν ἐν τούτοις ὅτι χορηγήσει τοῖς πιστεύουσι δύναμιν ὁ Πατὴρ, ἀλλ' « Ὅ τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ποιήσω. » Ὁ δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ τὰ μείζω δύνασθαι κατορθοῦν, ὡς Θεὸς, ἐπιδιδοὺς, πῶς ἂν αὐτὸς ἐχορηγήθη παρ'

A explanabimus : erit enim hic locus isto modo multis captu facilis. Volens igitur ostendere se esse quidem suo Patri consubstantialem ejusque characterem, qui in Patre tanquam in archetypo contineatur, habeat tamen in seipso archetypum, ut character natura atque substantia, non autem forma ac figura (figuras enim Deus non capit, cum sit incorporeus), « Ego, inquit, in Patre, et Pater in me est. » Sed ut similitudinis æqualitatem et conformitatem per omnia similem aliunde non quæramus quam ex solis naturæ prærogativis (hinc enim substantialem et naturalem cernere licet similitudinem), « Alioqui, ait, propter opera credite. » Recte quippe existimabat quod, si quis se æqualibus cum Deo ac Patre operibus conspi-
B cuum spectarit, pro naturali charactere et imagine substantiæ ejus [33] ipsum susceperit : nunquam enim paria cum Deo faciat qui ex Deo non est secundum naturam, sed neque creatura divinæ naturæ miraculis patrandis par esse possit. Bona enim naturæ illius quæ semper est penitus inaccessa sunt iis quæ ex nihilo producta sunt ; et inculpatum quidem prorsus apud recte sentientes Servatoris sermonem fore, credibile erat nullatenus dubitaturos aliquos ; verumtamen hæreticos novæ doctrinæ occasionem et prætextum arrepturos etiam id quod recte dictum erat, non ignoravit, ut Deus. Ne igitur iis qui recta pervertunt petulantiæ locus hic relinqueretur ullus, neque
C dicerent miracula patrasse Filium non vi quidem ac potestate sua, sed quia habebat in seipso Patrem facientem opera, quemadmodum ipse dixit atque confirmavit, necessario Dominus remedium attulit, subjungens se credentibus in se largiturum ea quæ petere voluerint ; neque vero tantam se daturum vim ac potestatem promittit, sed ampliorem : « Majora enim, inquit, faciet his quæ ego facio. » Vides ergo quo pacto adversariorum infringat audaciam, et revocet quodammodo eos qui in petras cæci ruunt. Dicet enim eis aliquis : O stulti ac cæci, qui nihil ex seipso Filium facere posse putatis, sed ei datam esse potius miraculorum **803** patrandorum vim ac potestatem a Patre, quomodo majora daturum se pollicetur credentibus in ipsum ?
D Quomodo quod non fecit ipse, alter perficiet, virtute ab eo mutuata ? Adverte enim ut non hic dixerit Patrem fidelibus virtutem largiturum, sed, « Quod petieritis in nomine meo, hoc faciam. » Qui ergo aliis, ut Deus, majora patrandi vim tribuit, quomodo ipse ab aliis ista faciendi virtutem mutuetur ? Quamobrem nugæ sunt isthæc prorsus ac diabolicæ perversitatis inventa. Nec enim Filii vim ac potestatem finitam cernes, ut ad nonnulla quidem se extendat, sed majoribus nequaquam par sit, verum quæcunque velit facile peragentem, dignisque largientem ut æqualibus sive etiam altioribus soliis glorientur. Neque tamen quisquam putet nos

[33] Hebr. I, 3.

affirmare aliquos eorum qui in eum credunt, creandi cœlos, solemque ac lunam, aut illustrem astrorum chorum, vel etiam angelos, aut terram, aut quæ in ea sunt, condendi vi pollere. Nec enim in his orationis scopus vertitur, sed ad quæ par est extenditur, et humanæ claritatis quæ gloria et sanctificatione constat modum non transcendit. Idcirco enim sermonis liberiorem excursum quodammodo inhibens, et miraculis a se in terra, quando factus est homo, editis majorem porro magnitudinem apponens, « Quæ ego feci, inquit, faciet, et majora his. » Non enim quasi majora non posset, suam potestatem rebus a se editis definivit, sed peractis quæ oportebat et quæcunque tempus in medium attulit, incomprehensibilem potestatis suæ magnitudinem iis finibus non terminari his verbis utiliter educet. Verum ut, loci propositi ordinem servantes, auditorum animos ad hujus dicti observationem erigamus: « Amen, inquit, dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio et ipse faciet, quia ego ad Patrem vado. » At quid rei est, inquiet aliquis forsan auditorum paulo cæteris æquior, quod Filius ipse se ad Patrem proficisci inquit, ut qui credunt in eum majora facere possint quam quæ ipse edidit? Sane occultam quamdam in se habet **804** dictum illud contemplationem. Quid ergo sit illud quod ait, ipsum accipe ita propemodum explicantem: O sermonum meorum ministri ac veri discipuli, quandiu vobiscum in terris conversabar, vixi ut homo, non aperte omnino vobis deitatis meæ potestatem ostendi; sed et locutus sum, et feci convenienter humilitatis conditioni et formæ servili. Quoniam vero illa demum pro eo ac decebat peracta sunt, et impletum mihi est dispensationis cum carne mysterium (jamjam enim mortem perpetiar, et resurgam), polliceor me vobis daturum majora quam quæ per me facta sunt, miracula edendi potestatem, instante jam tempore et voluntate ea largiendi. Ibo quippe ad Patrem, consessurus videlicet conregnaturusque cum eo ut Deus ex Deo, incomprehensa virtute ac potestate amicis meis bona largiens. « Quodcunque petieritis, inquit, in nomine meo, hoc faciam, » peracto tempore quo necesse erat, inquit, in humilitatis forma videri. Quod decebat observavi propter dispensationem: nunc vero palam ac aperte polliceor me facturum ea quæ Dei sunt, ab hac tam illustri gloria Patrem non excludens, sed ut glorificetur in Filio. Nam Filius si glorificetur, omnino in eo quoque Pater glorificabitur. Filium quippe natura sua Deum esse multis antea jam demonstratum est: sed nihilominus etiam hoc ex eo patet quod sanctorum orationes suscipit, eisque quæ petierint ac velint largitur. Quomodo ergo Pater in eo non glorificetur? Ut enim jure dedecus ei aliquod inferretur, si Deus non esset natura is qui ex ipso processit, sic gloriæ multum accipiet, si Deum verum habeat, et fructum ex substantia sua procedentem, qui et cuncta fa-

A ἑτέρου τὸ δύνασθαι; Οὐκοῦν λῆρος μὲν τὰ ἐκείνων παντελῶς καὶ ὕθλος εἰκαῖος καὶ δαιμονιώδους δυστροπίας εὑρέματα. Πεπερασμένην δὲ οὐδαμῶς τὴν τοῦ Υἱοῦ δύναμιν θεωρῆσαι τις ἄν, οὐδὲ διήκουσαν μὲν ἐπί τι τῶν ὄντων, οὐκ ἀρκοῦσαν δὲ τοῖς ἔτι μείζοσιν, ἀλλ' ὅσαπερ ἂν βούλοιτο ταῦτά τε δρῶσαν εὐκόλως, καὶ τοῖς ἀξίοις χαριζομένην τὸ τοῖς ἴσοις τυχὸν ἤγουν καὶ ὑπερκειμένοις ἐναβρύνεσθαι θώκοις. Καὶ μή τις οἰέσθω λέγειν ἡμᾶς ὅτι περιέσται ποτὲ τὸ δύνασθαί τινι τῶν τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν τετιμηκότων δημιουργῆσαι μὲν οὐρανὸν, ἥλιον δὲ καὶ σελήνην, ἤγουν τὸν περιφανῆ τῶν ἀστέρων χορὸν ἀναδεῖξαι, κτίσαι τυχὸν ἀγγέλους, ἢ γῆν, ἢ τὰ ἐν αὐτῇ. Τέτραπται γὰρ οὐκ ἐν τούτοις ὁ τοῦ λόγου σκοπὸς, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς συντείνεται, καὶ τῆς ἀνθρωποπρεποῦς λαμπρότητος B ἐν δόξῃ, φημὶ, καὶ ἁγιασμῷ τὸ μέτρον οὐχ ὑπερτρέχει. Διὰ γάρ τοι τοῦτο περιστέλλων ὥσπερ τοῦ λόγου τὸν ἐφ' ὅπερ ἄν τις βούλοιτο δρόμον, καὶ μόνοις τοῖς παρ' αὐτοῦ παραδόξως τετελεσμένοις ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τῶν ἔτι μειζόνων ἀντιπαρεξάγων τὸ μέγεθος, « Ἃ ἐγὼ πεποίηκα, φησὶ, ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων. » Οὐ γὰρ ἀτονήσας περὶ τὰ μείζω μέχρι τῶν τετελεσμένων, τὴν οἰκείαν ἐπέστησε δύναμιν, ἐπιτελέσας δὲ ἅπερ ἐχρῆν καὶ ὅσαπερ τυχὸν εἰς μέσον παρεκόμισεν ὁ καιρὸς, ὅτι μὴ μέχρις ἐκείνων ἀφικνεῖσθαι δύναται τῆς ἐνούσης ἐξουσίας αὐτῷ τὸ ἀπερινόητον μέγεθος ἐκδιδάσκει χρησίμως διὰ τῶν εἰρημένων. Ἀλλ' ἵνα, τὴν τάξιν τῶν προκειμένων τηρήσαντες, τῇ τῆς λέξεως θεωρίᾳ C τῶν ἀκροωμένων τὸν νοῦν ἐπιστήσωμεν, « Ἀμὴν, φησὶ, λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι. » Εἶτα τί τοῦτο, φήσειεν ἄν τις τῶν ἀκροωμένων ἐπιεικέστερον [γρ. ἐπιεικέστερος], τὸ πορεύεσθαί φημι πρὸς τὸν Πατέρα τὸν Υἱὸν, πρὸς τὸ δύνασθαι κατορθοῦν καὶ τὰ ἔτι μείζω τῶν παρ' αὐτοῦ δεδειγμένων τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν; Οὐκοῦν κεχρυμμένην τινὰ θεωρίαν εἰσφέρει τὸ εἰρημένον. Τί οὖν ἐστιν ὅ φησι, δέχου λέγοντα τυχόν· Ὦ τῶν ἐμῶν ὑπηρέται λόγων καὶ γνήσιοι φοιτηταὶ, ἕως μὲν σὺν ὑμῖν τὰς διατριβὰς ἐποιούμην ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπολιτευσάμην ὡς ἄνθρωπος, οὐκ ἄκρατον ὑμῖν τῆς θεότητος τὴν ἐξουσίαν ἐπεδειξάμην· εἶπόν τε καὶ πέπραχα πρεπόντως πως D καὶ τῷ τῆς ταπεινώσεως μέτρῳ καὶ τῷ σχήματι τῷ δουλοπρεπεῖ. Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἐκεῖνα καθηκόντως τετέλεσται, καὶ πεπλήρωταί μοι τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· πείσομαι γὰρ ὅσον οὐδέπω τὸν θάνατον, καὶ ἐγερθήσομαι· χαριεῖσθαι δὲ ὑμῖν ἐπαγγέλλομαι καὶ τὰ ἔτι μείζονα τῶν δι' ἐμοῦ θαυμάτων δύνασθαι πληροῦν, παρόντος ἔτι τοῦ καιροῦ καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις φιλοτιμίας. Πορεύσομαι γὰρ πρὸς τὸν Πατέρα, συνεδρεύσων αὐτῷ δηλονότι καὶ συμβασιλεύσων, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, ἀκατακαλύπτῳ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ. . . . . . τῆς ἐμαυτοῦ φύσεως τὸ διδόναι τοῖς γνησίοις τὰ ἀγαθά. « Ὅπερ ἂν αἰτήσητε, φησὶν, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, » τετελεσμένου τοῦ καιροῦ καθ' ὃν ἔδει, φησὶν, ἐν τῷ τῆς ταπεινώσεως φαίνεσθαι σχήματι. Τετήρηκα τὸ πρέ-

A πον διὰ τὴν οἰκονομίαν· νυνὶ δὲ λοιπὸν ἀκατακαλύπτως, ὡς Θεὸς, ἐνεργήσειν ἐπαγγέλλομαι τὰ Θεοῦ, οὐ τὸν Πατέρα τῆς οὕτω πρεπούσης δόξης ἐξωθούμενος, ἀλλ' ἵνα δοξασθῇ ἐν τῷ Υἱῷ. Δοξαζομένου γὰρ τοῦ γεννήματος, δοξασθήσεται πάντως ἐν αὐτῷ καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν. Θεὸς γὰρ ἂν κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ Υἱὸς καὶ διὰ πολλῶν μὲν ἑτέρων καταπέφανται· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ διὰ τοῦ δέχεσθαι μὲν τὰς τῶν ἁγίων εὐχὰς, χορηγεῖν δὲ αὐτοῖς, ἅπερ ἂν αἰτοῖεν καὶ βούλοιντο. Πῶς οὖν οὐχ ἂν ὁ Πατὴρ ἐν αὐτῷ δοξάζοιτο; Ὥσπερ γὰρ καὶ εἰκότως ἂν κατεψέχθη, Θεοῦ κατὰ φύσιν οὐκ ὄντος τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτοῦ γεννήματος· οὕτως ἔσται πολὺ λίαν εὐκλεὴς, Θεὸν ἔχων ἀληθινὸν, καὶ τὰ πάντα ἰσχύοντα δρᾷν τε ὁμοῦ καὶ ἑτέροις χαρίζεσθαι τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθόντα καρπόν. Εἰ δὲ εἰς δόξαν συντείνει τοῦ Πατρὸς B τὸ ἐν τοῖς θεοπρεπέσιν ἀξιώμασιν ὁρᾶσθαι τὸν Υἱὸν, ποῖος τοῦ κολάζεσθαι λόγος ἐξελεῖται τὸν αἱρετικὸν, ἀναισχύντοις δυσφημίαις κατασμικρύνειν αὐτὸν πολυτρόπως οὐ καταδείσαντα; Ἐρῶ δὲ πρὸς τούτοις ἕτερον ταῖς ἐκείνων ἀπαιδευσίαις οὐ μετρίως, ὡς ἐγῷμαι, μαχόμενον. Εἰ γὰρ εὐχόμεθα τῷ Υἱῷ, καὶ παρ' αὐτοῦ ζητοῦμεν τὰ αἰτήματα, καὶ αὐτὸς διδόναι κατεπαγγέλλεται, πῶς οὐκ ἂν εἴη φύσει Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένος; Εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἔχειν ὑπολαμβάνουσιν αὐτὸν, γενητὸν δὲ εἶναι λέγουσι, κατὰ τί διοίσομεν ἔτι τῶν ἐπικαλουμένων τὸν ἥλιον, ἢ τὸν οὐρανὸν, ἤγουν ἕτερόν τι τῶν κτισμάτων; Εἰ γὰρ καὶ, σφόδρα κακούργως τῆς ἑαυτῶν ἀλογίας τὸ ἀκαλλὲς δυσωπούμενοι, κτίσμα μὲν λέγουσιν αὐτὸν ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις κτίσμασιν, ἀσύγκριτον δέ τινα τὴν κατὰ πάντων ἔχειν ὑπεροχήν· ἀλλ' ἴστωσαν ὅτι οὐδὲν ἧττον ὑβρίουσι τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν, τοῦτ' ἔστι τὸν Υἱὸν, ἔστ' ἂν αὐτὸν ἐναρίθμιον λέγωσιν εἶναι τοῖς πεποιημένοις. Τὸ γὰρ ζητούμενόν ἐστιν οὐκ εἰ μέγα τυχόν ἐστιν ἢ μικρὸν ποίημα, ἀλλ' εἰ ὅλως γενητὸς καὶ μᾶλλον οὐχὶ Θεὸς κατὰ φύσιν, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀληθές.

cere et cæteris ut mira faciant largiri possit. Quod si ad gloriam Patris spectat Filium divinis prærogativis esse conspicuum, quænam ratio vetabit quominus puniendus sit hæreticus, qui impudenti blasphemia multis eum modis elevare non sit veritus? Addam et aliud quod illorum ignorantiam et imperitiam non mediocriter, ut reor, oppugnat. Nam si Filium precamur, et ab eo petitiones petimus, et ipse daturum se pollicetur, quomodo non erit natura Deus et ex Deo naturali genitus? Nam si istiusmodi ita se habere non existimant, sed creatum dicunt, qua in re differemus **805** ab iis qui solem, aut cœlum, sive creaturarum aliquam aliam invocant? Tametsi enim inconsiderantiæ suæ dedecore confusi creaturam quidem ipsum esse dicunt, cæteris æqualem, sed supra omnes eminentia quadam præditum, sciant tamen se nihilominus Patris gloriam lædere, id est Filium, quando inter creaturas eum collocant. Nec enim quæritur utrum magna sit, an parva creatura, sed an omnino creatura sit, an non potius Deus secundum naturam, quod verum quidem est.

C *Ἐὰν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω.*

Ἀπημφιεσμένως ἤδη φησὶν ὅτι, Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, προσδέξεται μὲν καὶ λίαν εὐπετῶς τὰς παρὰ τῶν ἰδίων εὐχὰς, χορηγήσει δὲ καὶ σφόδρα προθύμως, ἅπερ ἂν βούλωνται λαβεῖν, χαρίσματα δὲ δηλονότι πνευματικὰ καὶ τῆς ἄνωθεν φιλοτιμίας ἄξια. Καὶ οὐχ ὡς τῆς ἑτέρου φιλανθρωπίας διάκονος, οὔτε μὴν ὡς ἀλλοτρίας ἡμερότητος ὑπουργὸς τὰ τοιαῦτά φησιν, ἀλλ' ὡς ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ τὰ πάντα, μετὰ Πατρὸς καὶ αὐτὸς ὑπάρχων, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, παρά τε ἡμῶν εἰς Θεὸν, καὶ εἰς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἀεὶ συνεζευγμένας τὰς τῶν ἀγαθῶν χορηγίας τοῖς ἀξίοις ἐπεύχεται, λέγων· « Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ οὐ δή τις νοῦν ἔχων οἰήσεται πάλιν D ὡς ἰδίᾳ μέν τινα χάριν δίδωσιν ὁ Πατὴρ, ἰδίᾳ δὲ ὥσπερ καὶ ἀνὰ μέρος αὖ πάλιν ὁ Υἱός· ἀλλ' ἔστι μὲν ἡ αὐτὴ καὶ μία, εἰ καὶ δι' ἀμφοῖν λέγεται. Ποιεῖται γοῦν ὅμως τὰ πάντα παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τοῖς ἀξίοις τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἡ τῶν θείων χαρισμάτων διανομὴ, οὐκ ἐν ὑπουργίας τάξει παραληφθέντος, καθάπερ εἰρήκαμεν, ἀλλ' ὡς συνδοτῆρος καὶ συγχορηγοῦ νοουμένου τε καὶ ὑπάρχοντος [al. ἐνυπάρχοντος] ἀληθῶς. Μία γὰρ ἡ τῆς θεότητος φύσις ἐστί τε καὶ οὕτω πιστεύεται. Κἂν γὰρ εἰς Πατέρα πλατύνηται καὶ Υἱὸν καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ'

XIV, 14. *Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.*

Aperte jam ait se, cum Deus sit verus, facile quidem suorum preces accepturum, et prompte admodum largiturum quæ petierint, spiritalia dona nimirum et superna munificentia digna. Neque vero ut alienæ benignitatis ac bonitatis minister hæc ait, sed ut qui in potestate sua cuncta habeat, cum Patre et ipse exsistens, is per quem omnia, et a nobis in Deum, et in nos ab ipso [34]. Idcirco etiam Paulus conjunctas pariter bonorum largitiones dignis semper apprecatur, dicens: « Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo [35]. » Neque vero quisquam sanæ mentis putaverit Patrem seorsim quidem gratiam aliquam ac seorsim Filium elargiri, sed unam ac eamdem esse, licet ab utroque dicatur. Cuncta quippe bona dignis traduntur a Patre per Filium, et divinarum gratiarum fit distributio, non tamen tanquam per ministrum, sed per eum qui conlargitor intelligatur, et est vere. Una siquidem deitatis natura est atque ita creditur. Licet enim extendatur in Patrem et Filium ac sanctum Spiritum, nequaquam tamen unusquisque ab altero plane diducitur atque separatur. Recte quippe sentientes dicemus ex Patre esse et in Patre naturaliter Filium, ex eoque et in eo, et qui proprius ejus atque

[34] I Cor. VIII, 6. [35] Philipp. I, 2.

Filii est sanctum Spiritum. Cum igitur una sit et intelligatur secundum naturam deitas, per Filium a Patre in Spiritu dignis eorum dona tradentur, et nostra in Deum referentur, mediante nimirum Filio. Nemo enim venit **806** ad Patrem, nisi per eum, sicut ipse nimirum palam professus est. Janua ergo et via amicitiæ cum Deo ac Patre fuit et est Filius, et doni quod ab ipso conlargitor simul atque distributor, ut ex una simul et communi benignitate. Una quippe est deitatis natura in persona et hypostasi Patris et Filii sanctique Spiritus. Quia vero inusitatum adhuc erat antiquis Patrem adire per Filium, istud quoque utiliter docet, ac jacto velut quodam istius rei in suis discipulis fundamento, fidem ac disciplinam etiam in nos ipsos transmittit, ac precationis modum et spem manifestat. Ipse namque quæ petituri orando sumus, daturum se pollicetur, id insuper addens quoque cæteris ad demonstrandam sibi a natura insitam divinitatem potestatemque regiam.

A οὐκ ἔχει τὸν εἰσάπαν καὶ ὁλοκλήρως διασπασμὸν τὸν εἰς ἕκαστον τῶν σημαινομένων φημί. Διακεισόμεθα γὰρ φρονοῦντες ὀρθῶς ὡς ἐκ Πατρός τέ ἐστι καὶ ἐν Πατρὶ φυσικῶς ὁ Υἱὸς, ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Υἱοῦ Πνεῦμα, τοῦτ' ἔστι, τὸ ἅγιον. Μιᾶς τοιγαροῦν οὔσης τε καὶ νοουμένης τῆς κατὰ φύσιν θεότητος, δι' Υἱοῦ παρὰ Πατρὸς ἐν Πνεύματι τοῖς ἀξίοις τὰ παρ' αὐτοῖς χορηγηθήσεται, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰς Θεὸν ἀπενεχθήσεται, μεσιτεύοντος δηλονότι τοῦ Υἱοῦ. Οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει διωμολόγηκε καὶ αὐτός. Θύρα τοιγαροῦν καὶ ὁδὸς τῆς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα φιλίας τε ὁμοῦ καὶ προόδου γέγονέ τε καὶ ἔστιν ὁ Υἱὸς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δωρεᾶς συνδοτήρ τε ὁμοῦ καὶ διανομεὺς, ὡς B ἐκ μιᾶς τε ἅμα καὶ κοινῆς φιλοτιμίας. Μία γὰρ ἡ τῆς θεότητος φύσις ἐν προσώπῳ τε καὶ ὑποστάσει Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἐπειδὴ δὲ ἀσύνηθές πως τοῖς ἀρχαιοτέροις καὶ ἀνεπιτήδευτον ἦν ἔτι τὸ δι' Υἱοῦ προσέρχεσθαι τῷ Πατρὶ, διδάσκει καὶ τοῦτο χρησίμως, καὶ ὥσπερ τινὰ κρηπῖδα τοῦ πράγματος ἐν τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς προκαταβάλλων, καὶ τὴν ἐπὶ τούτῳ πίστιν τε καὶ μάθησιν, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς παραπέμπει καὶ τῆς προσευχῆς τὸν τρόπον καὶ τῆς ἐλπίδος τὴν δήλωσιν. Ἐπιδώσειν γὰρ αὐτὸς τὰ ἐν εὐχαῖς ἡμῖν ἐπαγγέλλεται, δεῖγμα τῆς κατὰ φύσιν θεότητος καὶ τῆς ἐνούσης αὐτῷ βασιλικῆς ἐξουσίας καὶ τοῦτο τοῖς ἄλλοις προστιθείς.

XIV, 15. *Si diligitis me, mandata mea servate.*

Cum jusserit ut qui petituri sunt, in nomine suo petant, et petentibus largiturum se quodcunque velint polliceatur, id imprimis cavet ne mentitus videatur, propter impias calumniatorum voces. Ex ipsis enim sacris Litteris potissimum videre licet, nonnullos adire quidem ipsum et in ejus nomine petere, nequaquam tamen accipere, quid cuique conveniat et quid petentibus conducat non ignorante Deo [36]. Ut ergo Dominus noster Jesus Christus palam ostenderet ad quosnam verba faceret, et quibusnam promissionis gratia deberetur, et in quo vere futura esset, statim diligentes se exhibuit, et exactum legis custodem adjunxit, ostendens non ad alios quam ad ipsos fieri benignitatis promissionem et spiritalium bonorum largitionem. Nam contrahi sæpe Dei manum, et rerum speratarum exitum iis qui recte petere nesciant intercludi, facile agnosces ex iis quæ Christi discipulus scribit in hunc modum: « Petitis, et non accipitis, eo quod male petitis, ut in concupiscentiis vestris consumatis [37]. » Idcirco et de animo duplicibus ait: « Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino: vir enim duplex animo inconstans est in omnibus viis suis [38]. » Petentibus enim supernam gratiam non ad **807** virtutem perficiendam, sed ad carnis voluptatem et mundanas cupiditates fruendas, aurem tantum non occludit Deus, ac nihil prorsus elargitur › quæ enim renuit ac tanquam detestanda rejicit, quomodo nonnullis largietur? aut quomodo fons omnis dulcedinis amari quidpiam emiserit? Quod autem spiritalium

Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσετε.

Χρῆναι μὲν αἰτεῖν εὐχομένους ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ διατεταχὼς, χορηγήσειν δὲ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸς ὅπερ ἂν βούλωνται λαβεῖν ὑπισχνούμενος, φροντίδα ποιεῖται πολλὴν τοῦ μὴ διαψεύδεσθαι δοκεῖν, διὰ τὰς C τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν καταλαλιὰς ἀνοσίους. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν, καὶ ἐξ αὐτῶν μάλιστα τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, ὡς προσίασι μὲν καὶ ἐξαιτοῦνταί τινες ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, δέχονταί γε μὴν οὐδαμῶς τὸ ἑκάστῳ πρέπον, καὶ τοῖς αἰτοῦσι λυσιτελὲς οὐκ ἠγνοηκότος Θεοῦ. Ἵνα τοίνυν ἐπιδείξῃ σαφῶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, πρὸς τίνας αὐτῷ γέγονέ τε καὶ ἔστιν ὁ λόγος, καὶ τίσιν ἡ τῆς ὑποσχέσεως ὀφείλεται χάρις, ἐφ' ᾧ ἔσται καὶ ἀληθῶς, παρεκόμισεν εὐθὺς τῶν ἀγαπώντων τὸ πρόσωπον, καὶ τὸν ἀκριβῆ νομοφύλακα παραζεύγνυσι τῷ λόγῳ, δεικνὺς ὅτι πρὸς αὐτοὺς καὶ οὐχ ἑτέρους ἡ τῆς ἡμερότητος ἐπαγγελία καὶ ἡ τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν ἐπίδοσις δι' αὐτοῦ κρατήσει καὶ γενήσεται. Ὅτι γὰρ ὄκνῳ D πολλάκις ἡ χορηγὸς συστέλλεται χεὶρ τοῦ Θεοῦ, τοῖς οὐκ ὀρθῶς ἐθέλουσιν αἰτεῖν τὸ τῶν ἐλπισθέντων ἀποκλείουσα πέρας, συνήσεις εὐκόλως ἐξ ὧν ὁ Χριστοῦ μαθητὴς ἀποτείνεται γράφων ὡδί· « Αἰτεῖτε καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖτε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε. » Διὸ καὶ πάλιν περὶ τῶν διψυχεῖν εἰωθότων φησί· « Μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ Κυρίου· ἀνὴρ γὰρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. » Τοῖς μὲν γὰρ ἐρωτῶσιν οὐκ εἰς κατόρθωσιν ἀρετῆς τὴν ἄνωθεν χάριν, ἀλλ' εἰς ἀπόλαυσιν σαρκικῆς ἡδονῆς καὶ κοσμικῶν ἐπιθυμιῶν, μονονουχὶ καὶ ἀποφράττει τὸ οὖς ὁ Θεὸς, χορηγεῖ δὲ παντελῶς

[36] I Joan. v, 14. [37] Jac. iv, 3. [38] Jac. i, 7, 8.

οὐδέν· ἃ γὰρ ἂν ἀποφάσκῃ καὶ ἀπόβλητα ποιῆται διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς βδελυρίαν, πῶς ἂν χορηγήσαι τισίν; ἡ δὲ ἁπάσης γλυκύτητος πηγὴ πῶς ἂν αὐτὴ πικρὸν ἀναβλύσαι νᾶμα; Ὅτι δὲ τοῖς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἐρασταῖς πλουσίᾳ τε καὶ προθυμοτάτῃ χειρὶ διανέμει τὰ ἀγαθὰ, κατόψει ῥᾳδίως, ὅταν ἀκούσῃς λέγοντος διὰ μὲν Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς αὐτούς· « Ἔτι σοῦ λαλοῦντος, ἐρῶ· Τί ἐστι; » Διὰ δὲ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς ὅτι « Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. » Ὁρισάμενος τοίνυν καὶ διαῤῥήδην εἰπὼν ὅτι ταῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὀφείλεταί τε καὶ ὑπάρξει δὴ πάντως τὸ τοῖς ἄνωθεν ἐντρυφᾷν ἀγαθοῖς, δι' αὐτοῦ δηλονότι χορηγουμένοις παρὰ Πατρὸς, καταγράφει παραχρῆμα καὶ τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν, καὶ ὅπως ἂν αὐτὴν ἐπιτηδεύσαιμεν, ἄριστά τε καὶ ἀνεγκλήτως διδάσκει διὰ τὸ χρήσιμον. Οὐ γὰρ εἴ τις λέγοι τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν, πάντως δὴ καὶ τὴν τοῦ ἀληθῶς ἀγαπᾷν ἀποίσεται δόξαν, ἐπεὶ μὴ ἐν λόγῳ ψιλῷ τῆς ἀρετῆς ἡ δύναμις, μήτε μὴν ἐν γυμνοῖς μορφοῦται ῥήμασι τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας τὸ κάλλος, ἀλλ' ἡ ἐξ ἀγαθῶν ἀποτελεσμάτων καὶ φιληκόου γνώμης εὖ μάλα διαγινώσκεται, καὶ τῶν θείων ἐντολῶν ἡ τήρησις τὴν εἰς τὸ θεῖον ἀγάπην ἄριστα ζωγραφεῖ, καὶ ζῶσαν ὅλως καὶ ἀληθῆ παρίστησιν ἀρετὴν, οὐχ ἐν μόναις σκιαγραφουμένην ταῖς ἀπὸ τῆς γλώττης φωναῖς, καθάπερ εἰρήκαμεν, φαιδροῖς δὲ ὥσπερ διαπρέπουσαν χρώμασι ταῖς τῶν ἔργων ἰδέαις, καὶ ὁλοκλήρως ἐκλάμπουσαν. Καὶ γοῦν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς σαφῶς ἡμῖν τοῦτο παραδεικνὺς, « Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, φησὶν, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Οὐ γὰρ ἐν ἀργαῖς ῥημάτων κολακείαις ἡ πίστις, ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν δρωμένων ποιότησι δοκιμάζεται· καὶ γοῦν νεκρὰν εἶναι ταύτην οὐ παρεπομένων τῶν ἔργων ἡ θεία λέγει Γραφή. Τὸ μὲν γὰρ εἰδέναι, φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστιν, οὐκ ἐν διανοίαις ἀνθρωπίναις εὑρήσομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ἃ καὶ φρίττει καὶ οὐχ ἑκόντα τὴν τοῦ ποιήσαντος δύναμιν. Τό γε μὴν σύνδρομον ποιεῖσθαι τῇ πίστει τὴν ἀπὸ τῶν ἐρωμένων φαιδρότητα, μόνοις ἂν πρέπον καὶ ἐλλάμπον ὁρῷτο τοῖς ἀληθῶς ἀγαπῶσι τὸν Θεόν. Οὐκοῦν ἀπόδειξις τῆς ἀγάπης καὶ τελεώτατος τῆς πίστεως ὅρος, τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων ἡ τήρησις καὶ τῶν θείων ἐντολῶν ἡ φυλακή. Καὶ χαλεπὸν μὲν ἴσως οὐδὲν ἕτερα πρὸς τούτοις εἰπεῖν συγγενῆ πως ἔχοντα τὴν διάνοιαν, πλὴν οὐ τοῦ παρόντος οἶμαι καιροῦ. Διὸ δὴ πάλιν ἰτέον ἐπὶ τὰ τοῖς προκειμένοις ἡμῖν πρεπωδέστερα· « Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, φησὶ, τὰς ἐντολάς μου τηρήσετε. » Σύνες γὰρ δὴ πάλιν καὶ διαμέμνησο καλῶς ὅτι πολλάκις τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς προσδιαλεγόμενος ἢ καὶ αὐτοῖς τοῖς Ἰουδαίοις ἔφασκε· « Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ, οὐκ ἔστιν ἐμὰ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με. » Καὶ πάλιν· « Ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.

A gratiarum amatoribus divite ac prompta manu bona largiatur, facile perspicies, cum per Isaiam prophetam ad eos loquentem audies : « Adhuc loquente te, dicam : Quid est [39] ? » Et per Psalmistæ vocem : « Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum [40]. » Postquam ergo statuit ac palam et aperte dixit diligentes se in supernorum bonorum deliciis jure versaturos, quæ per ipsum danda veniant a Patre, charitatis vim statim describit, et quo pacto eam recte et inculpate colamus ad nostram utilitatem, edocet. Nec enim si quis Deum amare se dicat, omnino etiam veræ dilectionis gloriam reportabit, cum non in verbis nudis virtutis vires consistant, nec in solis vocabulis pietatis in Deum formetur decus, sed ex bo- B nis operibus et animo audiendi cupido maxime dignoscitur, et divinorum mandatorum observatio charitatem in Deum optime depingit, et vivam prorsus ac veram virtutem exhibet, non in nudis tantum linguæ vocibus adumbratam, ut diximus, sed claris veluti coloribus, operum nimirum specie relucentem. Et quidem Dominus noster Jesus Christus istud nobis clare ostendens, « Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, inquit, intrabit in regnum cœlorum : sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est [41]. » Nec enim in vanis verborum assentationibus fides, sed in factorum qualitatibus probatur : unde mortuam hanc esse, nisi eam opera comitentur, divina Scriptura docet [42]. C Scire enim, inquit, quod unus Deus sit, non mentis duntaxat humanæ esse comperiemus, sed et impurorum dæmonum, qui etiam inviti Creatoris virtutem perhorrescunt [43]. Sed charitatem operum cum fide conjungere, iis tantum congruit qui vere diligunt Deum. Quocirca demonstratio charitatis et perfectissima ratio fidei est evangelicorum dogmatum **808** divinorumque præceptorum observatio. Non esset difficile alia his affinia proferre, sed ea temporis hujus esse non arbitror. Idcirco eundum rursus ad ea quæ proposito nostro magis congruunt : « Si diligitis me, inquit, mandata mea servate. » Animadverte enim rursus et in memoriam revoca quod cum sæpe suos discipulos ipsosque Judæos alloqueretur, aiebat : « Verba quæ ego D loquor, non sunt mea, sed ejus qui misit me [44]. » Et rursus : « Ex meipso non loquor, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar [45]. » Nunc autem, licet Dei ac Patris usquequaque verba esse dixerit ea quæ ad nos fecit, sua tamen præcepta esse ait quæcunque nobis locutus est : neque vero quisquam sanæ mentis eum falsa loqui putabit. Nec enim Christiano illud unquam subierit; sed vere loquitur, maxime cum et ipse veritas sit. Non enim ut prophetarum unus ministri aut famuli loco sermonem nobis a Patre detulit, sed ut qui cum ipso tantam habet similitudinem, ut ne verbo quidem discrepare cer-

[39] Isa. LXV, 24. [40] Psal. XXXIII, 16. [41] Matth. VII, 21. [42] Jac. II, 20. [43] ibid. 19. [44] Joan. XIV, 10. [45] Joan. XII, 49.

natur, sed ita natura loquatur sicut et ipse Pater loquitur. Identitas quippe substantiæ nos adigit ut credamus eadem loqui cum Genitore Filium. Cum autem sit ipse Verbum et Sapientia ac Dei Patris voluntas, ait se mandatum accepisse quid dicat et quid loquatur. Nam et nos ipsi nostram quisque mentem, verbo enuntiativo foras erumpenti, propemodum jubere videmus ut quæ in ea sunt explicet. Quanquam jejuna quidem est illius exempli vis et ratio ad Deum relata: verumtamen imaginem a nobis ad demonstrationem eorum quæ supra nos sunt capientes, tanquam in speculo et in ænigmate [46], divina mysteria animo comprehendimus.

A Νυνὶ δὲ δὴ πάλιν, καίτοι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἄνω τε καὶ κάτω τοὺς λόγους εἶναι διωμολογηκὼς οὓς ἐποιήσατο πρὸς ἡμᾶς, ἰδίας ἐντολὰς εἶναί φησιν ἅπερ ἡμῖν λελάληκε· καὶ οὐ δή τις αὐτὸν νοῦν ἔχων οἰήσεται ψευδομυθεῖν. Μὴ γὰρ εἰσέλθοι τοῦτο Χριστιανόν· ἀληθεύσει δὲ πάλιν, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ ἀλήθεια. Οὐ γάρ καθ' ἕνα τῶν προφητῶν ὡς ἐν διακόνου τάξει καὶ ὑπηρέτου τὸν παρὰ Πατρὸς ἡμῖν διεπόρθμευσε λόγον, ἀλλ' ὡς ἔχων πρὸς αὐτὸν τὴν ἐμφέρειαν ὡς μηδὲ λόγῳ τυχὸν ὁρᾶσθαι διάφορον, ἀλλ' οὕτω πεφυκέναι λαλεῖν, ὥσπερ ἂν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ τυχὸν διαλέγοιτο. Τὸ γὰρ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας καὶ ταυτολογεῖν ἀναπείθει τῷ γεννήσαντι τὸν Υἱόν. Ὡς δὲ Λόγος ὢν αὐτὸς καὶ σοφία καὶ βούλησις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δεδέχθαι φησὶν ἐντολὴν τί εἴπῃ καὶ τί λαλήσει. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τὸν οἰκεῖον ἕκαστοι νοῦν, τῷ κατὰ προφορὰν τὴν διὰ ῥημάτων λόγῳ, μονονουχὶ καὶ ἐντελλόμενον βλέπομεν πρὸς τὸ ἔξω βαδίζοντι διερμηνεῦσαι τὰ ἐν αὐτῷ. Καὶ μικρᾷ [γρ. μικρὰ] μὲν ὡς πρὸς Θεὸν ἡ τοῦ παραδείγματος δύναμις, εἰκόνα δὲ ὅμως τὴν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, εἰς τὴν τῶν ὑπὲρ ταῦτα πληροφορίαν δεχόμενοι, καθάπερ ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι, τὰ θεῖα νοοῦμεν μυστήρια.

XIV, 16, 17. *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.*

B *Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα ᾖ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται.*

Miscet rursus divino humanum, nec ad puram deitatis gloriam revertitur, neque intra humanitatis modum prorsus versatur, sed per utrumque meat, **809** mirabiliter simul et mistim, quia nimirum idem est Deus et homo. Quippe natura Deus est, quatenus ex Patre fructus et splendor substantiæ ejus est: homo autem rursus, quatenus factus est caro. Loquitur ergo ut Deus simul et homo: sic enim rite servare licet dispensationi cum carne convenientes rationes. Verumtamen, loci propositi sensum inquirentes, dicimus Dominum nostrum Dei ac Patris necessario intulisse mentionem, in ædificationem fidei et maximam auditorum utilitatem, quemadmodum in sermonis progressu demonstrabimus. Quia enim petere nos jussit in nomine ejus [47], et inusitatum precationis modum inter cætera præscripsit [48], pollicitus se prompto animo daturum quæ velimus: ne videretur per hæc Dei ac Patris personam excludere, aut potestatem sanctis largiendi ei detrahere, conlargitorem se fore et Paracletum simul nobis daturum dixit, illud vocabulum *rogabo* rursus subjungens, ut homo, toti divinæ et ineffabili naturæ peculiariter vindicans quod ei maxime convenit, tanquam in persona Dei ac Patris. Id enim ei moris esse jam antea sæpe diximus. Alium porro Paracletum Spiritum vocat Dei ac Patris substantiæ, sive suæ. Una enim in ambobus est substantiæ ratio, quæ ipsum non excludit, sed efficit ut distinctius tantum intelligatur in eo quod in propria exsistit hypostasi. Nec enim Filius Spiritus est, sed re vera et proprie esse et exsistere id quod est, fide

Ἀναμίσγει πάλιν τῷ θεοπρεπεῖ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ οὔτε πρὸς ἄκρατον ἀναφοιτᾷ τῆς θεότητος δόξαν, οὔτε μὴν ὁλοκλήρως τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ἐμφιλοχωρεῖ, ἔρχεται δὲ δι' ἀμφοῖν, παραδόξως τε ἅμα καὶ κεχραμένως, ἐπείπερ ἐστὶν ἐν ταυτῷ Θεός τε καὶ ἄνθρωπος. Θεὸς μὲν γὰρ ἦν τῇ φύσει, καθόπερ ἐκ Πατρὸς καρπὸς καὶ ἀπαύγασμα τῆς οὐσίας αὐτοῦ· ἄνθρωπος δὲ πάλιν, καθὸ γέγονε σάρξ. Λαλεῖ τοιγαροῦν ὡς Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος· οὕτω γὰρ ἦν C τηρῆσαι καλῶς τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τοὺς πρέποντας λόγους. Πλὴν ἐκεῖνό φαμεν, τὴν τοῦ προκειμένου διερευνῶντες δύναμιν, ὅτι καὶ νῦν ὁ Κύριος ἡμῶν ἀναγκαίως τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἰσκεκόμικε μνήμην, εἰς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως καὶ εἰς τὸ σφόδρα λυσιτελὲς τοῖς ἀκροωμένοις, καθάπερ ἀποδείξει προϊὼν ὁ λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ αἰτεῖν ἡμᾶς ἐκέλευσεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τὸν τοῖς ἀρχαίοις ἀσυνήθη τρόπον τῆς προσευχῆς μετὰ τῶν ἄλλων ἐθέσπισε, δώσειν κατεπαγγειλάμενος καὶ μάλα προθύμως ἅπερ ἂν ἐθέλωμεν λαβεῖν· ἵνα μὴ δοκοίη διὰ τούτων τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παρωθεῖσθαι πρόσωπον, ἤγουν παραιρεῖσθαι τὴν τοῦ τεκόντος αὐτὸν ἐξουσίαν τὴν ἐπὶ ταῖς τῶν ἁγίων φιλοτιμίαις, D φημὶ, χρήσιμον αὐτὸν συγχορηγὸν ἔσεσθαι καὶ συνεπιδώσειν ἡμῖν τὸν Παράκλητον ἔφη, τὸ *ἐρωτήσω* πάλιν ἐπιὼν, ὡς ἄνθρωπος, ἰδικῶς τε ἀνατιθεὶς ὅλῃ τῇ θείᾳ τε καὶ ἀῤῥήτῳ φύσει τὸ αὐτῇ μάλιστα πρέπον, ὡς ἐν προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Τοῦτο γὰρ ἔθος αὐτῷ, καθὰ καὶ πολλάκις ἤδη προλαβόντες εἰρήκαμεν. Ἄλλον γε μὴν Παράκλητον τὸ Πνεῦμα καλεῖ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας, ἤτοι τῆς ἑαυτοῦ. Εἷς γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν τῆς οὐσίας ὁ λόγος, οὐκ

[46] I Cor. XIII, 12. [47] Joan. XVI, 23, 24. [48] Matth. VI, 9-13.

ἔξω τιθεὶς αὐτὸ, τὸν δὲ τῆς ἑτερότητος λόγον ἐν μόνῳ A νοεῖσθαι διδοὺς τῷ εἶναι καὶ ὑπάρχειν ἰδιοσυστάτως αὐτό. Οὐ γὰρ Υἱός τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ὄντως ἰδίως τε ὂν καὶ ὑπάρχον τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ἐν πίστει παραδεξόμεθα. Πνεῦμα γάρ ἐστι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· εἰδὼς δὲ ὅτι καὶ αὐτὸς Παράκλητός ἐστί τε κατὰ ἀλήθειαν, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς ὠνόμασται Γράμμασι, Παράκλητον ἄλλον τὸ Πνεῦμα καλεῖ, οὐχ ὡς ἕτερόν τι τυχὸν ἐνεργεῖν ἐν τοῖς ἁγίοις εἰδὸς ἢ ὅπερ ἂν καὶ αὐτὸς, οὗ καὶ ἔστι καὶ λέγεται Πνεῦμα. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς Παράκλητος ὠνομάσθη τε καὶ ἔστιν ὁ Υἱὸς, μαρτυρήσει λέγων ὁ Ἰωάννης ἐν ἰδίαις συγγραφαῖς· « Ταῦτα λέγω, φησὶν, ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε. Ἐάν τις δὲ ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. » Ἄλλον τοίνυν Παράκλη- B τον τὸ Πνεῦμα καλεῖ, ἐν ἰδίαις μὲν ὑποστάσεσι νοεῖσθαι θέλων αὐτὸ, τοσαύτην γε μὴν ἔχον τὴν ἐμφέρειαν ὡς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀπαραλλάκτως οὕτως ἐνεργεῖν ἰσχύον ἅπερ ἂν καὶ αὐτὸς ἐνεργοίη τυχὸν, ὡς αὐτὸν εἶναι δοκεῖν τὸν Υἱὸν, καὶ ἕτερον οὐδέν. Πνεῦμα γάρ ἐστιν αὐτοῦ. Καὶ γοῦν τῆς ἀληθείας αὐτὸ κατωνόμασε Πνεῦμα καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἑαυτὸν εἶναι τὴν ἀλήθειαν λέγων. Ἀλλ' ἐρεῖ τις εἰκότως τοῖς ἀλλότριον εἶναι νομίζουσι τὸν Υἱὸν τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας· Καὶ πῶς, εἰπέ μοι, τὸ τῆς ἀληθείας Πνεῦμα, τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ Υἱοῦ, δίδωσιν ὁ Πατὴρ, οὐχ ὡς ξένον ἢ ἀλλότριον, ἀλλ' ὡς ἴδιον Πνεῦμα, καίτοι καθ' ἡμᾶς διωρισμένον ἔχων τῆς οὐσίας τὸν Λόγον πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστιν; οὐ C γὰρ ὅτι ἀμφίλογον. Πῶς δὲ αὖ πάλιν, εἴπερ ἐστὶν ἑτεροούσιος ὁ Υἱὸς, τὸ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα δίδωσιν ὡς ἑαυτοῦ; Γέγραπται γὰρ ὅτι ἐνεφύσησε τοῖς μαθηταῖς, λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Ἆρ' οὖν οὐκ οἰήσεταί τις καὶ μάλα δικαίως, μᾶλλον δὲ ἀραρότως διακείσεται ὅτι, τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων κοινωνὸς, ὁ Υἱὸς ἔχει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καθ' ὅνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ Πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν οὐδὲ ἔξωθεν· εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει. Διὰ γάρ τοι τοῦτο σωματικῶς ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι καθάπερ ἐκ στόματος τοῦ ἀνθρωπίνου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ D ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτοῦ. Ὅτε τοίνυν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τοῦ τε Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστιν καὶ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐχὶ πάντως μίαν ἕξουσι τὴν ἐξουσίαν διῃρημένως τε ἅμα καὶ συνημμένως; Πατὴρ γὰρ, ὁ Πατὴρ καὶ οὐχ Υἱὸς, καὶ Υἱὸς, ὁ Υἱὸς καὶ οὐχὶ Πατήρ. Πλὴν ὁ πατὴρ ἐν Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν Πατρί. Δίδωσί γε μὴν τὸν Παράκλητον, ἤτοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἰδίᾳ μὲν ὁ Πατὴρ, ἰδίᾳ δὲ ὁ Υἱὸς, χορηγεῖται δὲ μᾶλλον τοῖς ἁγίοις παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ. Διὰ γάρ τοι τοῦτο, διδόναι λεγομένου τοῦ Πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα δίδωσιν ὁ Υἱός· καὶ, διδόναι λεγομένου τοῦ Υἱοῦ, ὁ ἐξ οὗ τὰ πάντα

A credimus. Spiritus quippe est Patris et Filii, sed cum se quoque Paracletum esse revera nosset, et in sacris Litteris ita esse nuncupatum, Paracletum alium Spiritum appellat, non quasi aliquid aliud in sanctis operari possit, quam quod et ipse cujus et est et dicitur Spiritus. Quod autem ipse Filius Paracletus nuncupetur et sit, testabitur Joannes scribens: « Hæc dico, inquit, vobis, ut non peccetis. Sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum: et ipse est propitiatio pro peccatis nostris [49]. » Alium itaque Paracletum Spiritum vocat, in propria quidem hypostasi volens eum intelligi, qui tantam tamen cum ipso similitudinem habeat, tamque per omnia simili ratione operari possit ea B quæ et ipse operatur, ut **810** ipse videatur esse Filius, ac nihil aliud. Spiritus enim ejus est. Unde veritatis Spiritum illum nominavit, seipsum veritatem esse dicens. At enim iis qui Filium a Dei et Patris substantia alienum esse putant, jure dicet aliquis: Quomodo, quæso, veritatis Spiritum, id est Filii, dat Pater, non tanquam peregrinum aut alienum, sed ut proprium Spiritum, cum secundum vos distinctum habeat a sua substantia Verbum, sive Filium, et Spiritum esse Filii nullus ambigat. Rursus vero quomodo, si alterius est substantiæ Filius, Patris Spiritum tradit ut suum? Scriptum est enim insufflasse discipulis suis, dicendo, « Accipite Spiritum sanctum [50]. » Numquid ergo jure putabit aliquis, imo vero firmiter credet, cum natu- C ralium Dei ac Patris bonorum substantialiter particeps sit Filius, [eum] Spiritum eo modo [quo et Pater] habere censetur, non adventitium neque extrinsecus, furor enim est ita sentire; sed quo modo unusquisque nostrum suum in seipso spiritum continet, et ex intimis visceribus foras profundit? Idcirco enim Christus insufflavit corporaliter, ostendens quod sicut ex ore humano spiritus prodit corporaliter, sic et ex divina substantia deitati convenienter Spiritus, qui ex eo est, profunditur. Cum ergo Spiritus ipse Dei Patris sit ac Filii, quomodo non unam omnino habebunt substantiam et distincte simul atque conjunctim? Pater enim Pater est, ac non Filius, et Filius est D Filius, ac non Pater. Verumtamen Pater in Filio et Filius est in Patre. Dat vero Paracletum, sive Spiritum sanctum, non seorsim quidem Pater, seorsim vero Filius, sed potius sanctis a Patre traditur per Filium. Idcirco enim, cum Pater dare dicitur, is per quem omnia traduntur dat quoque Filius: et, cum dicitur dare Filius, is ex quo omnia dat Pater. Quod autem divinus ac non diversæ ab ipso Patre et Filio substantiæ sit Spiritus, nemini sanæ mentis dubium esse puto, atque ut id credamus ratio necessaria nos adiget. Si quis enim eum ex substantia Dei esse negat, quomodo creatura demum erit Dei particeps, accepto Spiritu?

[49] Joan. II, 1. [50] Joan. XX, 22.

Aut quomodo templa Dei nuncupabimur et erimus, A si creatum aut alienigenam spiritum accipiamus, non autem illum qui ex Deo est? Quomodo naturæ divinæ consortes [85], juxta sanctorum voces [qui Spiritus participes fiunt [86]], si in creaturarum numero collocatur, ac non potius ex ipsa natura

811 divina procedit, qui non ut alienus per ipsam in nos pervenit, sed, ut ita dicam, qualitas veluti quædam deitatis est in nobis, et in sanctis habitat, manetque semper, si suæ mentis oculum per omne probitatis genus purgantes, et per virtutis juge et indefessum studium gratiam sibi conservent. Ipsum quippe ab iis qui in mundo sunt nec capi nec comprehendi posse Christus ait, hoc est iis qui quæ mundi sunt sapiunt ac terrena diligunt [87], sed a sanctis capi et perspici potest. Quam ob B causam? Illi quippe impuritate quæ vix elui possit inquinati, et quadam veluti lippitudine suffuso mentis oculo, naturæ suæ decus non perspiciunt, neque Spiritus legem accipiunt, carnis cupiditatibus omnino subacti: hi vero probi et sobrii, vacuum mundi malis cor habentes introducunt quidem in se ultro Paracletum, cumque servant susceptum, et quantum hominibus assequi licet, intellectu contemplantur, magnum inde operæ pretium reportantes. Sanctificabit enim eos, omniumque simul bonorum factores reddet, ac, servitutis humanæ probro adempto, dignitate adoptionis ornabit. Cujus rei testis erit nobis Paulus dicens: « Quoniam autem estis filii, misit Deus C Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater [88]. »

A τῆς εἰκόνος ὁ λόγος· εἰκὼν γὰρ οὐ καθ' ἕνα τρόπον, ἀλλὰ κατὰ πολλούς· μέρος γε μὴν τὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφανέστατον τῆς πρὸς τὸν ποιήσαντα Θεὸν ἐμφερείας, τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀνώλεθρον. Ἀλλ' οὐκ ἂν, οἶμαι, ποτὲ πρὸς τὸ οὕτως ἔχειν δύνασθαι τὸ ζῶον ἐξήρκεσεν ἑαυτῷ, κατά γε τὸν τῆς ἰδίας φύσεως λόγον. Πῶς γὰρ ἂν ὁ ἀπὸ γῆς ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἐδείχθη ἔχων καύχημα, μὴ οὐχὶ παρὰ τοῦ κατὰ φύσιν ἀφθάρτου τε καὶ ἀνωλέθρου Θεοῦ, καὶ ὡσαύτως ὄντως ἀεὶ, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἄλλων ἀγαθῶν καὶ τοῦτο πεπλουτηκώς; « Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; » εἰκότως γε σφόδρα καὶ ἀληθῶς πρὸς ἡμᾶς πού φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Ἵνα τοίνυν τὸ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρουσθὲν εἰς γένεσιν μὴ πρὸς τὴν οἰκείαν ὑπονοστῆσαν ἀρχὴν, πάλιν οἴχηται πρὸς τὸ μηδὲν, B σώζηται δὲ μᾶλλον διηνεκῶς (οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοῦ Κτίσαντος σκοπός)· μέτοχον αὐτὸν τῆς ἰδίας φύσεως ἀποτελεῖ Θεός. « Ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, » τοῦτ' ἔστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ ζωὴ μετὰ Πατρὸς, συνέχων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Κινεῖται γὰρ ἐν αὐτῷ τε καὶ ζῇ τὰ ζωῆς δεκτικὰ, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. Καὶ μή τις ἡμῶν ἐπὶ τούτῳ ψευδῆ κατηχείτω λόγον, οἰηθεὶς εἰπεῖν τὸ θεῖον ἐμφύσημα γεγονέναι τῷ ζώῳ ψυχήν· τοῦτο γὰρ οὐ φαμὲν, λογισμῷ τοσῷδε πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν διακυβερνώμενοι. Εἰ γὰρ οἴονταί τινες τὸ θεῖον ἐμφύσημα γενέσθαι ψυχὴν, λεγέτωσαν ἡμῖν πότερόν ποτε παρετράπη τῆς ἰδίας φύσεως καὶ γέγονεν εἰς ψυχὴν, ἢ μεμένηκεν ἐν ταυτότητι τῇ ἑαυτοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσι μετα- C τετράφθαι ποι καὶ τὸν τῆς ἰδίας φύσεως παρελάσαι θεσμὸν, δυσφημοῦντες ἁλώσονται· τρεπτὴν γὰρ εἰ [γρ. εἶναι] πάντως ἐροῦσι, τὴν ἄτρεπτον καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν ἀεὶ φύσιν. Εἰ δὲ παρετράπη οὐδαμῶς, διαμεμένηκε δὲ τοῦθ' ὅπερ ἦν ἀεὶ προελθὸν ἐκ Θεοῦ τὸ ἐμφύσημα αὐτοῦ, πῶς ἐξέστη πρὸς ἁμαρτίαν καὶ τοσαύτης παθῶν διαφορᾶς γέγονε δεκτικόν; Οὐ γὰρ δήπου φαῖεν ἂν ὡς ἔνεστιν ὅλως τῇ θείᾳ φύσει τὸ δύνασθαι πλημμελεῖν. Ἀλλ' ἵνα μὴ μακραῖς ἀποδείξεσιν ἐπὶ τούτῳ χρώμενοι τὸν τοῖς προκειμένοις χρεωστούμενον παρελάσωμεν λόγον, φημὶ δεῖν ἐκεῖνο πάλιν ἀναλαβόντας εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν, οἶμαι, τις εὖ φρονῶν τὸ ἐκ τῆς θείας οὐσίας προελθὸν ἐμφύσημα ψυχὴν οἴοιτο γενέσθαι τῷ ζώῳ, ψυχωθέντι δὲ μᾶλλον καὶ πρὸς ἰδιότητα τῆς τελείας φύσεως δι' ἀμφοῖν D ἀφιγμένῳ, ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, καθάπερ τινὰ σφραγῖδα τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐνέπηξεν ὁ Δημιουργὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦτ' ἔστι, τὴν πνοὴν τῆς ζωῆς, δι' ἧς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον διεπλάττετο κάλλος, ἀπετελεῖτο δὲ κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος, πρὸς πᾶσαν ἰδέαν ἀρετῆς δυνάμει τοῦ ἐνοικισθέντος αὐτῷ διακρατούμενος Πνεύματος. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοπροαίρετος ὢν, καὶ τὰς τῶν ἰδίων θελημάτων πεπιστευμένος ἡνίας (μοῖρα γὰρ τῆς εἰκόνος καὶ αὐτή· κατεξουσιάζει γὰρ τῶν οἰκείων θελημάτων Θεὸς), ἐτράπη καὶ πέπτωκε (τὸ δὲ ὅπως, ἡ θεία Γραφὴ διδασκέτω· σαφὴς γὰρ ὁ περὶ τούτου παρ' αὐτῇ λό-

imaginis : imago quippe est non uno modo, sed pluribus; sed cum opifice Deo similitudinis maxime illustris pars ea est, corruptione nimirum atque interitu vacare. Verum non existimo animal, ut ad eum statum pervenire possit, naturæ suæ ratione par unquam fore. Quomodo enim terrenus homo natura sua ita comparatus sit, ut incorruptibilitate glorietur, nisi eam ab illo qui secundum naturam suam incorruptibilis et immortalis est, quique eodem se modo semper habet, **822** ad aliorum bonorum similitudinem etiam hoc sit assecutus? « Quid enim habes, quod non recepisti, » jure merito ac vere inquit ad nos divinus Paulus alicubi [31]? Ne igitur id quod e nihilo in ortum eductum est, ad principium suum rediens, rursus in nihilum abeat, sed potius perpetuo conservetur (hic enim Creatoris scopus est), participem eum reddit Deus suæ naturæ. « Insufflavit » enim « in faciem ejus spiraculum vitæ [32], » hoc est Filii Spiritum. Ipse enim vita est cum Patre, in esse omnia continens. In eo quippe moventur ac vivunt quæcunque vitæ sunt capacia, juxta Pauli vocem [33]. Neque vero quisquam hic nobis obganniat, neque sibi persuadeat nos dicere divinum illum inflatum animali exstitisse animam : nequaquam enim hoc dicimus, istiusmodi ratione ad rei veritatem instituti. Nam si divinum inflatum animam nonnulli fuisse putant, dicant nobis utrum a natura sua desciverit et in animam mutatus sit, an idem in se remanserit. Nam si immutatum esse dicunt et suæ naturæ legem prætergressum, blasphemiæ convincentur : mutabilem enim utique dicent immutabilem illam et simili modo semper se habentem naturam. Sin autem nullo modo mutatus est, sed remansit id quod erat semper ex Deo procedens ille ejus inflatus, quomodo degeneravit in peccatum et tantam in se malorum varietatem suscepit? Nec enim dixerint, opinor, naturam divinam peccare posse. Sed ne longis demonstrationibus utentes debitam huic loco rationem prætereamus, illud denuo repeto, neminem sanæ mentis existimaturum unquam inflatum, ex divina substantia procedentem, animali exstitisse animam, sed animato potius, et ad proprietatem naturæ perfectæ ex anima et corpore deducto, naturæ suæ quoddam veluti signaculum Creatorem impressisse, sanctum Spiritum, id est spiraculum vitæ, per quod ad exemplarem archetypi pulchritudinem formatum est, et ad imaginem Creatoris perfectum ad omnem virtutis speciem vi inhabitantis in eo Spiritus corroboratum. Sed postquam, suæ spontis cum esset suæque voluntatis habenas teneret (pars enim ista quoque est imaginis : nam suæ voluntati Deus imperat), mutatum est ac cecidit (quo pacto vero, divina Scriptura doceat, in qua id manifeste describitur), in **823** pristinum statum naturam hominis instaurare denuo decrevit et aggressus est Deus ac

[31] I Cor. IV, 7. [32] Gen. II, 7. [33] Act. XVII, 28.

Pater in Christo [94], et quod voluit, perfecit. Quonam igitur modo factum id fuerit, consentaneum est perspicere. Non poterat homo, naturæ cum esset corruptibilis, mortem effugere, nisi veterem illam gratiam reciperet, et particeps Dei fieret qui in esse cuncta continet, ac vivificat per Filium in Spiritu. Communicavit igitur carni et sanguini [95], id est homo factus est, vita cum sit secundum naturam, et ex vita secundum naturam genitus, id est ex Deo ac Patre unigenitum ejus Verbum, ut corruptibili carni, ratione suæ naturæ ineffabiliter, et modo quodam arcano, et quem solus ipse novit, seipsum uniens, ad suam ipsius vitam revocaret, ac participem per seipsum Dei ac Patris efficeret. Mediator enim est Dei et hominum, sicuti scriptum est [96], Deo quidem ac Patri naturaliter, ut Deus, et ut qui ex eo, conjunctus, sed hominibus rursus, ut homo, et habens quidem in seipso Patrem, et ipse in Patre exsistens. Character enim est ac splendor substantiæ ejus [97], non a substantia, cujus est character et ex qua procedit, ut splendor, alienus, sed in ea ipse exsistens, et habens eam in seipso, nosque rursus in se, quatenus nostram gestavit naturam, et corpus Verbi nostrum corpus audiit. Caro enim Verbum factum est, juxta Joannis vocem [98]. Tulit nostram naturam, ad suam vitam eam reformans. Est autem etiam ipse in nobis : participes enim ejus omnino facti sumus, eumque in nobis per Spiritum habemus. Idcirco enim et divinæ facti sumus consortes naturæ [99] et filii appellamur [1], ipsum quoque Patrem similiter in nobis habentes per Filium, uti et Paulus testatur dicens : « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem : Abba, Pater [2]. » Non enim diversum quid a Filio est Spiritus ejus, secundum identitatem naturæ videlicet. His ita expositis, age, propositi loci sensum proferentes, Servatoris vocibus eum accommodemus.

A γος)· ἀνακεφαλαιώσασθαι πάλιν τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐβουλεύσατό τε καὶ ἐπικεχείρηκεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν Χριστῷ, καὶ θελήσας ἐξήνυσε. Πῶς οὖν ἄρα γέγονεν, ἀκόλουθον κατιδεῖν· Οὐκ ἦν ἑτέρως διαδρᾶναι τὸν θάνατον φύσεως ὄντα τῆς φθειρομένης τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀνεκομίσατο χάριν, καὶ μετέσχε τοῦ τὰ πάντα πρὸς τὸ εἶναι συνέχοντος Θεοῦ, καὶ ζωογονοῦντος δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Κεκοινώνηκε τοίνυν αἵματος καὶ σαρκὸς, τοῦτ' ἔστι γέγονεν ἄνθρωπος, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, καὶ ἐκ ζωῆς τῆς κατὰ φύσιν γεγεννημένος, τοῦτ' ἔστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος, ἵνα τῇ φθειρομένῃ σαρκὶ, κατά γε τὸν λόγον τῆς ἰδίας φύσεως, ἀῤῥήτως τε καὶ ἀφράστως, καὶ ὡς αὐτὸς ἔγνωκε μόνος, ἑαυτὸν ἑνώ-
B σας πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ἀνακομίσῃ ζωὴν, καὶ μέτοχον ἀποδείξῃ δι' ἑαυτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Μεσίτης γάρ ἐστι Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τῷ μὲν Θεῷ καὶ Πατρὶ φυσικῶς, ὡς Θεὸς, καὶ ἐξ αὐτοῦ συναπτόμενος, ἀνθρώποις δὲ πάλιν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα, καὶ ὢν αὐτὸς ἐν τῷ Πατρί. Χαρακτὴρ γάρ ἐστι καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, οὐ διωρισμένος τῆς οὐσίας, ἧς ἐστι χαρακτὴρ, καὶ ἐξ ἧς πρόεισιν, ὡς ἀπαύγασμα, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τε ὢν αὐτὸς, καὶ ἔχων αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ, ἡμᾶς δὲ πάλιν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καθὸ τὴν ἡμετέραν πεφόρηκε φύσιν, καὶ σῶμα τοῦ Λόγου κεχρημάτικε τὸ ἡμέτερον σῶμα. Σὰρξ γὰρ ὁ Λόγος ἐγένετο, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. Πεφόρηκε δὲ τὴν ἡμετέραν φύσιν, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτὴν ἀναπλάττων
C ζωήν. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν· μέτοχοι γὰρ αὐτοῦ πάντως γεγόναμεν, καὶ αὐτὸν ἔχομεν ἐν ἑαυτοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος. Διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ θείας φύσεως γεγόναμεν κοινωνοὶ, καὶ υἱοὶ χρηματίζομεν, οὕτω καὶ αὐτὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὸν Πατέρα διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος· «Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οὐ γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, κατά γε τὸν ἐν ταυτότητι λόγον, φημὶ δὲ τῇ φυσικῇ. Οὕτω δὲ ἡμῖν τοῦ περὶ τούτων προκεχωρηκότος λόγου, φέρε τὴν τῶν προκειμένων παραθέντες διάνοιαν, ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς αὐτὴν ἐφαρμόσωμεν·

« In illa die, inquit, cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. » Ego enim vivo, inquit : vita enim sum secundum naturam, et vivens esse meum templum ostendi. Sed cum ipsi etiam vos, qui corruptibilis naturæ estis, viventes videritis, **824** ad mei nimirum similitudinem, tunc utique manifeste cognoscetis, quia vita exsistens secundum naturam, Deo ac Patri qui et ipse vita est secundum naturam conjunxi per meipsum, consortes quodammodo ac participes reddens immortalitatis ejus. Ego siquidem naturaliter in Patre : fructus quippe sum substantiæ ejus, ac vera genitura, in eo exsistens, et ex eo exsistens, vita ex vita : vos autem in me, et ego in vobis, quatenus ego quidem homo apparui : con-

« Ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ, γνώσεσθε, φησὶν, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν. » Ἐγὼ μὲν γὰρ ζῶ, φησί· ζωὴ γάρ εἰμι κατὰ φύσιν, καὶ ζῶντα τὸν ἐμαυτοῦ δέδειχα ναόν. Ἀλλ' ὅταν καὶ
D ὑμεῖς αὐτοὶ, φθαρτῆς ὄντες φύσεως, ζῶντας ἑαυτοὺς θεωρήσητε, καθ' ὁμοιότητα τὴν πρός με· τότε δὴ γνώσεσθε, καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὑπάρχοντι καὶ αὐτῷ ζωῇ κατὰ φύσιν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ συνῆψα δι' ἐμαυτοῦ, κοινωνοὺς ὥσπερ καὶ μετόχους ἀποτελῶν τῆς ἀφθαρσίας αὐτοῦ. Ἐγὼ μὲν γὰρ φυσικῶς ἐν Πατρί· καρπὸς γάρ εἰμι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ γνήσιον γέννημα, ἐνυπάρχων τε καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς, ζωὴ ἐκ ζωῆς, ὑμεῖς δὲ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν, καθὸ πέφηνα μὲν ἄνθρωπος ἐγὼ, κοινωνοὺς δὲ θείας φύσεως ἀπέδειξα, τὸ Πνεῦμα τὸ

[94] Ephes. I, 10. [95] Hebr. II, 14. [96] I Tim. II, 5. [97] Hebr. I, 3. [98] Joan. I, 14. [99] II Petr. I, 4. [1] I Joan. III, 1. [2] Galat. IV, 6.

ἐμὸν ἐνοικίσας ὑμῖν. Ἐν ἡμῖν γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ Πνεύματος, μετατρέπων εἰς ἀφθαρσίαν τὸ φθείρεσθαι πεφυκὸς, καὶ μετατιθεὶς ἐκ τοῦ καταθνήσκειν πρὸς τὸ μὴ οὕτως ἔχον. Διὸ καὶ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι « Ἐγείρας Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Εἰ γὰρ καὶ πρόεισιν ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἔρχεται δι' Υἱοῦ, καὶ ἴδιόν ἐστιν αὐτοῦ. Πάντα γὰρ δι' Υἱοῦ παρὰ Πατρός. Ὅτι γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος εἰς ζωὴν ἀνεπλάσθημεν τὴν αἰώνιον, ὁ θεῖος ἡμῖν Μελῳδὸς ἐπιμαρτυρήσει, βοῶν ὡς πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Ἀνοίξαντος σοῦ τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσεται χρηστότητος· ἀποστρέψαντος δὲ σοῦ τὸ πρόσωπον, ταραχθήσονται. Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Ἀκούεις ὅπως συνετάραξεν (1) ἡμῖν τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἡ παράβασις ἡ ἐν Ἀδὰμ, καὶ οἱονεὶ τῶν θείων ἐνταλμάτων ἡ ἀποστροφὴ, καὶ εἰς τὴν ἰδίαν γῆν ὑπονοστῆσαι παρεσκεύασεν. Ὅτε δὲ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ μετόχους ἡμᾶς ἀπέδειξε τῆς ἰδίας φύσεως, καὶ δι' αὐτοῦ ἀνεκαινίσθη τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, μετεμορφώθημεν εἰς καινότητα ζωῆς, τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀποβαλόντες φθορὰν, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς εἰσαῦθις ἐπιδραξάμενοι διὰ τῆς χάριτος καὶ φιλανθρωπίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A sortes autem naturæ divinæ vos reddidi, Spiritum meum in vobis collocans. In nobis enim est Christus per Spiritum, ad incorruptionem transferens id quod natura sua est corruptibile, et a morte ad immortalitatem traducens. Unde et Paulus ait: « Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in nobis [a]. » Licet enim ex Patre Spiritus sanctus procedat, venit tamen per Filium, et proprius est ejus. Omnia quippe sunt a Patre per Filium. Quod enim per Spiritum in vitam æternam reformati simus, divinus nobis Psalmista testis aderit, clamans ad universi Deum: « Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate; avertente autem te faciem, turbabuntur. B Auferes spiritum eorum, et deficient et in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ [b]. » Audis quomodo prævaricatio in Adam ac divinorum mandatorum repudiatio naturam hominis imminuerit, et in terram suam redire coegerit. At postquam misit Deus Spiritum suum, et participes naturæ suæ nos reddidit, ac per eum renovata est facies terræ, in novitatem vitæ reformati fuimus, deposita corruptione peccati et æterna denuo vita recepta per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

[a] Rom. VIII, 11. [b] Psal. CIII, 28-30.

(1) Aubertus, συνέταξεν, et in margine, γρ. συνέτηξεν. EDIT.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΑ ΕΝ ΤΩ ΔΕΚΑΤΩ ΒΙΒΛΙΩ.

CAPITA

QUÆ IN LIBRO DECIMO CONTINENTUR.

Α'. *Ὅτι κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἴσος δὲ μᾶλλον καὶ ὅμοιος κατὰ φύσιν αὐτῷ, προκειμένου ῥητοῦ· « Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι, ὅτι ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστίν. »*

Β'. *Ὅτι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁμοούσιός ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχ ἑτεροφυὴς, οὐδὲ ἔκφυλος κατά τινας τῶν διεστραμμένων, προκειμένου ῥητοῦ· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα » καὶ « Ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν. »*

I. *Quod nulla in re minor sit Deo ac Patre Filius, sed æqualis potius eique similis secundum naturam, proposito dicto, « Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ego vado ad Patrem, quia Pater major me est [a]. »*

II. *Quod Deo ac Patri consubstantialis sit Filius, non autem alterius naturæ, neque diversi generis ut nonnulli perperam sentiunt, proposito dicto, « Ego sum vitis, vos palmites; » et, « Pater meus agricola est. »*

[a] Joan. XIV, 28. [b] Joan. XV, 1,5.

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

IN JOANNIS EVANGELIUM LIBER DECIMUS.

825-26 XIV, 21. *Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me; qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.*

Mysterii revelationem tunc præsertim manifestam fore dicens, cum nos ad ejus similitudinem viventes conspexerimus: « Vivo enim ego, inquit, et vos vivetis [7]: » cujus rei fides unicuique fiet non ex iis quæ audierit, sed ex rerum ipsarum possessione promissionis exitum reportanti. Præstat enim experimentum verbis ad persuadendum fidemque certo faciendam. Verum ne tam augusto dono cunctos passim frui posse putemus, tametsi probi non sint ac divino metu illustrati, personam eorum a quibus diligitur statim subjiciens, manifeste ostendit nullos alios tam incomparabilem gratiam suscipere posse, nisi qui recte vivendi viam institerint: hi enim sunt qui diligunt eum. Licet enim Christus omnium corpora excitaturus sit (resurgent enim **827** boni atque mali), non tamen omnibus indifferenter ad gloriam aut delicias reviviscere dabitur. Manifestum enim est quod hi quidem excitati tantum ad supplicium, omni morte vitam crudeliorem habituri sunt, illi vero in felicitate longum degentes ævum, optabilem in Christo et sanctam vitam revera vivent. Quod enim hi qui tempore judicii suppliciis a Christo sunt addicendi, exsortes beatæ vitæ futuri sint, quamvis communem sanctis resurrectionem sortiantur, ostendit dicens: « Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum [8]. » Animadverte enim quo pacto, licet omnes boni ac mali suscitandi sint, incredulitatis tamen reos ne visuros quidem vitam dicat, vitam esse inquiens, non utique resurgere tantum, sed illam, opinor, quæ in requie et gloria, deliciisque spiritalibus, non autem aliis versatur. Deliciarum autem spiritalis modus est, perfecta Dei cognitio, et mysteriorum Christianorum perfecta revelatio, non in speculo rursus et in ænigmate [9], sicuti nunc obscuros rerum quæsitarum characteres edens, sed tota pure in nobis elucens et emicans, et perfectissimam notitiam inserens. « Quod enim ex

A *Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου· κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.*

Φανερωτέραν ἔσεσθαι τοῦ μυστηρίου τὴν ἀποκάλυψιν τότε δὴ μάλιστα λέγων ἐν ἡμῖν, ὅταν ἑαυτοὺς ἀπαθρήσωμεν ζῶντας καθ' ὁμοιότητα τὴν αὐτοῦ· « Ζῶ γὰρ κἀγὼ, φησὶ, ζήσεσθε δὲ καὶ ὑμεῖς. » Πληροφορουμένης ὥσπερ τῆς ἑκάστου διανοίας, οὐκ ἐξ ὧν ἠκροάσατο, καὶ πεπίστευκε μόνον, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἔχοι μᾶλλον, κομισάμενος ἤδη τῆς ἐπαγγελίας τὸ πέρας. Πεῖρα γὰρ λόγων εὐσθενεστέρα πρὸς τὸ ἀναπείθειν δύνασθαι καὶ πληροφορεῖν. Ἵνα μὴ πᾶσιν ἁπλῶς προκεῖσθαι νομίζωμεν τὸ ἐξεῖναι τυχὸν τῆς οὕτω σεπτῆς ἀπολαῦσαι δωρεᾶς, καὶ εἰ μή τινες εἶεν ἀγαθοὶ, B καὶ τῷ θείῳ λελαμπρυσμένοι φόβῳ, τὸ τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν πρόσωπον παραζεύξας εὐθὺς τῷ λόγῳ, δέδειχεν ἐναργῶς ὡς οὐχ ἑτέροις ἑλεῖν τὴν οὕτως ἀσύγκριτον ἐξέσται χάριν, εἰ μὴ τοῖς ἄριστα διαζῆν ἑλομένοις· οὗτοι γὰρ ἂν εἶεν οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ πάντων τυχὸν διεγείρῃ σώματα Χριστὸς (ἀναστήσονται γὰρ πονηροὶ καὶ ἀγαθοὶ), ἀλλ' οὐχ ἅπασιν ἀδιακρίτως πρὸς δόξαν ἢ τρυφὴν τὸ ἀναβιῶναι δοθήσεται. Πρόδηλον γὰρ ὅτι οἱ μὲν ἐπὶ τὸ κολάζεσθαι μόνον λαβόντες τὴν ἀνάστασιν, θανάτου παντὸς ἀπηνεστέραν ἕξουσι τὴν ζωὴν, οἱ δὲ μακροὺς ἐν μακαριότητι τρίβοντες χρόνους, ζήσουσιν ὄντως τὴν ἐν Χριστῷ πολύευκτόν τε καὶ ἁγίαν ζωήν. Ὅτι γὰρ οἱ τὴν ἐπὶ τῷ κολάζεσθαι ψῆφον ἀποκομίζεσθαι C μέλλοντες παρὰ Χριστοῦ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως, ἄγευστοι μενοῦσι τῆς μακαρίας ζωῆς, καίτοι κοινὸν τοῖς ἁγίοις τὸ ἀναβιῶναι λαχόντες, παραδηλοῖ λέγων· « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν. » Σύνες γὰρ ὅπως, καίτοι πάντων πονηρῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἀναστήσεσθαι προσδοκωμένων, τοὺς ἐνόχους τοῖς τῆς ἀπειθείας ἐγκλήμασιν, οὐδὲ ὅσον ἀπαθρῆσαι μόνον φησὶ τὴν ζωὴν, ζωὴν εἶναι λέγων, οὐχὶ πάντως τὸ ἀναστῆναι μόνον, ἀλλ' ἐκείνην, οἶμαι, καὶ μάλα εἰκότως, τὴν ἐν ἀναπαύσει καὶ δόξῃ καὶ τρυφαῖς, πνευματικαῖς δὲ δηλονότι, καὶ οὐχ ἑτέραις. Τρυφῆς δὲ τρόπος πνευματικὸς, ἡ τελεία περὶ Θεοῦ γνῶσις, καὶ τῶν ἐπὶ Χριστῷ μυστηρίων ἡ ἀκριβὴς ἀποκάλυ-

[7] Joan. XIV, 19. [8] Joan. III, 36. [9] I Cor. XIII, 12.

ψις, οὐκ ἐν ἐσόπτρῳ πάλιν καὶ ἐν αἰνίγματι, καθάπερ καὶ νῦν ἀμυδροὺς ἡμῖν τῶν ζητουμένων τοὺς χαρακτῆρας ἐμφαίνουσα, ἀλλ' ὅλη καθαρῶς ἐν ἡμῖν διαφαινομένη τε καὶ λάμπουσα, καὶ τελειοτάτην ἐμποιοῦσα τὴν εἴδησιν. « Τὸ γὰρ ἐκ μέρους καταργηθήσεται, » κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. Διδάσκων τοιγαροῦν ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὅτι τοῖς ἀγαπᾷν ἑλομένοις αὐτὸν, καὶ τοῖς τῶν θείων αὐτοῦ κηρυγμάτων ἐργάταις, ἡ τῆς ἀποκαλύψεως ὑπόσχεσις, πρεπωδεστέρα τέ ἐστι, καὶ οἰκείως ἔχουσα μᾶλλον, οὐ μὴν τοῖς τἀναντία πεφρονηκόσι τε καὶ δεδρακόσι, χρησιμώτατα τοῖς εἰρημένοις ἐπήνεγκε, λέγων· « Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτὰς, οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με. » Ἔχει δέ τις τὰς ἐντολὰς, τὴν πίστιν παραδεξάμενος, καὶ διὰ μνήμης ἀγαθῆς εἰς τὸν οἰκεῖον εἰσοικισάμενος νοῦν, τὴν ἀθόλωτόν τε καὶ διειδῆ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων παίδευσιν, πληροῖ δὲ αὐτὰς πρακτικῶς ἐνεργῶν, καὶ τῇ τῶν δρωμένων λαμπρότητι διαπρεπὴς ὁρᾶσθαι σπουδάζων. Τέλειος οὖν ἄρα καὶ ὁλοκλήρως ἀπηρτισμένος εἰς εὐσέβειαν, ὁ πίστει τε καὶ πράξει δι' ἀμφοῖν, ὥσπερ ἐπὶ ὁσιότητι τῇ κατὰ Χριστὸν μαρτυρούμενος. « Ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τὸν δὲ δὴ τοιοῦτον, εἰκότως ἀγαπήσει μὲν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἀγαπήσει δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ὁ Υἱός. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ὁμοούσιος, οὕτω καὶ συνεθελητὴς τῷ ἰδίῳ γεννήτορι. Μιᾶς γὰρ οὐσίας ἓν δήπου τὸ θέλημα, καὶ σκοπὸς ἐφ' ἅπασιν εἷς, καὶ τὸ διαφωνοῦν οὐδὲν, ἤγουν εἰς ἑτέραν καὶ ἑτέραν κατασχίζον θέλησιν. Τοῖς γε μὴν τῆς θείας ἀγάπης ἠξιωμένοις λαμπρὸν ἐπιδώσειν τὸ γέρας ἐπαγγέλλεται, καὶ ὅτι ταῖς ὑπὲρ λόγον αὐτοὺς καταστέψει δωρεαῖς. « Ἐμφανίσω γὰρ, φησὶν, αὐτῷ ἐμαυτόν. » Καθαροὶ γὰρ παρὰ τοῖς καθαροῖς οἱ περὶ τῆς θεοπτίας ἔσονται λόγοι· διαλάμπει δὲ ὁ Χριστὸς ἐν αὐτοῖς, διὰ τοῦ ἰδίου δηλονότι Πνεύματος εἰς ἕκαστα τῶν δεόντων φωταγωγῶν, καὶ ἀῤῥήτοις τισὶ δᾳδουχίαις ταῖς κατὰ τὸν νοῦν ἑαυτὸν ἐκκαλύπτων καὶ ἐμφανῆ καθιστάς. Οἱ δὲ ἅπαξ ἑλόντες, μακάριοί τε καὶ ζηλωτοί. Καί μοι δοκεῖ τοιοῦτός τις εἶναι λέγων ὁ προφήτης Δαβίδ· « Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ θεῖος ἐπιστέλλων Ἀπόστολος· « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Λαλεῖ γὰρ ἐν τοῖς ἁγίοις διὰ τοῦ Πνεύματος τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις ἀποκαλύπτων μυστήρια. Διὰ γάρ τοι τοῦτο, καὶ συνέντες ἀκριβῶς αὐτὰ, ποτὲ μὲν λέγουσιν, ὅτι « Ἡμῖν μὲν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος, » ποτὲ δὲ πάλιν, « Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, » νοῦν εἶναι λέγοντες τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.

parte est evacuabitur, » juxta Pauli vocem [10]. Cum ergo doceret nos Dominus noster Jesus Christus diligentibus se et divina ejus mandata facientibus revelationis promissionem convenire, et propriam esse potius quam iis qui contraria sentiunt ac faciunt, utiliter dictis subjunxit, dicens : « Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me [11]. » Is autem habet mandata, quicunque fidem suscepit, et per bonam memoriam evangelicorum præceptorum doctrinam puram ac nitidam mente hausit, eaque actu et opere adimplet, et factorum splendore clarere studet. Perfectus itaque totusque ad pietatem formatus ille est qui ex his duobus, fide nimirum et opere, sanctitatis Christianæ testimonium habet : « In ore enim duorum aut trium testium stabit omne verbum, » ut scriptum est [12]. Quicunque vero talis sit, hunc jure Deus ac Pater diliget, nec minus item Filius. Ut enim **828** est consubstantialis, ita et ejusdem est cum Genitore suo voluntatis. Unius enim substantiæ una utique est voluntas, unusque scopus in omnibus, nec discrepantia ulla, qua in diversa ferantur. Quoscunque vero dilectione sua Deus dignatus fuerit, iis clarum præmium daturum se pollicetur, eosque donis omni oratione majoribus coronaturum. « Manifestabo enim, inquit, ei meipsum. » Puri enim apud puros erunt de Dei visione sermones : resplendet vero Christus in iis, per suum nempe Spiritum ad officia singula eos deducens, et ineffabili illustratione seipsum eorum mentibus revelans atque manifestans. Qui vero semel eum susceperint, beati et spectabiles erunt. Talis mihi videtur David propheta, cum ait : « Audiam quid loquatur in me Dominus Deus [13]. » Quin et ipse divinus Apostolus scribens : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus [14] ? » Loquitur enim in sanctis per Spiritum, tum sua, tum alia præterea revelans mysteria. Idcirco enim et accurate ea intelligentes alias quidem aiunt : « Nobis revelavit Deus per Spiritum [15]; » alias vero : « Nos Christi sensum habemus [16], » sensum Christi Spiritum ejus esse dicentes.

Λέγει αὐτῷ Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης· Κύριε, τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ;

Ἐξ ἀγάπης μὲν πρόεισι φιλοπευστήσων ὁ μαθητὴς, πλὴν οὐκ ἀκριβῶς ὁρᾶται συνεὶς τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐξαίρετόν τινα τοῖς ἁγίοις ὑπισχνεῖτο τὴν γνῶσιν, καὶ οὐχὶ τῇ τῶν ἄλλων παρεικασμένην. Ἰσχνότεροι γὰρ καὶ κατὰ πολὺ διειδέστεροι τῶν θείων μυστηρίων οἱ χαρακτῆρες ἐν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς θείοις ἐκλάμπου-

XIV, 22. *Dicit ei Judas, non ille Iscariotes : Domine, quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum, et non mundo?*

Siscitaturus quidem dilectionis vi et impulsu accedit discipulus, sed non accurate Servatoris sermonem capere videtur. Dominus enim noster Jesus Christus eximiam quamdam sanctis cognitionem pollicebatur, nec aliorum cognitioni similem. Subtiliores quippe ac multo clariores divinorum mysteriorum characteres in divinis homini-

[10] I Cor. XIII, 10. [11] Joan. XIV, 21. [12] Deut. XIX, 15; Matth. XVIII, 16. [13] Psal. LXXXIV, 9. [14] II Cor. XIII, 3. [15] I Cor. II, 10. [16] Ibid. 16.

bus elucent : in iis vero qui nondum ad eam mentis puritatem pervenerint, ut cognitionem eorum quæ orationem superant dono Spiritus clare percipere queant, simplex cognitio spectatur, quæ in eo tantum forte versatur quod sciunt Deum esse Christum, et Filium revera secundum naturam Dei. Cum igitur tantum discriminis intercedat, et vulgarium hominum cognitio multum ab ea quæ in sanctis cernitur dissideat, nullo tamen discrimine discipulus accedit rogans quamobrem non omnibus hominibus, sed solis tantum sanctis revelaturum se polliceatur. Illud vero, « quid factum est, » cum ait, **829** tale quiddam innuere velle videtur : Scopus tui ad nos adventus tibi est, o Domine, non ut aliquibus seorsim notus fias, aliquibus non item : audivimus quippe in prophetis : « Quia videbit omnis caro salutare Dei [17] ; » sed et ipse clamabas dicens : « Gaude et lætare, filia Sion, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus, et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum [18]. » Ipsi quoque congregati auribus nostris audivimus, cum ad nos diceres : « Quando exaltatus fuero de terra, omnia traham ad meipsum [19]. » Quin et ad Judæos dixisti : « Quia et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducere, et fiet unum ovile, et unus pastor [20]. » Cum igitur in omnes gratia per te manatura speretur, omnesque ad Dei cognitionem congregatum iri tu nobis clare promiseris, et sanctorum prophetarum id voce confirmetur, quid factum est ? quonam abiit, inquit, aut quonam translatus est promissionis scopus ? cur vero non omnibus hominibus, sed nobis duntaxat te manifestas ? Hic ergo sensus est, opinor, verborum discipuli : quid autem a vera sententia eum abduxerit, operæ pretium est ostendere. Dominus noster Jesus Christus dixerat : « Modicum, et mundus me jam non videt ; vos autem videtis me [21]. » Atqui manifestum est ibi eum mundum dicere, non omnes qui in terra degunt homines : omnes quippe boni ac mali sunt in hoc mundo ; sed mundum eos nominasse potius qui terrena sapiunt [22], et qui vanitati mundi suam mentem subjiciunt. Hoc igitur cum non satis caperet discipulus, existimavit ipsum dicere, se reliquorum omnium hominum oculis, interioribus nimirum, tectum iri, et inconspicabilem fore prorsus, nec ulli cognitum iri nisi suis duntaxat discipulis : hæc ignorationis ei causa fuit. Quippe si intellexisset initio, non utique accessisset rogans : « Quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, et non mundo ? » In eam igitur sententiam adductus est, juxta tritam et vulgatam loquendi consuetudinem vocis hujus significatione intellecta. Mundum quippe vulgo nominare solemus, omnes qui in universo mundo sunt, ut si

A σιν· ἐν δὲ τοῖς οὔπω πρὸς τοῦτο φρενῶν καθαρότητος ἀφιγμένοις, ὡς ἑλεῖν δύνασθαι λαμπρῶς τῶν ὑπὲρ λόγον τὴν εἴδησιν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς, ἐν ἁπλοῖς ἡ γνῶσις ὁρᾶται λογισμοῖς, καὶ κατὰ μόνον ἐστὶ τὸ εἰδέναι τυχὸν ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ Υἱὸς ἀληθῶς τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ. Τοσαύτης τοιγαροῦν μεταξὺ χωρούσης τῆς διαφορᾶς, καὶ κατὰ πολὺ διειργούσης τῶν ἀγελαίων τὴν γνῶσιν τῆς ἐν τοῖς ἁγίοις θεωρουμένης, ἀδιαφορήσας ὁ μαθητὴς πρόσεισιν ἐρωτῶν ἀνθ' ὅτου μὴ πᾶσιν τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀποκαλύψειν ἑαυτὸν, μόνοις δὲ τοῖς ἁγίοις ἐπαγγέλλεται. Τὸ δὲ « τί γέγονεν » ἀναβοῶν, ἔοικέ τι τοιοῦτον ὑπαινίττεσθαι θέλειν. Σκοπός σοι, φησὶ, τῆς εἰς ἡμᾶς ἀφίξεως, ὦ Δέσποτα, τὸ μὴ τισὶ μὲν ἀνὰ μέρος γινώσκεσθαι, τισὶ δὲ οὐκέτι· ἠκούομεν γὰρ B ἐν προφήταις· « Ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐφώνεις βοῶν· « Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιὼν, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος, καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ πρὸς τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. » Συνόντες δὲ καὶ συνδιατρίβοντες αὐτήκοοι τῆς σῆς γεγενημένοι φωνῆς, ὅταν πρὸς ἡμᾶς ἔφης· « Ὅταν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. » Ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτοὺς εἴρηκεν Ἰουδαίους· « Ὅτι καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ γενήσονται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. » Οὐκοῦν ἐπὶ πάντας ἔσεσθαι προσδοκωμένης τῆς διὰ σοῦ χάριτος, καὶ πάντας σαγηνευθήσεσθαι C πρὸς θεογνωσίαν, σοῦ τε ἡμῖν ἐπαγγειλαμένου σαφῶς, καὶ τῆς τῶν ἁγίων προφητῶν διαμαρτυρουμένης φωνῆς, τί γέγονε, πῆ δὴ μετέστη, φησὶ, καὶ μετατέθειται τῆς ἐπαγγελίας ὁ σκοπός ; Τί δὲ οὐχ ἅπασι τοῖς κατὰ τὸν κόσμον ἐμφανίζεις σεαυτὸν, ἀλλὰ μόνοις ἡμῖν ; Οὗτος μὲν οὖν, καὶ οὐχ ἕτερος, οἶμαι, τῶν τοῦ μαθητοῦ ῥημάτων ὁ νοῦς· τί δὲ ἄρα τὸ ἀποκομίσαν αὐτὸν τῆς ἀληθοῦς διαλήψεως, παραδεῖξαι καλόν. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἔφασκε· « Μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκέτι θεωρεῖ, ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με. » Ἀλλ' ἦν δήπου καὶ μάλα σαφῶς [*Ισ.* σαφὲς], ὅτι κόσμον ἐν τούτοις, οὐχὶ πάντας τοὺς ὄντας ἐν τῷδε τῷ βίῳ φησὶν, ἤτοι διαζῶντας ἐπὶ τῆς γῆς πάντες γάρ εἰσιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πονηροί τε καὶ ἀγαθοί· κόσμον δὲ ὠνόμασε μᾶλλον τοὺς τὰ ἐπίγεια D φρονεῖν ἀναπεπεισμένους, καὶ τῇ ματαιότητι τοῦ κόσμου τὸ οἰκεῖον ὑποζεύξαντες φρόνημα. Τοῦτο τοιγαροῦν οὐ σφόδρα συνεὶς ὁ μαθητὴς, ᾠήθη λέγειν αὐτὸν, ὅτι τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, οἳ καὶ τόνδε τὸν περίγειον οἰκοῦσι χῶρον, τὸν ὀφθαλμὸν διαλήσεται, φημὶ δὲ τὸν ἔσω καὶ κεκρυμμένον, καὶ ἄποπτος ἔσται παντελῶς, οὐδενὶ τῶν ὄντων γινωσκόμενος, πλὴν μόνοις τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· τοῦτο τῆς ἀγνοίας αὐτῷ γέγονεν αἴτιον. Εἰ γὰρ συνῆκεν ἐν ἀρχαῖς, οὐκ ἂν ὅλως προσῆλθεν ἐρωτῶν· « Τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ; » Ὑπηνέχθη μὲν οὖν τὸ τῇδε νοεῖν, κοινῶς τε

[17] Isa. xl, 5. [18] Zachar. ii, 10, 11. [19] Joan. x, 32. [20] Ibid. 16. [21] Joan. xiv, 19. [22] Philipp. iii, 19.

καὶ εἰθισμένως τοῖς ἄλλοις τὴν ἐκ τοῦ ὀνόματος σημα- A σίαν ἐκλαδών. Κόσμον γὰρ ἔθος ἐστὶν ἡμῖν ὀνομάζειν, κατά γε τὸν εὐτριδῆ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι προκείμενον λόγον, τοὺς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τυχὸν, ὥσπερ εἴ τις καὶ πόλιν λέγοι, τοὺς ὅλην οἰκοῦντας τὴν πόλιν. Πλὴν ἀξιοζήλωτος καὶ ταῦτα λέγων ὁ μαθητής. Ἄθρει γὰρ ὅπως ἡλίου δίκην τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὴν τοῦ Σωτῆρος διαφαίνεσθαι δόξαν ἐπιθυμεῖ, καίτοι τῶν καθ' ἑαυτὸν εἰ μόνον ἐποιεῖτο πρόνοιαν, ἐξῆν ἔχοντα τῆς γνώσεως τὴν ὑπόσχεσιν, ἐπὶ μόνοις τοῖς ἰδίοις ἥδεσθαι καλοῖς. Ἀλλ' οὐκ ἐξήρκει πρὸς θυμηδίαν τὸ ἰδιαζόντως ὥσπερ αὐτῷ δοθησόμενον ἀγαθόν· ἐπειδὴ δὲ ἦν φιλόθεός τε ὁμοῦ καὶ φιλάδελφος, ἐκπλατύνεσθαι τοῦ Σωτῆρος τὴν δόξαν ἐπιθυμεῖ, κοινὴν δὲ τοῖς ἀδελφοῖς προκεῖσθαι τὴν χάριν. Τὸ γὰρ εἰς γνῶσιν ἀκριβῆ καλεῖσθαι Θεοῦ, τί ἂν ἔχοι τὸ ἰσοστατοῦν;

quis civitatem nominet, totius civitatis **830** incolas. Verumtamen laude quoque dignus est cum hæc ait discipulus. Vide enim quo pacto Servatoris gloriam solis instar per universam terram lucere cupiat, cum ei liceret suis tantummodo bonis oblectari, cognitionis promissionem habenti, si sui tantum curam haberet. Sed bonum sibi uni peculiariter tribui nequaquam ad felicitatem satis esse putabat: verum cum Dei simul ac fratrum amans sit, longe lateque extendi Servatoris gloriam cupit, et fratribus gratiam in commune proponi. Ad exactam quippe Dei cognitionem vocari, quidnam habet quod cum eo comparari possit?

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ Πατήρ B ***μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα.***

XIV, 23. *Respondit Jesus, et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit: et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*

Οὐ σφόδρα συνέντα θεωρήσας τὸν μαθητὴν, ἐπάνεισι πάλιν ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς εἰρημένον, καὶ διδάσκει σαφῶς, ὡς οὐ κατὰ μόνην τὴν ἐν εἰδήσει νοουμένην ἐπίγνωσιν ἑαυτὸν ἐμφανίσει τοῖς γνησίοις, ἀλλ' ἐξαίρετός τις αὐτοῖς καὶ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ἐντριδὴς ὁ τῆς ἐλλάμψεως ὑπάρξει τρόπος. Οἱ μὲν γὰρ ἀγελαῖοι τυχὸν, καὶ ἄρτι τυχὸν τῆς τῶν εἰδώλων ἀπάτης ἀποφοιτήσαντες, κεκλημένοι τε πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ, ἐν ψιλοῖς καὶ ἀζητήτοις ἔχουσι λογισμοῖς τὴν πίστιν, αὐτὸ δὴ τοῦτο μαθόντες φρονεῖν, ὡς οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ τυχὸν, εἷς δὲ μόνος ὁ φύσει Θεός. Οἱ δὲ διὰ πάσης ἀρετῆς τὸν C οἰκεῖον καταλαμπρύνοντες νοῦν, ἔχοντές τε ἤδη πρὸς τὸ μανθάνειν ἐπιτηδείως τά θεῖά τε καὶ κεκρυμμένα μυστήρια, τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος λήψονται δᾳδουχίαν, καὶ αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς ἐναυλισθέντα τὸν Κύριον τοῖς τῆς διανοίας ἐπαθροίσουσιν [γρ. ἐπαθρήσουσι] ὀφθαλμοῖς. Οὐκοῦν οὐ κοινὴ τοῖς ἄλλοις τῶν ἁγίων ἡ γνῶσις, ἀλλ' ἐξαίρετός τις καὶ διωρισμένη, καὶ πολλὴν ἔχουσα τὴν διαφοράν. Ὠφελεῖ τοιγαροῦν διὰ παντὸς ἡμᾶς λόγου τε καὶ τρόπου Χριστός. Πρῶτον μὲν γὰρ τίς ὁ αὐτὸν ἀγαπῶν εὖ μάλα διορίζεται, δεικνὺς, ὥς γέ μοι φαίνεται καὶ νοεῖν ἔπεισιν ὀρθῶς, ὡς οὐχ ἅπασιν ἐφεῖται λαβεῖν τὴν τοῦ χαρίσματος δύναμιν, ἀλλ' οἷσπερ ἂν ἐνυπάρχον ὁρῷτο τὸ τῆς εἰς αὐτὸν γνησιότητος καύχημα διὰ τοῦ τηρῆσαι τὰς ἐντολάς. Εἶτα τίνα τρόπον αὐτοῖς ἐπιλάμψει, D πῶς δὲ αὐτοῖς ἐγκατοικισθήσεται, λέγει· « Ἀγαπήσει γὰρ αὐτὸν ὁ Πατήρ μου, » φησί. Τετιμηκὼς γὰρ δι' εὐπειθείας τῆς εἰς τὸν Υἱὸν, τὸν ἐξ οὗπερ ἐστὶ Γεννήτορα, καρπὸν ἕξει τοῦ πράγματος τὴν ἀγάπησιν. Εἶτα τί τὸ ἐντεῦθεν ἀνατελεῖ, ποῖον δὲ αὐτῷ περιέσται τὸ κέρδος σαφὲς καθιστὰς, « Ἐλευσόμεθα, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. » Κατοικήσαντος γὰρ ἐν ἡμῖν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, συνίσταται δήπου πάντως καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν· Πνεῦμα γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα Χριστοῦ. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, πῆ μὲν ἴδιον τοῦ Πατρὸς,

Cum sermones suos discipulum haud satis capere videret, ad id quod initio dictum est revertitur, clareque docet non secundum solam quæ visu constat cognitionem suis sese manifestaturum, sed eminentiori quodam nec aliis usitato illustrationis modo. Rudiores enim ac imperiti, et qui recens ab idolorum fraude recesserunt, atque ad naturalis Dei cognitionem vocati sunt, in nuda et indiscussa ratione fidem habent, id nimirum sentire edocti, nullum esse idolum in mundo, sed unum natura Deum. Quicunque vero per omne virtutis genus suam mentem illustrant, et ad discenda divina et arcana mysteria sunt idonei, illustrationem Spiritus accipient, ipsumque in semetipsis inhabitantem Dominum mentis oculis contuebuntur. Itaque communis aliis non est sanctorum cognitio, sed eximia et distincta, longeque ab illa communi diversa. Sic omni modo et ratione Christus nos adjuvat. Imprimis enim definit quis sit ille qui diligit eum, ostendens, ut opinor, non omnibus concedi ut gratiæ virtutem accipiant, sed qui mandata servando genuini ejus amici esse comperiuntur. Deinde quonam modo fulgere in iis debeat, aut quo pacto sit in iis habitaturus, declarat, dicens: « Pater meus diliget eum. » Qui enim fide in Filium Patrem honoraverit, dilectionem ejus ceu fructum **831** inde reportabit. Postremo quid lucri obventurum hinc ei sit, planum faciens: « Veniemus, inquit, ad eum ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus. » Habitante quippe in nobis Servatore nostro Christo per sanctum Spiritum, erit quoque omnino nobiscum et Genitor: nam Spiritus Christi idem est et Patris. Unde Paulus divinus, alias quidem Patris, alias autem Filii proprium Spiritum ait, nequaquam sibi repugnans, sed in utroque verum dicens: ita quippe natura se habet. Scribit ergo ad aliquos: « Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in

vobis [23]. » Præterea : « Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem : Abba, Pater [24]. » Vides ut idem sit Patris ac Filii Spiritus ? Inhabitante itaque in cordibus nostris Unigenito, nequaquam abest Pater : habet enim Filius in seipso Genitorem, unius exsistens cum eo substantiæ, sed et ipse est in Patre naturaliter. Fidei ergo definitio et inculpata ratio hæc est. Libenter autem interrogaverim eos qui præ multa inscitia hæresim complexi adversus gloriam Spiritus suam linguam armant. Quid enim responsuri sunt, cum eis dicemus : Si creatus est Spiritus, et a Dei substantia, ut vultis, alienus, quomodo habitat in nobis per ipsum Deus ? aut quomodo Dei est particeps, qui Spiritum susceperit ? Nam si fieri potest ut per creatam aliquam substantiam divinæ et ineffabilis naturæ participes efficiamur, quid vetabit quominus Deus, rejecto Spiritu, per aliquam aliam quamcunque voluerit creaturam in nobis sit nosque sanctificet ? Sed hoc impossibile : nec enim Dei secundum naturam particeps quis unquam fuerit, nisi per Spiritum : Deus igitur et ex Deo est Spiritus, neque, ut nonnullis visum est, e numero creaturarum. Sed et illud porro considerandum venit. Quod particeps alicujus est, ut potioris secundum substantiam et alterius ab ipso generis, aliud necesse est esse secundum naturam ab eo quod participatur. Si ergo creatus aut factus est Spiritus, cujusnam erit demum creatura particeps ? Annon omnino suiipsius ? commune quippe videtur ambobus esse quod creatum est. Sed et creati et facti natura nostra cum nos simus, facti sumus participes Spiritus a nobis natura diversi : **832** non ergo creatus est Spiritus. Quod si verum est, ut certe est, Deus et ex Deo est Spiritus, siculi diximus. Nihil enim increatum esse putabitur unquam, nisi solus natura Deus, ex quo videlicet ineffabiliter procedens sanctus Spiritus, ut ipse ex quo est, habitat in nobis. Proprius enim est substantiæ ejus, et qualitas veluti quædam sanctitatis ejus. Atque hæc quidem in istos dicta sunto : adversus Anomœos autem, qui Filio bellum indixerunt, quique eodem quem antea diximus furore insaniunt, nonnihil quod operæ pretium sit dicam. « Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. » Quid ergo respondetis, o strenui viri, si quis sciscitetur a vobis, utrum duos habituri simus deos inbabitantes, Patrem nimirum et Filium : an vero Deus unus in nobis intelligatur ac vere sit ? Nam si natura diversus est omnino Filius et in propria quadam natura intelligitur, quomodo necesse non est duos deos in nobis esse credere, mandata servantibus ? Quod si unius non autem duorum deorum templa dicimur, Patre ac Filio in nobis habitantibus, quænam

A πῆ δὲ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά φησιν, οὐ τοῖς ἰδίοις ἀντιτάττων λόγοις, ἀληθεύων δὲ μᾶλλον καθ' ἑκάτερον· ἔχει γὰρ οὕτω τῇ φύσει. Λέγει τοίνυν πρός τινας· « Ὅτι ἐγείρας Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. » Εἶτα πάλιν· « Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Ὁρᾷς ὅπως τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τοῦ τε Πατρός ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ ; Κατοικοῦντος οὖν ἄρα τοῦ Μονογενοῦς ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οὐκ ἄπεστιν ὁ Πατήρ· ἔχει γὰρ ὁ Υἱὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν Γεννήτορα, μιᾶς πρὸς αὐτὸν ὑπάρχων οὐσίας, ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Πατρὶ φυσικῶς. Ὁ μὲν οὖν τῆς πίστεως ὅρος τε καὶ ἀνυπαίτιος οὗτος ἂν εἴη λόγος. Ἐροίμην δ' ἂν ἐπὶ τούτῳ B καὶ λίαν ἡδέως τοὺς ἐκ πολλῆς ἀμαθίας ἑτεροδοξεῖν ἑλομένους, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος δόξῃ τὴν οἰκείαν ἐξοπλίζοντας γλῶτταν. Τί γὰρ δὴ καὶ φαῖεν, ὅταν λέγωμεν αὐτοῖς· Εἰ κτιστὸν τὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ ἀλλότριον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καθ' ὑμᾶς, πῶς ἂν ἐν ἡμῖν δι' αὐτοῦ κατοικῆσαι Θεός ; πῶς δὲ Θεοῦ μέτοχος ὁ τὸ Πνεῦμα λαβών ; Εἰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐνδεχομένων διά τινος ὅλως γεννητῆς οὐσίας τῆς θείας τε καὶ ἀῤῥήτου φύσεως ἡμᾶς μεταλαχεῖν, τί ἂν ἔτι τὸ κωλύον ὁρῷτο τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τὸ Πνεῦμα παρωσάμενον καὶ δι' ἑτέρου τινὸς οὗπερ ἂν βούλοιτο κτίσματος ἐν ἡμῖν γίνεσθαι, καὶ ἁγιάζειν ἡμᾶς ; Ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἂν γένοιτό τις Θεοῦ δὴ τοῦ κατὰ φύσιν μέτοχος δι' ἑτέρου, εἰ μὴ διὰ τοῦ Πνεύματος· Θεὸς ἄρα καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ C οὐ τοῖς γεγονόσιν ἐναρίθμιον, καθάπερ ἔδοξέ τισιν. Ἄλλως τε κἀκεῖνο πρὸς τοῦτο διασκεπτέον. Τὸ μέτοχόν τινος, ὡς κρείττονος κατ' οὐσίαν, καὶ ἑτεροφυοῦς ἢ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ, ἕτερον εἶναι κατὰ φύσιν ἀνάγκη τοῦ μετεχομένου. Εἰ τοίνυν κτιστὸν ἢ ποιητὸν τὸ Πνεῦμα, τίνος ἔσται λοιπὸν ἡ κτίσις μέτοχος ; Ἆρ' οὐχὶ πάντως ἑαυτῆς ; κοινὸν γὰρ ὁρᾶται ὃ ἔκτισται λοιπὸν ἐπ' ἀμφοῖν. Ἀλλὰ καὶ κτιστοὶ καὶ γενητοὶ κατὰ φύσιν ὄντες ἡμεῖς, ὡς ἑτέρου κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος ἢ ὅπερ ἡμεῖς, τοῦ Πνεύματος μετεσχήκαμεν· οὐκ ἄρα κτιστὸν τὸ Πνεῦμά ἐστιν. Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν ἀληθὲς, Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, καθάπερ εἰρήκαμεν. Διαφεύξεται γὰρ τῶν ὄντων οὐδὲν τὴν τοῦ πεποιῆσθαι δόξαν, εἰ μὴ μόνος D ὁ φύσει Θεὸς, ἐξ οὗ δηλονότι προϊὸν ἀῤῥήτως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτὸς ἐξ οὗπέρ ἐστιν, ἐν ἡμῖν κατοικεῖ. Ἴδιον γάρ ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ ποιότης ὥσπερ τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ἤδη πρὸς τούτους· πρὸς δέ γε τοὺς Ἀνομοίους, καὶ πολεμεῖν ἐγνωκότας τῷ Υἱῷ, οἳ καὶ ἀδελφὴν, καὶ γείτονα τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν ἀρτίως νοσοῦσι μανίαν, ἐρῶ τι τῶν ἀναγκαίων. « Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ Πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. » Τί οὖν, ὦ γενναῖοι, φατὲ, διαπυθέσθαι τινὸς ἐθέλοντος καὶ μαθεῖν ἀξιοῦντος παρ' ὑμῶν, πότερόν ποτε δύο θεοὺς ἕξομεν ἐνοικοῦντας, τὸν Πατέρα καὶ

[23] Rom. VIII, 11. [24] Galat. IV, 6.

τὸν Υἱόν· ἢ Θεὸς εἷς ἐν ἡμῖν νοεῖταί τε καὶ ἔστιν ἀληθῶς; Εἰ μὲν γὰρ ἕτερός ἐστι κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς παντελῶς καὶ ἐν ἰδίᾳ τινὶ φύσει νοούμενος, πῶς οὐκ ἀνάγκη δυάδα θεῶν ἐν ἡμῖν γενέσθαι πιστεύειν, ὅταν τηρῶμεν τὰς ἐντολάς; Εἰ δὲ ναοὶ χρηματίζομεν, ἑνὸς δηλονότι καὶ οὐ δύο θεῶν, ὅταν ἡμῖν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐναυλίζωνται, ποῖος ἐν ἡμῖν ἔτι λόγος συστέλλει πρὸς ἑνότητα τοὺς δύο, τῆς κατ' οὐσίας ταυτότητος οὐκ ἐχούσης τόπον, κατά γε τὴν ὑμετέραν φρενοβλάβειαν; Ἢ γὰρ ἀνάγκη λέγειν, ὅτι ψευδῆ πρὸς ἡμᾶς λελάληκεν ὁ Χριστὸς, ἐνοικίζεται δὲ μόνον ἡμῖν ὁ Πατὴρ διὰ τοῦ Πνεύματος· ἤγουν ἐνοικεῖ μὲν αὐτὸς, ἄπεστι δὲ ὁ Πατήρ. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· εἷς δὲ Θεὸς ἐν ἡμῖν, ὅταν ἄμφω λάβωμεν. Οὐχ ἑτεροούσιος ἄρα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα φανεῖται λοιπὸν ὁ Μονογενὴς, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ, καθάπερ ἐν τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα τὸ ἐξ αὐτοῦ· εἴη γὰρ ἂν οὕτω καὶ οὐχ ἑτέρως ἡ τοῦ μυστηρίου δύναμις ἀληθής. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, οὐχὶ δύο θεῶν ἡμᾶς ὠνόμασε ναοὺς, ἀλλ' ἑνὸς δηλονότι καὶ αὐτοῦ. « Οὐκ οἴδατε, φησὶν, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; » Ὁρᾷς ὅτι, συνεισενεγκὼν εἰς οὐσίας ταυτότητα τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ναοὺς ἡμᾶς ἀποδεδεῖχθαί φησιν, οὐ θεῶν μᾶλλον, ἀλλὰ Θεοῦ. Τί τοίνυν εἰκαίοις παρακρούεσθε λογισμοῖς τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν, καὶ τῆς ἑαυτῶν δυσσεβείας τὸν ἰὸν ἐπισπείρετε τοῖς ἀλογώτερον εἰωθόσι προσβάλλειν τοῖς ἱεροῖς τε καὶ θείοις Γράμμασιν;

A ratio in nobis duos illos ad unitatem redigit, cum juxta vestram dementiam, identitati substantiæ non sit locus? Vel enim necesse est dicere Christum falsa nobis esse locutum, et inhabitare tantum in nobis Patrem per Spiritum; vel inhabitare quidem ipsum, abesse vero Patrem. At hoc absurdum: unus quippe Deus est in nobis, cum ambos suscepimus. Non ergo diversæ a Patre suo substantiæ apparebit Unigenitus, sed ex seipso, et in ipso, sicut in lumine splendor qui ex eo: hoc enim modo, non autem alio, mysterii vis et ratio vera fuerit. Et quidem divinus Paulus non duorum deorum templa nos appellavit, sed unius: « Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis [25]? » Vides ut, in substantiæ identitatem Pa- B tre et Filio collatis, templa nos factos esse ait, non deorum, sed Dei. Cur vanis igitur ratiunculis veritatis vim concutitis, et impietatis vestræ venenum iis infunditis qui sacras divinasque Litteras inconsideratius attingere solent?

Ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ.

XIV, 24. *Qui non diligit me, sermones meos non servat.*

Προαποδείξας εὖ μάλα καὶ διορισάμενος ὀρθῶς τίνες ἂν εἶεν οἱ ἀγαπῶντες αὐτὸν, μεθέξωσι δὲ ποίων ἀγαθῶν, μέτεισιν εὐθὺς ἐφ' ἑτέρους τοὺς οὔπω φιλεῖν ἑλομένους. Οὐ γὰρ ἔσονται φύλακες, φησὶ, ῥημάτων τῶν ἐμῶν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Οὐ τηρήσει τὸν λόγον μου, ὡς καθ' ἑνὸς ἢ περὶ ἑνὸς λεγόμενον, εἰ καὶ πλατεῖάν πως ἔχει καὶ γενικὴν τὴν δήλωσιν. Ἀκολούθως δὲ σφόδρα καὶ τοῦτό φησιν. Εἰ γὰρ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἀπόδειξις ἔσται σαφὴς τὸ τηρῆσαι τὰς ἐντολὰς, ἤτοι τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον, εἴη δήπου πάντως ἂν ἀληθὲς καὶ τὸ ἐναντίον. Δεῖγμα γὰρ ἔσται τοῦ μὴ ἑλέσθαι φιλεῖν, τὸ δι' οὐδενὸς ποιεῖσθαι λόγου τὴν ἐντολὴν, παρωθεῖσθαι δὲ τὸ κεκελευσμένον, καθάπερ τι τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων. Ἀλλ' ὥσπερ τοῖς νομοφύλαξιν ἐνοικίσειν ἑαυτὸν ὁμοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατεπηγγέλλετο· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, λόγον τῶν μὴ τοιούτων ἀπαναστήσεται καὶ ἀποφοιτήσει παντελῶς. Ἀληθεύσει γὰρ λέγων ὁ Σολομὼν ὅτι εἰς κακότεχνον ψυχὴν σοφία οὐκ εἰσελεύσεται, οὐδὲ κατοικεῖ ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας. Καὶ γάρ τοι καὶ ἐφ' ἡμῶν οὕτως ἔχουσαν εὑρήσεις τοῦ πράγματος τὴν φύσιν. Ἢ γὰρ οὐχὶ τοῖς ὁμόφροσι καὶ ὁμοτροπεῖν ἑλομένοις τὸ συνδιαιτᾶσθαι μᾶλλον ἤγουν τοῖς ἑτέροις παντί τῳ τετίμηνται [γρ. τετίμηται]; « Καίτοι πᾶν ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτῷ προσκολληθήσεται ἀνήρ. » Εἰ δὲ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοήθεσι συνεῖναι κατὰ ταυτὸν τῶν ὅτι μάλιστα διὰ σπουδῆς εἶναι δοκεῖ, πῶς οὐχὶ μᾶλλον οὕτως ἔχειν ἐπὶ Θεοῦ λογιούμεθα; Ἀγαθὸς γὰρ ὑπάρχων τῇ φύσει, καὶ ἀρετῆς ἁπάσης ἀρχὴ καὶ γένεσις, οὐχὶ τῆς φαυλότητος ἐρασταῖς, ἀλλὰ τῆς

Postquam ostendit ac recte definivit **833** quinam sint qui diligunt eum, et qualium bonorum sint participes, ad alios statim se confert qui nondum diligere eum in animum induxerunt. Nec enim, inquit, verba mea custodient: hoc est, Non C servabit sermonem meum, quod quasi de uno dicitur, licet amplam quodammodo et generalem significationem habeat. Valde autem consentanee istud etiam infit. Nam si mandata vel sermonem ejus servare dilectionis in ipsum manifestum est argumentum atque indicium, erit utique verum contrarium. Mandatum enim pro nihilo habere, et quod jussum est velut infestum quidpiam aversari, indicio est nihil esse dilectionis. Verum quemadmodum in legum observatoribus seipsum una cum Deo ac Patre inhabitaturum promisit: eodem, opinor, modo ab iis qui tales non sunt prorsus recedet. Vere enim locutus est Salomon, cum dixit, in malevolam animam non introituram D sapientiam, nec habitare in corpore obnoxio peccatis [26]. Etenim ita se rei naturam in nobis etiam habere comperies. Nunquid enim cum iis versari quisque maxime cupit quos iisdem secum moribus ac in eadem sententia esse noverit? Quippe « omne animal diligit simile sibi, ut scriptum est, et omnis homo proximum sibi [27]. » Quod si et apud nos ipsos summæ curæ esse videtur ut cum hominibus iisdem moribus præditis versemur, quomodo non magis ita rem in Deo esse putabimus? Nam cum sit natura bonus, et omnis virtutis caput et origo, nequaquam in amatoribus nequitiæ, sed in facto-

[25] I Cor. III, 16. [26] Sap. I, 4. [27] Eccli. XIII, 19.

ribus virtutis inhabitat, et impuros cumprimis aversatur. Quemadmodum ergo nos ipsi luto ac sordibus nostras purgare domos curamus, nec in iis si quid sit istiusmodi habitare volumus, nunquid multo magis purus ille et sanctissimus Deus noster impuram animam aversabitur et cor peccati luto inquinatum aversabitur? Talem quippe fore eum qui mandatum non servaverit (impurus enim est ac luti amans), ipsa te loci hujus vis et ratio docebit. In divinorum etenim mandatorum neglecta omnis peccati fons et origo cernitur. Quemadmodum enim lucis privatio infert contrarium, id est tenebras, sic nolle virtutem exercere, principium et origo est nequitiæ. Nunquam enim quæ contrariorum est ratio, in uno eodemque subjecto
834 contingent ea quæ inter se qualitate discrepant. Vitium et virtus, contrariis inter se qualitatibus, aut alio quovis contrarietatis modo maxime distant: nemo tamen ea simul ac semel inesse ulli homini putaverit, aut eodem actu impleri. Aut enim malus est aliquis, aut bonus, licet non summam forsan nequitiam aut bonitatem assecutus. Uno igitur in nobis prævalente, alterum utique deficiet, id est contrarium. Quod si in observatione mandatorum species virtutis est, nunquid manifestissimum est in eorum neglectu principium esse nequitiæ? Sicut autem repositum est ei qui mandata servaverit in seipso habere Patrem et Filium, quod omnis felicitatis et gloriæ initium est atque fundamentum: ita et ei qui non servaverit, divinæ et ineffabilis naturæ participatione carere, quod est omnis omnino boni fruitione privari. Quocirca si cui præclarum et optandum videtur naturæ divinæ fieri participem [28], et in cordis penetralibus versantem et inhabitantem habere universi Deum ac Patrem per Filium in Spiritu, purget suam animam, et improbitatis sordes quibus possit modis, imo vero per omne bonum opus abstergat. Tunc enim revera Dei templum vocabitur, et diversabitur in eo atque inhabitabit, ut scriptum est [29]. Nec enim similis erit ei, cujus in Evangeliis fit mentio, legis doctori, qui non exspectata Servatoris gratia motu suo ad eum sequendum incitatum se aiebat, eumque sibi honorem arripiens: « Magister, inquit, sequar te quocunque ieris [30]. » At quid ad eum Dominus? Ænigmatice et per parabolam: « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet [31]. » Vulpes autem et cœli aves malignos et impuros nuncupavit dæmonas, et hosce mundanos atque aerios spiritus, qui in libidinosorum cordibus versantur atque inhabitant, suæ voluntatis exitum consecuti, miserasque eorum a quibus suscipiuntur animas in arctum adeo cogentes, ut nullum prorsus in iis requiescendi locus Deo relinquatur: id enim significat, « reclinare caput. » Purgemus itaque corda nostra ab omni labe: sic

sed conducit potius ad Patrem ascendere, suamque gloriam et potestatem ac dignitatem divinam palam et non jam occulte atque adumbrate recipere. Sedit enim a dextris, id ipso quoque volente Patre: amat quippe ut suum genimen, et ut fructum substantiæ suæ. Quocirca ait: « Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est. » Et certe dilectionis erga eum argumentum fuisset, nequaquam tantum doloris ex ejus absentia et ejus discessu capere, sed in animum potius inducere, ad convenientem **845** sibique debitam gloriam, et ad veterem dignitatem, hoc est Deo utique dignam, ipsum ascendere. Unde Psalmista, qui per Spiritum mysteria loquebatur: « Omnes gentes, inquit, plaudite manibus [60]; » deinde festivitatis causam explicans, Servatoris in cœlos ascensionem protulit, dicens: « Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ [61], » jubilationem et tubam nominans altisonam illam sancti Spiritus vocem, quando supernis potestatibus portas attollere jussit, et Dominum virtutum ipsum nuncupavit, sicuti modo dicebamus. Quam ob rem ipsum quoque sanctorum chorum ingenti lætitia exsultasse comperiemus. Ideoque dicebat, modo quidem: « Dominus regnavit, exsultet terra [62]; » modo rursus: « Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se [63]. » Qui enim nobiscum, ante resurrectionem ex mortuis, homo versabatur, postquam ad Patrem qui in cœlis est ascendit, tunc suum decorem induit, et pristina fortitudine se præcinxit. Sedit enim regnans cum Patre. Gaudere itaque dignum et justum est quotquot diligunt eum, quia ascendit ad Patrem qui in cœlis est, suam resumpturus gloriam, et cum eo rursus regnaturus, sicut erat in principio. Majorem autem eum dicit, non quia sedit a dextris, ut Deus, sed quia nobiscum adhuc erat, id est nobis similis. Ista quippe dicit, ut qui servilem formam haberet, nec adhuc tempus adesset quo divinam dignitatem resumere debebat. Unde cum pro nobis crucem venerandam pertulit, acetum et fel Judæi obtulerunt ei sitienti, et postquam bibisset, dixit: « Consummatum est [64]. » Impletum quippe jam erat humiliationis tempus, et crucifixus quidem est, ut homo: vicit enim mortis potentiam, non ut homo, sed potius ut Deus, efficacia nimirum et vincendi gloria atque potestate, non secundum carnem. Major itaque est Pater Filio, servo nimirum adhuc, et in humanis constituto: nam et ipsum Deum suum nominat, humanæ id formæ attribuens. Nam si credimus eum exinanisse et humiliasse semetipsum [65], quomodo non omnibus patebit eum de eminentia quadam in demissionem descendisse, imo vero ex æqualitate cum Patre ad inæqualitatem? Nihil autem horum Pater sustinuit, sed mansit et perstat in quibus erat ab initio.

[60] Psal. XLVI, 20. [61] ibid. 6. [62] Psal. XCVI, 1. [63] Psal. XCII, 1. [64] Joan. XIX, 30. [65] Philipp. II, 7.

Major **846** itaque est eo qui ex dispensationis ordine minorationem suscepit, quique in ea tandiu fuit, quandiu ad illud reversus est, proprium, inquam, et naturale bonum, in quo erat initio. Locus autem ei quodammodo proprius ac naturalis jure censebitur illa cum Patre æqualitas, quam cum obstante nemine habere liceret, non tamen rapinam arbitratus est propter nos [44]. Porro, cum de æqualitate Filii cum Deo ac Patre multa nobis in superioribus libris dicta sint, operæ pretium forsan esset ad ea quæ sequuntur explicanda nos accingere, plura de his impræsens disserere omittentes. Sed quoniam ex insanis hæreticis quidam, non vulgarem apud Judæos sacrarum Litterarum cognitionem nactus, hunc locum explicans, intolerabiles blasphemias adversus Unigenitum scriptis tradidit, rem nimis inertem nimisque a me alienam facturum putavi, si tantam ejus hominis insaniam silentio præterirem. Ordine igitur ei occurrendum censeo, demonstrandumque putidas esse et aniles ejus fabellas, et omni prorsus judicio destitutas, inaniumque duntaxat rationum strophis plenas. Ad verbum autem recitabo quæ scribere ausus est, cum visus est sibi sensum loci hujus exponere. « Majorem autem seipso Patrem aperte prædicans, non solum gratitudinem se dignam exhibuit, sed et eorum qui ambos æquales esse putant mendacium coarguit. » Quibus verbis Sabellii opinione explosa, infestus et acer, ut putat, in eos ruit qui æqualem Patri Filium statuunt, in hunc rursus modum scribens : « Eo dementiæ quidam rursus progressi sunt, ut dici non ferant Unigeniti deitate Patrem esse majorem, sed eum duntaxat præcellere existiment comparatione cum carne, qui ne vel in hoc quidem perspicere possunt heterogenea nullo modo posse comparari. Nemo enim dixerit unquam hominem jumento sapientiorem esse, neque adeo equum velocius currere testudine, sed hominem homini doctrina præstare, et equum velocius equo currere. Cum ergo sola homogenea comparationem inter se suscipiant, necesse est eos fateri Patrem majorem esse ipsa Unigeniti deitate. Nam qui contrarium sentiunt, in eo quod ipsum cum carne comparant, quantum in eis est, Patris dignitatem minuunt. »

A ἐξ ἰσότητος τῆς πρὸς τὸν Πατέρα, πρὸς τὸ μὴ οὕτως ἔχον; Οὐδὲν δὲ τούτων ὑπομεμένηκεν ὁ Πατήρ· μεμένηκε δὲ καὶ ἔστιν ἐν οἷς ἦν ἐξ ἀρχῆς. Μείζων οὖν ἄρα τοῦ τὴν ἐλάττωσιν οἰκονομικῶς ἑλομένου, καὶ τέως ὄντος ἐν αὐτῇ, ἄχρις ἂν ἐκεῖνο πάλιν ἀνακομισθῇ. τὸ ἴδιον δή φημι καὶ φυσικὸν ἀγαθὸν, ἐν ᾧπερ ἦν ἐν ἀρχῇ. Τόπος δὲ ὥσπερ οἰκεῖός τε καὶ φυσικὸς αὐτῷ νοηθείη ἂν εἰκότως ἡ ἰσότης ἡ πρὸς τὸν Πατέρα, ἣν ἔχειν ἐξὸν ἀδιακωλύτως, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο δι' ἡμᾶς. Καὶ πολλοῦ ἡμῖν γεγονότος λόγου περὶ τῆς ἰσότητος τοῦ Υἱοῦ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα καὶ ἐν τοῖς ὀπίσω βιβλίοις, τάχα πως ἦν ἤδη πρέπον ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς σαφήνειαν ἐλθεῖν, τὸ περὶ τούτων ἔτι μακρηγορεῖν ἀφέντας εἰς τὸ παρόν. Ἐπειδὴ δέ τις τῶν ἀσυνέτων αἱρετικῶν οὐ λίαν ἀθαύμαστον B παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λαχὼν τῶν ἱερῶν Γραμμάτων τὴν εἴδησιν, τὰ ἐν τῷ προκειμένῳ ἑρμηνεύειν ἐπιχειρῶν, γραφῇ παρέδωκεν οὐ φορητὰς δυσφημίας κατὰ τοῦ Μονογενοῦς, ἀδρανὲς ᾠήθην καὶ λίαν ἀνάρμοστον ἐμαυτῷ πρᾶγμα θέλειν ὑφίστασθαι τὸ σιωπῇ παραδραμεῖν τὴν οὕτω δεινὴν τοῦ μνημονευθέντος ἀπόνοιαν. Οὐκοῦν οἰήσομαι δεῖν ὑπαντῆσαι μὲν κατὰ λόγον αὐτῷ, δεῖξαί τε σαφῶς ὅτι σαθρά τε καὶ γραώδη τὰ παρ' αὐτοῦ μυθάρια, καὶ φρονήσεως μὲν τῆς ἀγαθῆς ἀμοιροῦντα παντελῶς, στροφὰς δὲ εἰκαίων ἔχοντα λογισμῶν. Ἐπ' αὐτῆς δὲ ὑμῖν ἀναγνώσομαι λέξεως, ἃ συνθεῖναι τετόλμηκε, τὴν τοῦ προκειμένου, καθάπερ αὐτὸς ᾠήθη, θεωρίαν ἐξηγούμενος. « Μείζονα δὲ ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα κηρύσσων σαφῶς, οὐ μόνον τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν παρέστησεν εὐγνωμοσύνην, ἀλλὰ C γὰρ καὶ τῶν ἐν ἀμφοτέροις εἶναι νομιζόντων τὸ ψεῦδος διήλεγξε. » Καὶ τὴν Σαβελλίου διὰ τούτων περικροτήσας δόξαν, δεινὸς, ὡς οἴεται, καὶ δριμὺς ἐπιπηδᾷ τοῖς ἐν ἰσότητι πρὸς τὸν Πατέρα τιθεῖσι τὸν Υἱὸν, οὕτω πάλιν εἰπών· « Εἰς τοσοῦτον πάλιν ἀπονοίας προῆλθόν τινες, ὡς μηδὲ ὅλως ἀνέχεσθαι μείζονα εἶναι τὸν Πατέρα τῆς τοῦ Μονογενοῦς θεότητος λέγειν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸν συγκρίσει τῇ περὶ τὴν σάρκα ὑπερέχειν δοκεῖν, μηδὲ κἂν τοῦτο [γρ. κἂν τούτῳ] συνιδεῖν δυνηθέντες, ὡς τὰ ἑτερογενῆ οὐδαμῶς συγκρίνεσθαι δύναται. Οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι ποτὲ ὅτι ἄνθρωπος σοφώτερός ἐστι κτήνους, οὔτε μὴν ἵππος ὀξυτέρως τρέχει χελώνης, ἀλλ' ἄνθρωπον ἀνθρώπου ἐλλογιμώτερον, ἵππον δὲ ἵππου ὀξύτερον φέρεσθαι. Μόνων D τοίνυν τῶν ὁμογενῶν τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν ἐπιδεχομένων, ἀνάγκη αὐτοὺς ὁμολογῆσαι, ὅτι ὁ Πατὴρ μείζων αὐτῆς τῆς τοῦ Μονογενοῦς θεότητος ὑπάρχει. Οἱ γὰρ ἐναντίως σφαλλόμενοι, τῷ πρὸς τὴν σάρκα συγκρίνειν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, τὸ πατρικὸν ἀξίωμα καθαιροῦσι. »

Hæ quidem sunt illius **847** nugæ. Videndum vero quo pacto suis ipse verbis ne sciens quidem pugnet. Laudat enim Filium, ut qui dignam se gratitudinem et æquitatem servaverit, cum dixit : « Pater major me est ; » sed miror qui non in animum istud induxerit. Quid enim, quæso, eum adigebat ut de divinitate sua nunc verba faceret, cum nemo sanus unquam tempus loquendi faciendique opportunum scire neglexerit? Quid, inquam, opus

Ταυτὶ μὲν ἐκείνου τὰ ὑθλώδη ληρήματα. Διασκεπτέον δὲ ὅπως οὐδὲν εἰδότα δείξωμεν ὅτι τοῖς ἰδίοις αὐτὸς μάχεται λόγοις. Ἀποδέχεται μὲν γὰρ τὸν Υἱὸν, ὡς τὴν αὐτῷ πρέπουσαν εὐγνωμοσύνην διατηρήσαντα, τῷ εἰπεῖν· « Ὁ Πατὴρ μείζων μου ἐστί. » Θαυμάζω δὲ ὅπως οὐδὲ ἐκεῖνο κατὰ νοῦν εἰσεδέξατο. Τί γὰρ ἦν ὅλως τὸ ἀναπεῖθον αὐτὸν θεολογίας ἅψασθαι νυνὶ, καίτοι τὸ καιρὸν εἰδέναι τὸν πρέποντα καὶ λόγου καὶ πράγματος οὐκ ἐν τῷ μηδενὶ θείη τίς ἂν, εἴ γε συ-

[44] Philipp. II, 6.

φρονοίη; Τί οὖν ἔδει τῆς οὕτως ἀκαίρου θεολογίας A ἀνιωμένοις τοῖς μαθηταῖς, ἐπείπερ ἔμελλεν ἀποδημεῖν ἀπὸ κόσμου πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Θεόν; Ποῖον γὰρ ἂν ἐποίσειε παραμυθίας τρόπον αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα τυχόν; Ἀνθ' ὅτου δ' ὅλως μονονουχὶ καὶ καταιτιᾶται λέγων· « Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν ὅτι πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι ὁ Πατὴρ μείζων μου ἐστίν; » Ἄρα γάρ, εἰπέ μοι, διακεῖσθαι τοῦτο πρὸς θυμηδίαν ἐποίει τοὺς μαθητάς, ἢ τῆς οὕτω φιλοθέου λύπης ἀπήλλαττεν, ὅτι πρὸς τὸν μείζονα Πατέρα πορεύεται; Εἶτα ποῖον κατίδοι τις ἂν τὸν τῆς παραμυθίας ἐν τούτῳ τρόπον; Καίτοι Φιλίππου μὲν ἐρομένου καὶ λέγοντος· « Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν, » τότε δή, τότε καὶ λίαν εὐκαίρως, ἅτε δὴ καὶ τοῦ τῆς θεολογίας ἐνεστηκότος B καιροῦ, τὸν Πατέρα μὲν ἐν ἑαυτῷ δεικνύς, ἑαυτὸν δ' αὖ πάλιν ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὅτι κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ, τῇ δὲ κατὰ πᾶν ἰσότητι διαπρεπής, ἔφασκε· « Τοσούτῳ χρόνῳ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Ἀλλὰ τότε μὲν εὐκαίρως τὸν ἐπὶ τούτοις ἡμῖν ἐξυφαίνων λόγον εἰκότως ἐθαυμάζετο· νυνὶ δὲ ποῖον ἔχει τὸ πρᾶγμα καιρόν, ἢ ποῖον ὅλως ἐπιδέξεται λογισμόν, ἢ βούλεσθαι μὲν τὴν ἐν τοῖς μαθηταῖς καταρραῖσαι λύπην, φάρμακα δὲ ὥσπερ παραμυθίας αὐτοῖς ἐπινοεῖν, τὸ ἐπιτάξαι χαίρειν, ὅτι πορεύεται πρὸς τὸν Πατέρα; Ἆρ' οὖν οὐκ ἂν γένοιτο καὶ τοῖς λίαν ἀνοήτοις συμφανὲς δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὡς C ἐπείπερ εἰς τὴν ἰδίαν αὖθις παλινδρομῆσαι δόξαν μετὰ Πατρὸς ἠπείγετο, χαίρειν ἐπὶ τούτῳ τοῖς αὐτὸν ἀγαπῶσι διεκελεύετο, ἀξιάγαστον αὐτὸς αὐτοῖς παρακλήσεως καὶ τοῦτον μετὰ τῶν ἄλλων ἐπινοήσας τὸν τρόπον;

Ἀλλὰ παρήσομεν τοῦτο νυνί, καὶ ταῖς ἐκείνου φρενοβλαβείαις οὐ πολὺς ἐγκείσομαι. Φημὶ δὲ δεῖν ἐπ' ἐκεῖνα μᾶλλον ἐλθεῖν· ᾠήθη γὰρ ἴσως τῇ τῆς θεότητος φύσει τὴν σάρκα συγκρίνοντας, ἀνόνητον κομιδῇ ποιεῖσθαι τὴν ἀντεξέτασιν, ὅτε κεκενῶσθαι λέγομεν τὸν Υἱόν, ἐπειδὴ γέγονεν ἄνθρωπος. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω, πόθεν; οἰκετικοῦ δὲ μέτρου καὶ δουλοπρεποῦς ἀξιώματος τὴν θείαν λέγοντες δόξαν, ἠλαττῶσθαί φαμεν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀποκαταστῆσαί γε μὴν εἰς τὸ εἶναι πάλιν ἐν ἴσῳ τῷ φύσαντι, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν, οὐ καινήν, ἢ ἐπίκτητον, οὐδὲ ἀήθη δόξαν ἠμφιεσμένον, ἀλλ' ἐν ἐκείνῃ γεγονότα πάλιν ἐν ᾗπερ ἦν ἐν D ἀρχῇ μετὰ τοῦ Πατρός. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος μυσταγωγός, φημὶ δὲ τὸν Παῦλον, τὴν πρέπουσαν τοῖς ἀνθρώποις ταπείνωσιν οὐκέτι περιτιθεὶς αὐτῷ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν καὶ τὴν ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανούς, ἐπιστέλλει λέγων· « Εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. » Περὶ δὲ ἑαυτοῦ πάλιν· « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καίτοι τί δήποτε πάλιν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἀφίξεσθαι λέγων μετασχηματιοῦντα τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώ-

A erat intempestiva illa deitatis declaratione mœstis discipulis, ex eo quod ad Patrem ac Deum ex hoc mundo esset abiturus? Quam enim consolationis rationem id eis attulisset? Quam autem ob causam propemodum eos accusat, dicens: « Si diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem: quia Pater major me est? » Nunquid enim istud, amabo te, discipulos recreare aut tam pium eorum mœrorem sedare poterat, quod ad majorem Patrem proficiscitur? Quam consolandi rationem hic quisquam reperiet? Nam cum Philippus eum compellaret: « Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis; » tunc opportune admodum, quippe cum divinitatis declarandæ tempus instaret, Patrem quidem in seipso ostendens, et seipsum rursus in B Patre, et nulla in re se eo minorem, sed omnimoda æqualitate conspicuum, aiebat: « Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui videt me, videt et Patrem. Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Ego et Pater unum sumus. » Verum tunc opportune quidem de his verba faciens admirationi erat: nunc autem quam opportune istud dicitur, aut quid rationis habet, tristitiam discipulorum lenire velle, et consolatorium quoddam eis pharmacum adhibere, dum gaudere jubentur, quia vadit ad Patrem? Nunquid ergo rudibus ac imperitis vel ex ipsa re liquido patet quod, cum ad suam reverti vellet gloriam cum Patre, eam ob rem diligentibus se C gaudere jussit, hunc ipsum porro cum aliis consolationis modum excogitans?

Verum ista nunc omittemus, nec illius insaniam multum urgebimus. Ad illud potius veniendum censeo, quod putavit vanam esse comparationem qua deitatis naturæ caro comparatur, cum exinanitum esse Filium dicimus, quando factus est homo. Verum non ita **848** res est: absit! sed servilis conditionis ac dignitatis divinam gloriam cum dicimus, minorem esse Patre Filium asserimus, in quantum factus est homo, tamen in Patris æqualitatem restitutum esse, postquam hinc ad cœlos ascendit, non nova, neque adventitia, nec inusitata gloria vestitum, sed illa denuo fruentem in qua erat D initio cum Patre. Unde Paulus doctor ille divinus convenientem hominibus humilitatem non jam ei post resurrectionem a mortuis et in cœlos ascensionem attribuens, scribit in hæc verba: « Si enim cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus [67]. » Rursus autem de seipso: « Paulus Apostolus Jesu Christi, non ex hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum [68]. » At cur cum eum ad nos venturum diceret, ut corpus humilitatis nostræ configuraret corpori gloriæ suæ [69], negat modo, dicens se non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum

[67] II Cor. v, 16. [68] Galat. I, 1. [69] Philipp. III, 21.

Christum electum fuisse in apostolatum? Quid A autem, quæso, eum non nosse secundum carnem ait? Nunquid, amabo te, Dominum negavit qui eam redemit? absit! recte enim sapit. Perfecto quippe et ad exitum perducto tempore exinanitionis sive humiliationis Unigeniti, non ex eo quod exinanitus cernitur, sed ex eo potius quod secundum naturam est Deus, prædicare ipsum et agnoscere nititur. Concesso enim et admisso quod homo factus sit, illud demum doceri fideles oportebat, Deum quoque esse secundum naturam: ideoque divinis potius de eo sermonibus quam aliis oblectatur. Miror autem quo pacto non erubescat, dicens quod, cum sola homogenea comparationem inter se suscipiant, ipsos fateri necesse B sit Patrem Unigeniti deitate majorem exsistere. Non sentit enim, ut videtur, sua se verba armare in seipsum. Respondeat enim commodum id nobis sciscitantibus: Illæ homogeneorum inter se comparationes quibusnam ex rebus convenientius peraguntur? An ex iis quæ sunt juxta communem naturæ rationem? an ex iis quæ habet unumquodque eorum quæ adsunt et absunt, inexsistunt et non inexsistunt justas ob causas? Verbi gratia (idem enim exemplum afferam quod ipse nobis protulit), si quis hominem homini comparare velit, ad unam et communem substantiæ **849** rationem respiciens, nullam in utroque reperiet differentiam. Nec enim homo differt ab homine, quatenus C est animal rationis compos, mortale, intelligendi et sciendi capax: hæc enim in omnibus una est ipsius substantiæ definitio; sed nec equus ab equo, qua nimirum est equus; sed hominem ab homine differre dicimus quod hic grammaticam, verbi gratia, calleat, ille non item, aut modis aliquibus aliis. Atqui hæc non attingunt substantiam, verum aliam potius causam nacta videntur. Sed et equus equo velocior est, aut corpore minor, aut major; verumtamen hæc in ratione substantiæ sita esse non comperiemus. Alioqui enim quæ inter se conferuntur nullo modo invicem differrent. Quomodo enim homo, verbi gratia, minor aut major homine alio censeretur, in quantum sunt homines? Quapropter in omnibus homogeneis æqualia sunt na- D turalia; diversa autem reperiuntur quæ inexsistunt, et secundum accidentis rationem extrinsecus adveniunt. Igitur, cum juxta illius propositionem aut sententiam (huic enim insistam), sola homogenea comparationem inter se proprie suscipiant, primum fateatur Filium ejusdem esse cum Patre generis, id est consubstantialem (sic enim capiendum est homogeneum: hominem enim homini comparari debere fassus est, et equum equo), causamque tandem doceat, ob quam Filius, qui cum Deo ac Patre comparatur, utpote ejusdem cum ipso generis, aliqua ex parte minor sit. Ubinam autem minorem esse comperiemus, cum in homogeneis una sit definitio substantiæ? Ratio enim cujusque substantiæ in quibusdam perfecta, in aliis

A ματι τῆς δόξης αὐτοῦ, νῦν ἐξαρνεῖται λέγων οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, καίτοι προκεχειρισμένος εἰς ἀποστολὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ; Τί δὲ ὅλως αὐτὸν οὐκ εἰδέναι κατὰ σάρκα φησίν; Ἆρ' οὖν, εἰπέ μοι, τὸν ἀγοράσαντα αὐτὴν Δεσπότην ἠρνήσατο; μὴ γένοιτο· φρονεῖν γὰρ ὀρθῶς. Τετελειωμένου γὰρ ἤδη καὶ εἰς πέρας ἥκοντος τοῦ καιροῦ ἐπὶ τῆς νοουμένης τῷ Μονογενεῖ κενώσεως, ἤτοι ταπεινώσεως, οὐκ ἐξ ὧν ὁρᾶται κεκενωμένος, μᾶλλον δὲ ἐξ ὧν ἐστι κατὰ φύσιν Θεὸς, διακηρύττειν τε αὐτὸν καὶ ἐπιγινώσκειν ἐπείγεται. Γνωσθέντος γὰρ ἅπαξ καὶ παραδεχθέντος τοῦ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, ἔδει λοιπὸν ἐκεῖνο διδάσκεσθαι τοὺς πεπιστευκότας, ὅτι καὶ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, διὰ τοῦτο μᾶλλον τοῖς θεοπρεπέσι περὶ αὐτοῦ λόγοις, ἢ τοῖς ἑτέροις ἐφήδε- B ται. Θαυμάζω δὲ ὅπως οὐκ ἐρυθριᾷ, λέγων, ὡς ἐπείπερ μόνα τὰ ὁμογενῆ τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν ἐπιδέχεται, ἀνάγκη αὐτοὺς ὁμολογῆσαι, ὅτι ὁ Πατὴρ μείζων τῆς τοῦ Μονογενοῦς θεότητος ὑπάρχει. Οὐκ αἰσθάνεται γὰρ, ὡς εἰκὸς, τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ ἐξοπλίσας λόγον. Λεγέτω γὰρ ἡμῖν ἐκεῖνο χρησίμως ἐρέσθαι βουλομένοις· Αἱ πρὸς ἄλληλα τῶν ὁμοειδῶν συγκρίσεις ἀπὸ ποίων μᾶλλον ἐπιτελοῖντο πρεπωδέστερον; Ἆρ' ἐξ ὧν εἰσι, κατά γε τὸν τῆς φύσεως κοινὸν λόγον, ἢ ἐξ ὧν ἕκαστον ἔχει τῶν ὅσα προσγίνεταί τε καὶ ἀπογίνεται, ἐνυπάρχει τε καὶ οὐκ ἐνυπάρχει, δι' αἰτίας εὐλόγους; Οἷον δὲ δή τί φημι (παραθήσω γὰρ ἐκεῖνο λαβὼν ὅπερ αὐτὸς ἡμῖν εἰσκεκόμικεν εἰς παραδείγματος λόγον), εἴ τις ἀν- C θρώπῳ τὸν ἄνθρωπον ἐθελήσαι συγκρίνειν, εἰς μὲν τὸν ἕνα καὶ κοινὸν τῆς οὐσίας ἀποβλέψας λόγον, οὐδεμίαν ἐπ' ἀμφοῖν εὕροι διαφοράν. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπου διοίσει ποτὲ κατά γε τὸ εἶναι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Οὗτος γὰρ ἐν ἅπασιν εἷς τε τῆς οὐσίας αὐτῆς ὅρος· ἀλλ' οὐδ' ἵππος ἵππου, κατ' αὐτό γε τοῦτο τὸ ἵππος εἶναί φημι. Διαφέρειν δὲ ἄνθρωπον ἀνθρώπου, καθ' ἥντινα οὖν ἐπιστήμην, οἷον γραμματικὴν, ἢ καὶ καθ' ἑτέρους τινὰς τοιουτουσὶ τρόπους. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ ἅψεται τῆς οὐσίας, αἰτίαν δὲ μᾶλλον ἑτέραν λαχόντα φαίνεται. Ἀλλὰ καὶ ἵππος μὲν ἵππου δρομικώτερος, ἢ κατὰ σῶμα μείων ἢ περιληπθέστερος [γρ. περιλιπέστερος], πλὴν τὴν ἐν τούτοις πλεονεξίαν ἤτοι τὴν ἐλάττωσιν οὐκ ἐν ὅρῳ κειμένην τῷ τῆς οὐ- D σίας εὑρήσομεν· ἢ γὰρ ἂν κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διήνεγκε τὰ εἰς σύγκρισιν ἀναβαίνοντα τὴν πρὸς ἄλληλα. Μείων γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπου τυχὸν ἤγουν τὸ μεῖζον ἔχων, καθόπερ εἰσὶν ἄνθρωποι, πῶς ἂν ὅλως νοοῖτο καὶ λέγοιτο; Οὐκοῦν, ἐν ἴσῳ μέτρῳ πᾶσι τοῖς ὁμοειδέσι τὰ φυσικὰ, διάφορα δὲ τὰ ἐνόντα φαίνεται, καὶ κατὰ τὸν τοῦ συμβεβηκότος ἔξωθεν ἐγκείμενα λόγον. Οὐκοῦν, ἐπειδήπερ κατὰ τὴν ἐκείνου πρότασιν ἤτοι φωνὴν (ἀνθέξομαι γὰρ αὐτῆς) μόνα τὰ ὁμογενῆ τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν οἰκειότερον ἐπιδέξεται, ὁμολογείτω πρῶτον ὡς ὁμογενής ἐστιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, τοῦτ' ἔστιν, ὁμοούσιος· οὕτω γὰρ νοήσεις τὸ ὁμογενές· ἄνθρωπον γὰρ ἀνθρώπῳ συγκρίνεσθαι δεῖν ἐδοκίμασεν, ἀλλὰ καὶ ἵππον ἵππῳ)· καὶ διδασκέτω λοιπὸν τὴν αἰτίαν δι' ἣν ὁ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ συγ-

A κρινόμενος Υἱὸς, ὡς ὁμογενὴς αὐτῷ, τὴν κατά τι γοῦν ἐλάττωσιν ἔχει. Ποῦ δὲ τὸ μεῖον εὑρήσομεν, ὅτε τοῖς ὁμογενέσιν εἷς ἂν ὑπάρχοι τῆς οὐσίας ὅρος; Ἑκάστης γὰρ οὐσίας ὁ περὶ αὐτῆς λόγος οὐ τέλειος μὲν ἔν τισιν, ἀτελὴς δὲ ἐν ἑτέρῳ φαίνεται, ἀλλ' εἷς καὶ ἴσος ἐπὶ πάντων φαίνεται· αἰτίας γε μὴν ἑτέρας ἔχειν φαμὲν τῶν συμβεβηκότων ἕκαστον, ἤτοι προσγεγονότων καθ' ὁνδηποτοῦν τρόπον. Αὐτὸ δὲ δὴ πάλιν ὑπὲρ σαφηνείας τῶν εἰρημένων τὸ ἐξ ἀρχῆς παροίσω παράδειγμα. Ἄνθρωπος μὲν ἀνθρώπου διοίσει μὲν ὅλως οὐδὲν, καθόπερ εἰσὶν ἄνθρωποι τυχόν· ἀλλ' ὁ μέν τίς ἐστιν εὐσεβὴς, ὁ δὲ κακόνους, καὶ ὁ μὲν ἀσθενὴς καὶ λελωβημένος τὸ σῶμα, σῶος δὲ καὶ εὔρωστος ἕτερος, καὶ ὁ μέν τις βάσκανος, ὁ δὲ ἀγαθός. Ἀλλ' ὅταν τις τούτων τὰς αἰτίας ἀκριβῶς κατασκέπτηται, τὸν μὲν τῆς αἰτίας [γρ. οὐσίας] ὅρον οὐκ B αἰτιάσεται, πάθεσι δὲ μᾶλλον σωματικοῖς ἤγουν ψυχικοῖς ἀνατίθησι τὰς αἰτίας. Ἑνὸς τοιγαροῦν νοουμένου τε καὶ ὄντος ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τῆς θεότητος ὅρου, ἢ ὅπως ἄν τις εἰπὼν οὐκ ἂν τοῦ πρέποντος ἐξοίχοιτο (συγκρίνονται γὰρ ὡς ὁμογενεῖς, κεχρήσομαι δὲ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ θεωρήματος καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις), διδασκόντων οἱ τάλανες τί ἄρα νομίζουσι παρασκευάσαι τὸν Υἱὸν ἐν ἐλάττοσιν εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; Ἆρα πάθος, ἢ ῥᾳθυμία καὶ ὅσα συμβαίνειν οἶδε τοῖς γενητὴν ἔχουσι τὴν φύσιν; Εἶτα τίς οὕτω ληρήσει καὶ διακείσεται παραλόγως, ὡς καὶ μόνον ἀνασχέσθαι κἂν γοῦν εἰς οὖς ἑλέσθαι τὴν βλασφημίαν; Ὅτε τοίνυν, ὡς ὁμογενὴς ὑπάρχων τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ, Θεός ἐστι δηλονότι κατὰ φύσιν καὶ αὐτὸς (συγκρίνεται γὰρ τῷ Πατρὶ, διακωλύσει δὲ οὐδὲν τὸ ὡσαύτως ἔχειν τῷ φύσαντι), πῶς ἐλάττων ἐστίν;

A imperfecta non cernitur, sed una et æqualis videtur in omnibus : causas tamen alias contingentibus, aut iis quæ quovis modo accidunt, esse dicimus. Quod ut pateat, utar exemplo jam allato. Homo enim ab homine nullo modo differt, in quantum sunt homines : sed hic quidem est pius, ille nequam; hic infirmus ac corpore mutilus, alter firmus ac sanus; ille probus, hic malignus. Sed si quis horum causas attentius inspexerit, substantiæ quidem definitionem non incusabit, sed corporis potius et animi affectionibus causas attribuet. Cum ergo una censeatur et sit in Patre ac Filio deitatis definitio, aut quomodocunque **850** eam nomines (comparantur enim ut qui sint ejusdem generis, utarque eorum verbis ob neces- B sariam rei explicationem), doceant miseri quidnam effecisse putent ut Deo ac Patre minor sit Filius? Num morbus, num segnities et quæcunque accidere solent iis quibus est natura creata? At quis ita delirus et ab omni ratione alienus erit, ut tantam blasphemiam vel in aures admittere velit? Cum ergo, ut qui ejusdem est cum naturali Deo generis, Deus ipse quoque sit secundum naturam (comparatur enim Patri, nec quidquam prohibet quominus sit Patri similis), quomodo minor est?

Ἐπειδὴ δὲ ἀμαθέστατά τε καὶ ἀλογώτατα ἐν τοῖς C προκειμένοις διεξιὼν, οὐ κατέδεισεν εἰπεῖν ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ὅτι μείζων ὁ Πατὴρ τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ, φέρε τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸν λόγον βραχύ τι περιστείλαντες, καὶ τῆς τῶν προκειμένων ἐννοίας ἀποδιελόντες διὰ τὸν ἔλεγχον, τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ τῇ τοῦ Πατρὸς συγκρίνωμεν, κατά γε τὸν ἐκείνων λόγον, ἐκεῖνο δὴ πρῶτον εἰπεῖν ἀπαιτήσαντες τὸν τοῦτο φάναι τολμήσαντα, πότερόν ποτε Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν ὑπάρχειν οἴεται τὸν Υἱὸν, ἢ ἕτερον μέν τι παρὰ τοῦτο, τετιμῆσθαί γε μὴν τῇ τῆς θεότητος κλήσει, καθάπερ οὖν ἀμέλει πολλοὶ μὲν ἐν οὐρανῷ θεοὶ καὶ κύριοι, πολλοὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἶναι λέγονται. Διαβεβαιουμένου μὲν γὰρ ψιλῇ δεδοξάσθαι προσηγορίᾳ τῆς θεότητος, φημὶ, τὸν Υἱὸν, μὴ μὴν καὶ ὑπάρχειν κατὰ φύσιν αὐτὸν ἀληθῶς τοῦθ' D ὅπερ εἶναι καὶ λέγεται, τὰ εἰκότα φρονοῦντες ὑπαντήσομεν, διαῤῥήδην ἀνακεκραγότες· Ὦ τᾶν, ὡς εἰ μὴ φύσει Θεός ἐστι, κτίσματι προσκυνοῦμεν ἔτι παρὰ τὸν Κτίσαντα, καὶ οὐχὶ μόνον ἡμεῖς οἱ τόνδε περίγειον ἔχοντες χῶρον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἡ πληθύς. Κατηγορήσομεν δὲ καὶ παντὸς ἁγίου λοιπὸν, Θεὸν αὐτὸν κατὰ φύσιν εἰρηκότος καὶ ἀληθινόν· μάλιστα δὲ πάντων αἰτιασόμεθα τὸν μακάριον Ἰωάννην εἰρηκότα περὶ αὐτοῦ· « Οἴδαμεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν ἵνα γινώσκομεν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ

C Quoniam autem veritatis hostis stultissime dicere veritus non est deitate Filii majorem esse Patrem, agedum incarnationis sermonem paululum contrahentes, et a rerum propositarum sensu avellentes propter reprehensionem, deitatem Filii, ut ipsi loquuntur, cum Patris deitate conferamus, rogantes ut qui talia dicere ausus est primum respondeat, utrum Filium, Deus cum sit secundum naturam, Deum esse putet, an aliquid aliud præter istud, verumtamen appellatione deitatis ornatum, quemadmodum nempe multi sunt in cœlo dii ac domini, multique etiam in terra esse dicuntur. Nam si probetur nuda tantum appellatione deitatis ornatum esse Filium, ipsum tamen non esse vere id quod esse dicitur, jure merito palam et publice D inclamabimus : nos, si natura Deus non est, adorare etiamnum creaturam, non Creatorem, neque nos tantum qui terrenam hanc regionem incolimus, sed et ipsam sanctorum angelorum multitudinem. Quin et sanctos omnes accusabimus, quicunque Deum ipsum secundum naturam ac verum prædicarunt; sed maxime omnium beatum Joannem, qui de ipso scripsit : « Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus, et vita æterna [70]. » Quod si Scripturam reveritus, Deum vere

[70] I Joan. v, 20.

A ipsum nuncupabit, et ita esse sentiet, atque hoc modo aliqua saltem ex parte minorem esse Patre existimat; numquid alium nobis Deum invexit a naturali quidem cum Patre relatione penitus resectum, et qui propria quidem in hypostasi aliqua esse concipiatur, non tamen in Dei ac Patris substantia **851** inexsistat? Nemini, opinor, obscurum istud est. Nam si nihil seipso majus est aut minus, sed aliquo minore majus, aut majore aliquo minus, nunquid necesse est duos plane fateri Deos esse secundum naturam ac veros, ut hic quidem major intelligatur, ille vero ipso minor? Igitur periit funditus Ecclesiæ fides, si credimus illis, nec unus super nos est Deus, sed duo. Cujusnam ergo templa dicti sumus, secundum Scripturas, nisi ejus qui suum in nostris animabus Spiritum collocavit? Cum ergo inveniamus ex sacris Litteris non Patris solum, sed et Filii Spiritum nuncupari, quid philosophabimur? Aut quid sentire nos decebit? Utro amborum rejecto, alterum esse Deum dicemus? Nam si duos Deos, minorem et majorem admittemus, et ambos in nostris animis inhabitare dicemus per proprios ac peculiares Spiritus, templa Deorum facti demum deprehendemur: et duo in nobis Spiritus habitant, major nimirum et minor, pro ratione naturæ eorum qui ipsos dederunt. Quis ergo talia istos vomentes feral? Aut quis eorum qui apud illos sunt, indoctum ac valde ridiculum sermonem esse non videbit, si eorum quæ antea diximus sensum attendat? Sed forsan coactus duos secundum naturam fateri Deos, siquidem major hic est, ille minor, ad illud sibi tritum ac familiare se conferet, nempe ut propriam et peculiarem quamdam naturam Filium habere dicat, si nec creata prorsus exsolutus sit, neque adeo Dei ac Patris natura plane excidat. Nam qui creaturam aut opus dicere aperte non verentur, ad istiusmodi verborum confugiunt elegantias, urbaniorem quodammodo excogitantes blasphemiam. Cum ergo ita se habere Filium dicant, ut neque Deus secundum naturam in totum sit, nec inter creaturas plane censeatur, sed medium quemdam exsistere, ut et Dei ac Patris dignitate sit inferior, et supra creaturarum gloriam emineat: primum quidem dicemus nullam esse rationem quæ eis permiserit decernere ac loqui quæ velint. Aut enim fidem nobis ex sacris divinisque Litteris faciant, aut si nulla ex parte probare possunt quod dicunt, pudeat ipsos ex suo sensu de fide statuere. Veruntamen cum præ mentis inopia temere id effuderint, ad eorum propositionem me convertam, et sic eos rursus aggrediar.

ἀληθινῷ αὐτοῦ Υἱῷ Ἰησοῦ Χριστῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος.» Εἰ δὲ πᾶσαν ὁμοῦ δυσωπούμενος τὴν θεόπνευστον Γραφὴν, Θεὸν ὄντως αὐτὸν προσερεῖ καὶ ὑπάρχειν οὕτω διακείσεται, πιστεύειν τε οὕτω μειονεκτεῖσθαι τοῦ Πατρὸς κατά τι γοῦν ὅλως ὑπολαμβάνει· ἆρ' οὐχ ἕτερον ἡμῖν εἰσκεκόμικε Θεὸν, τῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως φυσικῆς ὁλοκλήρως διακεκομμένον, καὶ ἐν ἰδίᾳ μέν τινι νοούμενον ὑποστάσει, μὴ μὴν ἐνυπάρχειν τῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίᾳ; Ἀλλ', οἶμαι, δῆλον ἅπασι τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Εἰ γὰρ οὐδὲν ἑαυτοῦ μεῖζον ἢ ἔλαττον, ἀλλ' ἐλάττονος μέν τινος μεῖζόν τι νοεῖται, μείζονος δέ τινος ἔλαττον, πότερόν πως οὐκ ἀνάγκη δύο δὴ πάντως ὁμολογῆσαι Θεοὺς κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινοὺς, ἵνα ὁ μὲν νοῆται μείζων, ὁ δὲ ἐλάττων B αὐτοῦ; Οὐκοῦν οἴχεται μὲν ἤδη καὶ ἀνατέτραπται κατ' ἐκείνους τῆς Ἐκκλησίας ἡ πίστις· Θεὸς δὲ οὐχ εἷς ἐφ' ἡμᾶς, ἀλλὰ δύο λοιπόν. Τίνος οὖν ἄρα ναοὶ κεχρηματίκαμεν, κατὰ τὰς Γραφάς; ἢ δῆλον ὅτι τοῦ τὸ ἴδιον Πνεῦμα ταῖς ἡμετέραις ἐγκατοικήσαντος [γρ. ἐγκατοικίσαντος] ψυχαῖς; Ὅταν οὖν εὑρίσκωμεν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, οὐχὶ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ Πνεῦμα λεγόμενον, τί λογισόμεθα; Τί δὲ προσῆκε φρονεῖν; Τίνα τῶν δύο παρωσάμενοι, τὸν ἕτερον εἶναι Θεὸν λέγομεν; Εἰ μὲν οὖν δύο Θεοὺς, τὸν ἐλάττω τε καὶ τὸν μείζω παραδεξόμεθα, ἄμφω τε ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐναυλίζεσθαι φήσομεν διὰ τῶν ἰδίων Πνευμάτων, ναοὶ Θεῶν ἤδη γεγονότες ἁλωσόμεθα· δύο δὲ ἡμῖν ἐνοικεῖ Πνεύματα, μεῖζόν τε καὶ ἔλαττον, ἀναλόγως τῇ φύσει τῶν C δεδοκότων αὐτά. Τίς οὖν ἄρα τῶν τοιούτων ἐμετῶν ἀνέξεται; Τίς δὲ τῶν παρ' ἐκείνοις ἀμαθῆ τε καὶ γελοιότατον οὐ κατόψεται λόγον, τὴν τῶν εἰρημένων ἀρτίως ἡμῖν διασκεψάμενος ἔννοιαν; Ἀλλ' ἴσως ἀναγκαζόμενος δύο κατὰ φύσιν ὁμολογῆσαι Θεοὺς, εἴπερ ὁ μέν ἐστι μείζων, ὁ δὲ ἐλάττων, ἐπ' ἐκεῖνο βαδιεῖται τὸ σύνηθές τε καὶ τετριμμένον αὐτῷ, φημὶ δὴ τὸ φύσιν ἰδίαν τινὰ λέγειν ἔχειν τὸν Υἱὸν, εἰ μήτε τῆς γενητῆς ἀπήλλακται παντελῶς, μήτε μὴν ὁλοκλήρως ἀποπίπτει τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Οἱ γὰρ κτίσμα καὶ ποίημα λέγειν ἐναργῶς οὐ παραιτούμενοι, ἐπὶ τὰς τῶν τοιούτων ῥημάτων καταφεύγουσι κομψείας, ἀστειοτέραν ὥσπερ ἐπινοοῦντες τὴν δυσφημίαν. Ὅταν τοίνυν οὕτως ἔχειν λέγωμεν [γρ. D λέγωσιν] τὸν Υἱὸν, ὡς μήτε Θεὸν κατὰ φύσιν ὁλοκλήρως ὑπάρχειν αὐτὸν, μήτε μὴν ἐν κτίσμασιν ὁλοκλήρως τελεῖν, εἶναι δέ τινα μέσον, ὡς καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀξίας ἀπολιμπάνεσθαι, καὶ τὴν τῶν κτισμάτων ὑπεράλλεσθαι δόξαν· πρῶτον μὲν ἐροῦμεν, ὡς οὐδεὶς αὐτοῖς ἐπέτρεψε λόγος νομοθετεῖν ἃ βούλονται καὶ λαλεῖν. Ἢ γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν ἱερῶν τε καὶ θείων πληροφορούντων Γραμμάτων, ἢ μηδαμόθεν μεμαρτυρημένον τὸν ἴδιον ἔχοντες λόγον, αἰσχυνέσθωσαν τὰ ἀπὸ γνώμης ἰδίας ἐπὶ πίστει διοριζόμενοι. Πλὴν ἐπείπερ αὐτοῖς καὶ τοῦτο παρέστη ἐξ ἀκρίτου λέγειν φρενοβλαβείας, ἐπὶ τὴν αὐτῶν βαδιοῦμαι πρότασιν, ἐρῶ δὲ δὴ πάλιν.

Si sola homogenea comparationem inter se proprie susceperint, et seipsum proprie **852** Deo ac Patri comparari Filius voluit, apertissime dicens: «Pater major me est,» quomodo necesse non est

Εἰ γὰρ μόνα τὰ ὁμοειδῆ τὴν πρὸς ἄλληλα σύγκρισιν κυρίως ἂν ἐπιδέξαιτο, συγκρίνεσθαι δὲ δεῖν ἑαυτὸν κυρίως τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δεδοκίμακεν ὁ Υἱὸς, σαφέστατα λέγων· «Ὁ Πατὴρ μείζων μού ἐστι,» πῶς

οὐκ ἀνάγκη τοιοῦτον νοεῖσθαι καὶ τὸν Πατέρα, ὁποῖος ἂν λέγοιτο παρ' ὑμῶν ὁ Υἱός; Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Ὅλον ὑμῖν εἰς τὸ μηδὲν καταστρέφει τὸ θεώρημα. Ἕως μὲν γὰρ μείζων λέγεται τοῦ Υἱοῦ παρ' ὑμῶν ὁ Πατὴρ, ἡ δὲ κτίσις ἐλάττων, μέση τις ἦν καθ' ὑμᾶς ἡ τοῦ Μονογενοῦς φύσις. Καταβιβασθείσης δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς εἰς τὴν Υἱοῦ, τίνος ἔσται μέσος λοιπὸν, οὐκ ὄντος ἔτι τοῦ ὑπερκειμένου καὶ ὑπερέχοντος; Εἰ δὲ, καθά φησιν, ὡς ὁμογενὴς ὁμογενεῖ τῷ Πατρὶ συγκρίνεται, πῶς οὐχ εἷς ἐπ' ἀμφοῖν ὁ τῆς οὐσίας ἔσται λόγος; Παραιτούμενοι δὲ τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τῷ Πατρὶ, τιθεῖν δὲ μᾶλλον αὐτὸν ἐν ἐλάττοσι, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς κατεσπάσατε δόξαν εἰς τὴν τοῦ καθ' ὑμᾶς ἐλάττονός τε καὶ μειονεκτουμένου, ἆρ' οὐχ ὁρᾶτε λοιπὸν ἀκάνθης δίκην ἀνατέλλουσαν τὴν δυσφημίαν; Ἆρ' οὐχὶ ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα τὴν τῶν οὕτω διακειμένων καρδίαν παρενοχλεῖ; Τί τοίνυν, ἀφέντες τὸν εὐθῆ τῆς ἀληθείας λόγον, εἰς τοσαύτην ἀτοπίαν παρελαύνετε λογισμῶν; Δότε δὴ, δότε τῷ ὁμογενεῖ καθ' ὑμᾶς τὸ ἐν ἰσότητι κεῖσθαι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Οὕτω γὰρ εἷς ἔσται Θεὸς, ἐν ἁγίᾳ τε καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι προσκυνούμενός τε καὶ δοξολογούμενος, πρός τε ἤδη ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

Καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται πιστεύσητε.

Ἀσφαλὲς ἐνέχυρον τῶν ἔσεσθαι προσδοκωμένων ἡ περὶ αὐτῶν ὁρᾶται πρόῤῥησις. Βεβαιοῖ τοιγαροῦν τῶν μαθητῶν τὴν καρδίαν, καὶ ἀραρότως φρονεῖν ἀναπείθει Χριστὸς, ὅτιπερ ἄνεισιν ἀληθῶς πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεὸν, συμβασιλεύσων τε αὐτῷ καὶ συνεδρεύσων, ὡς Θεὸς, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς γεγεννημένος. Μὴ γὰρ δὴ, φησὶ, τὴν ἐμὴν ἀπόλειψιν, τὴν κατὰ σάρκα καὶ ἐμφανῆ (συνέσομαι γὰρ ὑμῖν, ὡς Θεὸς, διὰ παντὸς), ἐν ἴσῳ λογίσησθε τῆς τῶν ἁγίων προφητῶν. Οἱ μὲν γὰρ, ἅτε δὴ καὶ ἀπὸ γῆς γεγονότες καὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει τὸ χρεὼν ἀποτίσαντες, συνεστάλησάν τε καὶ κεχωρήκασιν εἰς τὸν ἀνθρώποις πρέποντα νόμον· Θεὸς δὲ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἐγὼ, οὐκ ἐν ἴσῳ μέτρῳ τοῖς δι' ἐμαυτοῦ γεγονόσι κείσομαι, τὸν τῆς ἀναστάσεως περιμένων καιρόν· ζῶ γὰρ ἀεὶ, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων· καὶ ἀποστελῶ τὸν Παράκλητον, ἐπιδώσω δὲ ὑμῖν καὶ εἰρήνην τὴν ἐμὴν, καὶ οὐ διαψεύσομαι, ἀλλ' ἵνα τυχόντες τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λελαμπρυσμένοι χάριτι, τοῖς ἐμοῖς λόγοις ἐπιψηφίσεσθε τὴν ἀλήθειαν, εἰς ἀνάμνησιν, ὡς ἔφην, μετὰ τὴν πεῖραν ἐρχόμενοι, καὶ ἵνα πιστεύσητε πεπηγότως ὅτι σύνειμι καὶ συμβασιλεύω τῷ Πατρὶ, προδιείλεγμαι ταυτὶ καὶ λελάληκα πρὸς ὑμᾶς. Ἐξεγγυήσεται τὴν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀλήθειαν τοίνυν τῆς ἐπαγγελίας τὸ πέρας. Εἰ γὰρ μὴ ζωὴ, φησὶν, εἰ μὴ συνεδρεύω τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, πῶς ἂν αὐτὸς ἐπιδοίην τὰ θεῖα καὶ πνευματικὰ χαρίσματα; Διανεμῶ δὲ, καθάπερ ἐπήγγελμαι, χορηγήσω δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ τὴν εἰρήνην. Εἶτα πῶς οὐκ ἀναμφίλογον ὅτι ζωή εἰμι καὶ συμβασιλεύω μετὰ Πατρός; Οὐ γὰρ τοῦ μὴ ὄντος, ἢ μηδὲν ἰσχύοντος ἔργον ἐστὶ, τὸ τοῖς θείοις καταλαμπρύνειν χαρίσμασι τοὺς ἀγαπῶντας

A talem quoque Patrem conseri, qualis a vobis Filius dicitur? At quidnam inde sequitur? Omnis illa vestra in nihilum abit propositio. Quatenus enim Pater a vobis major Filio dicitur, creatura autem minor, media quædam est ex sententia vestra natura Unigeniti. Natura autem Patris in Filii naturam depressa, cujusnam tandem erit medius, si non sit qui supra sit positus et emineat? Quod si, ut aiunt, ut homogeneus Patri comparatur, quomodo non una in ambobus erit substantiæ ratio? Cum autem Patris gloriam ad ejus qui ex vestra sententia minor est, gloriam deducatis, Filium consubstantialem esse Patri fateri nolentes, sed eum potius minorem esse statuentes, nunquid spinæ instar succrescere blasphemiam animadver- B titis? Nonne radix amaritudinis sursum germinans eorum qui ita sentiunt cor obturbat? Cur itaque, relicta veritatis recta ratione, in tantam ratiocinationum absurditatem deflectitis? Date, quæso, date homogeneo, ut vultis, Filio, cum Deo ac Patre æqualitatem. Sic enim unus erit Deus quem in sancta et consubstantiali Trinitate, cum nos ipsi, tum sancti angeli, adoramus et glorificamus.

XIV, 29. *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis.*

Certum pignus eorum quæ fore speramus eorum est prædictio. Confirmat igitur cor discipulorum, et firmiter credere jubet Christus se vere ad Patrem cœlestem reverti, regnaturum cum eo atque C una consessurum, ut qui Deus sit, et ex ipso secundum naturam ut Deus genitus. Nec enim de mea absentia, inquit, secundum carnem (semper enim vobiscum ero, ut Deus), perinde ac de sanctorum prophetarum absentia judicate. Hi enim, de terra conditi et suæ naturæ debitum persolventes, subtracti sunt, et legem hominibus convenientem inierunt: Deus autem cum ego sim secundum naturam, non perinde ac homines per me facti, resurrectionis tempus exspectabo: vivo enim semper, vita cum sim secundum naturam; et mittam Paracletum, meamque vobis pacem dabo, neque mentiar, sed ut promissionis compotes et sancti Spiritus **853** illustrati gratia, mea verba vera D esse fateamini, in recordationem, uti dixi, facto rei periculo adducti, et ut firmiter credatis me una esse ac simul cum Patre regnare, ista prædixi et locutus sum vobis. Veritatem igitur sermonum promissionis exitus comprobabit. Nam si vita non sum, inquit, si non una cum Deo ac Patre sedeo, quonam pacto ipse divina et spiritalia dona dederim? Distribuam vero, sicuti promisi, et largiar Spiritum et pacem. At quomodo non certum et indubitatum est me vitam esse, et regnare una cum Patre? Divinis quippe donis illustrare diligentes se, opus non est ejus qui non sit, aut nihil possit, sed ejus qui est ac potest, ac in perpetuum regnat. Quod ergo non frustra rerum futurarum prædictionem fecerit, his verbis docuit Christus.

Ut enim certiorem ejus rei fidem haberent, renovata rerum ante promissarum memoria cum donorum facti essent compotes, dissertationem hanc cum iis habitam esse ait.

XIV, 30, 31. *Jam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam; sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*

Quasi Judæi jam adfuturi essent cum ea qua stipandi erant cohorte ejusque principe et antesignano, qui se traditurum eum pollicitus erat, et comprehensuri tandem, nec multo post in crucem et quæ crucem antecedere debebant supplicia deducturi, loqui tandem cessaturum se dixit: contractum quippe tempus et vix ejus aliquid superesse. Judæorum enim crudelitate in me sæviente, et jam intra portas ipsas exsistente, non jam alloquendi vos, sed patiendi tempus imminet. Quippe « venit princeps mundi hujus, inquit, et in me non habet quidquam. » Moriar vero, idque perlibenter, et pro vita omnium mortem perpetiar, Patris nempe reverentia et dilectione erga eum, ultro me etiam iis quibus mens repugnat ingeram, ut ejus voluntatem impleam. Atque hic quidem loci propositi scopus ex his verbis manifestus esse potest. Sed subtilius eum enodantes dicimus, Adamum quidem generis nostri auctorem, quia datum mandatum violaverat, exsecratione divina mortem subiisse, ipsumque cum a **854** seipso, tum a diabolo accusatum; videri tamen id passum esse justis de causis: nec enim injuste puniuntur qui præ animi segnitie peccant; secundum vero Adam, id est Dominum nostrum Jesum Christum, nullius plane rei accusari posse: quippe « qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [71], » mortem pro nobis pertulit, nullius plane criminis conscius, sed seipsum pro vita omnium redemptionis pretium Patri offerens, quia Patrem diligit mundi salutem sitientem. Est autem diligentis Patrem, omnino facere voluntatem ejus, et quod necessarium visum sit, non pro nihilo habere, sed conari ad exitum perducere. Quid vero istud est? Voluit proprium Filium, licet conformem eum habens et omnimoda æqualitate conspicuum, in tantam venire demissionem ut et homo propter nos factus sit, nec pro omnium vita mortem erubuerit. Hoc fecit Filius, diligens Patrem, qui præcepisse dicitur ut propria virtute per carnis passionem mortem interimeret, et corruptionis imperium everteret, corruptosque vivificaret, et pristinam eis denuo gloriam instauraret. Idcirco ait: Angustum est tempus, quo loquar vobiscum; instat enim passio, et in æstu est quod in me Judæi moliti sunt facinus. Patiar lubens, quandoquidem

[71] I Petr. II, 22.

A αὐτὸν, ἀλλὰ τοῦ ὄντος τε καὶ δυναμένου, καὶ εἰσαεὶ βασιλεύοντος. Ὅτι τοίνυν οὐκ εἰκαίως τὴν πρόῤῥησιν τὴν ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις ἐποιήσατο, διὰ τούτων ἐδίδαξεν ὁ Χριστός. Ἵνα γὰρ ἀσφαλεστέραν ἔχοιεν τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν, μετὰ τὴν τῶν χαρισμάτων πεῖραν εἰς ἔννοιάν τε καὶ μνήμην τῶν προεπηγγελμένων ἐρχόμενοι πεποιῆσθαί φησι τὴν διάλεξιν.

Οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν, ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος ὅτι ἀγαπῶ τὸν Πατέρα, καὶ καθὼς ἐντολὴν μοι δέδωκεν ὁ Πατὴρ, οὕτω ποιῶ.

Ὡς τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων παρεσομένων τε ἤδη μεθ' ἧς ἐπήγοντο σπείρας καὶ τοῦ ταύτης ἄρχοντος, ὃς καὶ παραδώσειν αὐτὸν ἐπηγγείλατο, συλληψομένων τε ἤδη καὶ μελλόντων ἀποίσειν οὐκ εἰς μακρὰν B εἰς τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ πάθη, καταλήξειν ἤδη τοῦ πρὸς αὐτοὺς ἔφη λόγου· συνεστάλθαι γὰρ καὶ εἰς μηδὲν, φησὶν, ἐλάσαι τὸν καιρόν. Τῆς γὰρ Ἰουδαίων μιαιφονίας ἡδώσης τε λίαν ἐπ' ἐμοὶ, καὶ θυρῶν εἴσω λοιπὸν ῥωμένης, οὐ ῥημάτων ἔτι τῶν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ παθεῖν ἐνέστηκεν ὁ καιρός. « Πλὴν ἥξει, φησὶν, ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ ἔχει οὐδέν. » Τεθνήξομαι δὲ καὶ λίαν ἀσμένως καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς ὑποστήσομαι θάνατον, αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν Γεννήτορα καὶ ἀγάπῃ τῇ πρὸς αὐτὸν, ἐθελοντὴς ὁμιλήσας καὶ τοῖς παρὰ γνώμην, ἵνα τὴν αὐτῆς πληρώσω βούλησιν. Ὁ μὲν οὖν τοῦ προκειμένου σκοπὸς γένοιτο ἂν εὖ μάλα ἐν τούτοις διαφανὲς [γρ. διαφανής]. Ἰσχνότερον δὲ τὰ ἐν αὐτῷ διαπτύσσοντες, ἐκεῖνό φαμεν· Ὁ μὲν γὰρ τοῦ γένους ἡμῶν C ἀρχηγέτης Ἀδὰμ τὸν ἐκ τῆς θείας ἀρᾶς ὑπέδυ θάνατον, διὰ τοῦ παραλῦσαι τὴν δοθεῖσαν ἐντολὴν, αὐτός τε ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῦ διαβόλου κατηγορούμενος, φαίνεταί γε μὴν ἐπ' εὐλόγοις τοῦτο παθὼν αἰτίαις· ἕψεται γὰρ οὐκ ἀδίκως τοῖς ἐκ ῥαθυμίας ἡμαρτηκόσι τὸ κολάζεσθαι δεῖν. Ὁ δὲ δεύτερος Ἀδὰμ, τουτ' ἔστιν, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἐπ' οὐδενὶ τὸ σύμπαν κατηγορεῖσθαι δυνάμενος· « Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, » τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέστη πάθος, ἀνυπαίτιος μὲν ὑπάρχων δι' ἑαυτὸν παντελῶς, ἀντίλυτρον δὲ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ προσκεκομικὼς, ἐπειδήπερ ἀγαπᾷ τὸν Πατέρα τὴν τοῦ κόσμου διψήσαντα σωτηρίαν. Τοῦ δὲ ἀγαπῶντος τὸν Πατέρα, πάντως δήπου καὶ ἔργον ἦν τὸ δοκοῦν αὐτῷ, καὶ ἐν τοῖς ἀναγ- D καίοις λελογισμένον, μὴ παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι μᾶλλον, ἀλλὰ εἰς πέρας ἄγειν ἐπείγεσθαι. Τί δὲ τοῦτο ἦν; Ἠθέλησε τὸν ἴδιον Υἱὸν, καίτοι σύμμορφόν τε ἔχων αὐτὸν, καὶ τῇ κατὰ πᾶν ἰσότητι διαπρεπῆ, εἰς τοσαύτην καταβῆναι ταπείνωσιν ὡς καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι δι' ἡμᾶς, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ἁπάντων ζωῆς μὴ ἐρυθριᾶσαι θάνατον. Τοῦτο πέπραχεν ὁ Υἱὸς, ἀγαπῶν τὸν Γεννήτορα, τὸν ἐντετάλθαι λεγόμενον, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει νεκρῶσαι μὲν τῷ τῆς σαρκὸς πάθει τὸν θάνατον, τὸ δὲ τῆς φθορᾶς καταλῦσαι κράτος, ζωοποιῆσαί τε τοὺς κατεφθαρμένους, καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοῖς αὖθις ἀνανεῶσαι δόξαν. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι Στενὸς μὲν ὁ τῶν λόγων καιρός· εἰσελαύνει γὰρ ἤδη

τὸ πάθος, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπ' ἐμοὶ λογισθὲν A ἀνεκαύθη τόλμημα. Πείσομαι γὰρ ἐθελοντής, ἐπείπερ ἀφῖγμαι διὰ τοῦτο. Πλὴν « ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν· » τοῦτ' ἔστιν, Οὐχ ἁλώσομαι πεπλημμεληκώς, ἀλλ' οὐδὲ πρόφασις ἔσται τοῖς Ἰουδαίοις τῆς εἰς ἐμὲ παροινίας εὔλογος· οὐδὲν ἐν ἐμοὶ τῶν ἰδίων ὁ διάβολος ἔχει. Ἴδια γὰρ ὥσπερ ἐκείνου τὰ φαῦλα, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἡ γένεσις ἐκεῖνον οἶδεν ἀρχήν. Ὅτι δὲ ἀληθὴς τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, μάλιστα μὲν καὶ ἐξ αὐτῆς κατίδοι τις ἂν τῆς ἀκολουθίας. Πῶς γὰρ ἐξήμαρτεν ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ὁ φύσει καὶ ἀληθείᾳ Θεός, ὁ τροπῆς τῆς ἐπί τι τῶν οὐκ ἐχόντων ὀρθῶς ἀνεπίδεκτος παντελῶς; Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ δι' αὐτῶν ὀψόμεθα τοῦτο τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς. Ὁ μὲν γὰρ σοφώτατος Ἰωάννης τὸν Πιλάτον εἰσκεκόμικε B λέγοντα· « Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ· » καὶ πάλιν μετὰ τὸ ἐπιθεῖναι στέφανον τὸν ἐξ ἀκανθῶν, προσφωνοῦντα καὶ λέγοντα· « Ἴδε ἄγω αὐτὸν ὑμῖν ἔξω, ἵνα γνῶτε, ὅτι οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. » Ὁ δέ γε Ματθαῖος εἰς τοσαύτην αὐτὸν μισοπονηρίαν ἀφῖχθαί φησιν, ὡς καὶ ἀπονίψασθαι αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις τὰς χεῖρας καὶ εἰπεῖν· « Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου. » Ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν ἀρχιερέων εἰσκεκομισμένον ἡμῖν ἐπιδείξας, οὕτω φησίν· « Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Χριστοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι, καὶ οὐχ εὗρον, πολλῶν προσελθόντων ψευδομαρτύρων. Εἰ γὰρ καὶ δι' ἀνθρώπων ἐζητεῖτο τὰ κατ' αὐτόν, ἀλλ' ὡς ὀργάνοις καὶ ὑπουργοῖς C τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυστροπίας ἐχρῆτο ὁ διάβολος, καὶ αὐτὸς ἦν μᾶλλον, ἤπερ ἕτερός τις ὁ εὑρεῖν ἐν αὐτῷ ζητῶν πλημμέλημα. Οὐκοῦν ἀληθὲς, ὅτι τῶν ἰδίων οὐδὲν εἶχεν ὁ διάβολος ἐν αὐτῷ, ὃν καὶ ἄρχοντα τοῦ κόσμου πρὸς τὸ παρὸν ὠνόμασεν, οὐχ ὡς ἀληθῶς ὄντα δεσπότην, ἀλλ' ὥσπερ τινὰ τῶν ἀλιτηρίων βαρβάρων πλεονεξίας νόμῳ κρατήσαντα τῶν κατ' οὐδένα τρόπον προσηκόντων αὐτῷ. Ὑφ' ἑαυτῷ γὰρ ἐποιήσατο διὰ τῆς ἁμαρτίας τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὥσπερ τινὰ ποίμνην ἀνεπιστάτητον ἀποβουκολήσας Θεοῦ, τῶν ἀλλοτρίων ἐκράτει. Τοιγάρτοι καὶ τῆς οὕτω πορισθείσης ἀρχῆς δικαίως ἐκβέβληται. Βεβασίλευκε γὰρ ἐφ' ἡμᾶς ὁ Χριστός. Διό φησι· « Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω, κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.

ob istud veni. Verumtamen « venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam, » hoc est, non convincar peccati, neque porro Judæi suæ in me petulantiæ et immanitatis justam ullam causam habituri sunt, nihil in me sibi vindicat diabolus. Propria quippe ejus sunt mala, et peccati origo principem et auctorem eum agnoscit. Quod autem verus sit ille sermo Salvatoris, ex ipso potissimum ordine et serie verborum licet agnoscere. Quomodo enim peccavit qui peccatum non novit, ille natura et veritate Deus, quique nihil in se pravi suscipere unquam possit? Neque vero minus id ex ipsis sanctorum evangelistarum scriptis videbimus. Sapientissimus quippe Joannes Pilatum induxit dicentem: « Ego nullam invenio in eo causam [72]; » et rursus, spinea corona imposita clamantem ac dicentem: « Ecce adduco vobis eum foras: ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam [73]. » Matthæus vero Judæorum nequitiam tantopere abhorruisse illum scribit, ut et coram Judæis manus
855 abluerit, ac dixerit: « Innocens ego sum a sanguine justi hujus [74]. » Ad ipsos autem pontifices adductum eum ostendens, sic scribit: « Principes autem sacerdotum et omne concilium quærebant falsum testimonium contra Christum, ut eum morti traderent, et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent [75]. » Tametsi enim per homines ejus perdendi causæ quærebantur, iis tamen tanquam instrumentis ac ministris suæ malignitatis diabolus utebatur, et ipse erat potius quam alius qui peccatum in eo quærebat. Verum est igitur nihil in eo sibi vindicasse diabolum, quem mundi principem etiam impræsens nominavit, non quasi vere sit illius dominus, sed qui efferati barbari cujusdam instar tyrannidis lege quæ ad se nullo modo pertinent invaserit. Hominem quippe suæ ditionis fecit per peccatum, et gregem veluti quemdam pastore destitutum procul a Deo abigens, aliena invasit. Proindeque principatu hoc modo occupato jure excidit. Regnavit enim super nos Christus. Idcirco ait: « Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras; et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum [76]. »

Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. D

Ὁ μὲν κοινὸς τοῖς πολλοῖς καὶ τετριμμένος τοῦ προκειμένου λόγος ἐκεῖνο δίδωσι νοεῖν, ὡς ἐπείπερ ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀπονοίας εἰσελάσας ἤδη καιρὸς μονονουχὶ πεπηγότα λοιπὸν τὸν τίμιον τοῦ Σωτῆρος ἐπιδεικνύει σταυρόν, εἰς ἐκείνους ἀποτρέχειν τοὺς τόπους ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἠπείγετο, ἐν οἷσπερ αὐτὸν ἡ τῶν ὑπηρετῶν συνελάβετο εὑροῦσα σπεῖρα. Καὶ πιθανὸς μὲν ὁ νοῦς· πλὴν εἰκός τε καὶ ἕτερον ἐθέλειν ὑποδηλοῦν πνευματικὸν δηλονότι καὶ κεκρυμμένον. Τὴν γὰρ ἐξ ἑτέρου τινὸς πρὸς ἕτερόν τι μετάστασιν καὶ τὴν ἐκ τῶν χειρόνων εἰς τὸ ἄμεινον ἀπο-

XIV, 31. *Surgite, eamus hinc.*

Communis apud multos et trita hujus loci expositio est, nimirum, quia Judaici furoris tempus ingruens pretiosam Servatoris crucem propemodum defixam ostendebat, idcirco ad ea loca una cum sanctis discipulis ipsum contendere, in quibus eum satellitum cohors repertum comprehendit. Et hic quidem sensus est verisimilis: verumtamen alium quemdam, spiritalem videlicet et abstrusum, juvat indicare. Mutationem quippe ex uno in aliud et a pravis ad meliora conversionem per ipsum et cum ipso nobis omnibus fore significare volens,

[72] Joan. XVIII, 38. [73] Joan. XIX, 4. [74] Matth. XXVII, 24. [75] Matth. XXVI, 59, 60. [76] Joan. XII, 31, 32.

exclamat: « Surgite, eamus hinc, » ut tale quid- A piam intelligere ex rei veritate debeamus, a morte quidem ad vitam, et a corruptione ad incorruptionem, per ipsum et cum ipso, sicuti modo dixi, quasi ab uno loco transire in alium. Recte itaque illud, « Surgite, eamus hinc, » inquit. Quin et alio modo de nobis ipsis dictum illud intelliges. Transferendi eramus a mundi amore ad voluntatem faciendi **856** quod Deo placeret, ac præterea ex servitute ad dignitatem adoptionis, ex terra ad supernam civitatem, ex peccato ad eam quæ per fidem in Christo est justitiam, ex impuritate humana ad Spiritus sanctimoniam, ex contumelia in gloriam, ex imperitia in scientiam, ex socordia et infirmitate ad virtutem in bene agendo. Locum itaque veluti quemdam nostris terrenis peccatis B terram hanc statuens, « Surgite, inquit, eamus hinc. » Licet enim, quoad loquendi formam, seipsum nobis conjungere videatur, nihil tamen nobis plane istud oberit, cum id facere soleat. Unde alicubi ad suos discipulos dicentem illum reperies: « Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari [77]. » Audis ut seipsum nobis operum comitem adjungat, licet nostris operibus non sit perinde ac nos obnoxius? At usitatam hanc esse apud nos loquendi formam nihilo secius comperiemus. Quippe divinus Paulus Corinthios objurgans, ita scribit: « Hæc autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo, ut in nobis discatis supra id quod scri- C ptum est non sapere [78]. » Quod autem nostris infirmitatibus nequaquam obnoxium, sed ducem itineris in omnibus bonis et ex pristinis vitiis conversionis in melius, non legatum, non angelum, sed ipsum habuerimus universi Dominum, nullatenus dubitandum est. Redempti enim sumus non per nos ipsos, nec per aliam ullam rem creatam, sed per ipsum potius Servatorem nostrum Christum. Quocirca quando illud ait: « Surgite, eamus hinc, » quasi mundanam nequitiam una cum nobis fugiat, non tanquam humanis malis obnoxius, sed tanquam dux, et antesignanus, et ductor in incorruptionem et eam vitam quæ sanctitate et Dei amore constat, istud ait.

πρὸς τὴν τῆς ἐλευθερίας ἀνατρέχοντες
ὐτῷ δὴ τούτῳ καὶ μόνῳ προσὸν φυσικῶς
ιν. Τῷ γὰρ κατὰ φύσιν, ἀεὶ τὸ κατὰ θέσιν
ται. Σημειωτέον γε μὴν (δεῖν γὰρ οἶμαι
ς εἶναι θεωρήματος χρησίμου τε καὶ λίαν
ν ἔχοντος τὴν ἐξήγησιν) ὅτι τῆς κατὰ
αιοσύνης, ἡ ἐκ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν
ραν ἔχει τὴν ἀνάδειξιν· καὶ πρὸς τούτοις,
πιστεύουσι καὶ ὑπακούουσι τῷ Χριστῷ, ἡ τῶν θείων μυστηρίων ἀποκαλύπτεται γνῶσις,
τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἑρμηνεύεται βουλὴ παρὰ τοῦ ταύτην εἰδότος Υἱοῦ· τοῖς δὲ ἀπειθή-
οὐκέτι. Καὶ φέρε πάλιν αὐτὸ, διὰ τῆς θεοπνεύστου δεικνύωμεν Γραφῆς, ὀλίγα χρησίμως
σαντες.

A modo servus erit, aut tanquam creatura et creatus, ut imperite quidam asserunt? Nec enim aliis libertatis honorem tribuere potest, qui natura sua expers ejus sit, sed præ cæteris ipsum talem esse debere autumo. Tunc enim convenienti ratione bonum suum impertietur eo destitutis. Sed sanctis apostolis, imo cæteris forsan omnibus qui per fidem ad amicitiam Domini nostri Jesu Christi evehuntur, adventitia est atque honoris loco data dignitas, non tamen æquali modo. Hi enim similitudine cum ipso ad libertatis gloriam evecti, id ei ac soli naturaliter inesse ostenderint. Quod enim adoptivum est naturali semper assimilatur. Observandum tamen (etenim per omne genus indaginis eundum, quæ ad expositionem utilis sit ac necessa- B ria) antiquiorem esse declarationem justitiæ quæ ex fide in Christum, quam sit justitiæ legalis: ac præterea credentibus et obedientibus Christo, divinorum mysteriorum cognitionem revelari, et Dei ac Patris voluntatem a Filio, qui eam novit, aperiri, infidelibus non item. Age vero idipsum rursus ex divinis Litteris ostendamus, nos utiliter in iis exercentes.

ηται τοίνυν ἐν βίβλῳ Μωσέως, ὅτι πεπί-
ὲν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, πλὴν ἡ πίστις αὐτῷ
ι εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη.
ὁ τῆς πίστεως τρόπος, ἢ πῶς ἄρα φίλος ἐκλή-
; Ἤκουσεν· « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ
υγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν
ίξω. » Ἀλλὰ καὶ ὅτε τὸν μονογενῆ προσ-
θύειν εἰς τύπον Χριστοῦ, τὸν ἐν τῷ Θεῷ
ένον ἐδιδάσκετο σκοπόν. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ
αὐτοῦ τοῖς ἀνοσίοις Ἰουδαίοις προσλαλῶν·
ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν
ὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. » Οὐκοῦν δι'
, καὶ θυσίας ὁ θεσπέσιος Ἀβραὰμ φίλος
Θεοῦ, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης ἀνεδήσατο
· καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ θείων
όγων, καὶ βουλὴν ἔγνω Θεοῦ, τὴν ἐπ' ἐσχά-
μένην καιροῖς. Ἐπὶ συντελείᾳ γὰρ τῶν αἰώ-
ἡμῶν ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, τὸ ἱερὸν ὄντως
θῦμα τὸ αἶρον τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.
μοι πάλιν τὰ ἴσα πληρούμενα καὶ ἐπὶ τῶν
ως εἰς φιλίαν ἀναβαινόντων τοῦ Σωτῆρος
στοῦ. Ἤκουσαν καὶ αὐτοί· Ἔξελθε ἐκ τῆς
καὶ ὅτι δεδράκασι προθύμως, ἄκουε τί φασιν·
ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλ-
ιζητοῦμεν· » ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ
ροικοι γάρ εἰσι, καὶ παρεπίδημοι ἐπὶ τῆς
ἄνω πολιτευόμενοι, καὶ τὴν μὲν ἐνεγκοῦσαν
, ἔσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς φρόνημα τὸ φιλόθεον,
ς δὲ τῆς ἄνω μονῆς. Ταύτην γὰρ αὐτοῖς ὁ
πέδειξε λέγων· « Πορεύομαι καὶ ἑτοιμάσω
ν· ὅτε δὲ ἔλθω, παραλήψομαι ὑμᾶς; μετ'

Scriptum est igitur in libro Moysis, credidisse quidem Abraham Deo, et fidem ei reputatam esse ad justitiam [68], et amicum Dei nuncupatum esse. C Quænam autem est illa fidei ratio, aut quomodo amicus Dei vocatus est? **890** Audiit: « Exi de terra tua et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi [69]. » Sed et cum unigenitum suum jussus est immolare in figuram Christi, absconditum in Deo scopum edoctus est. Et sane Salvator Judæis impiis de ipso loquens aiebat: « Abraham Pater vester exsultavit ut videret diem meum: vidit, et gavisus est [70]. » Igitur per obedientiam et sacrificium divinus Abraham amicus Dei vocatus est, et justitiæ gloria redimitus est: neque id tantum, sed et divinis sermonibus honestatus est, et consilium Dei extremis temporibus ad exitum perducendum agnovit. In consummatione quippe sæculorum pro nobis mortuus est D Christus, sacra illa vere et sancta victima, quæ tollit peccatum mundi [71]. Sed vide mihi, quæso, eadem impleri quoque in iis qui ad amicitiam Servatoris nostri Christi evehuntur. Audierunt et ipsi: « Exi de terra tua: » quod quam strenue egerint, audi quid dicant: « Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus [72], » cujus opifex et conditor est Deus. Peregrini enim sunt et advenæ in terra qui cœlestem vitam ducunt, et terram affectu ac studio pietatis erga Deum relinquunt, supernæ mansionis desiderio: quippe hanc eis Salvator ostendit, dicens: « Vado parare vobis locum; cum autem venero, accipiam vos ad

[68] ...n. xv, 6. [69] Gen. xii, 1. [70] Joan. ii, 26. [71] Joan. ., 29. [72] Hebr. xiii, 14.

meipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis [73]. » Audierunt exeundum esse de cognatione sua. At quomodo istud demonstrabimus? Ipsum tibi Christum interpretem adducemus: « Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus [74]. » Quod autem terrestri et carnali cognationi præstet Dei amicitia, et apud ejus cultores longe potior sit in Christum dilectio, utique dubitandum non est. Et beatus quidem Abraham filium suum in odorem suavitatis offerre Deo jussus est [75]: hi vero justitia fidei præcincti, nequaquam alios, sed seipsos jussi sunt offerre. « Exhibeatis enim, inquit, corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum [76], » cum et de iis scriptum sit: « Qui autem sunt Christi Jesu, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis [77]. » Præterea cognoverunt ipsi quoque Christi mysterium. Sciunt enim virtutes futuri sæculi, et quæ in ultimis futura sunt temporibus, sibi suorum laborum præmia datum iri, et pietatis in Christum retributionem. **891** Itaque justi et amici Dei nuncupabimur, sicuti Abraham. Longe vero legali antiquior est evangelica conversatio, id est illa quæ per fidem et amicitiam Dei in primo quidem tunc figurata est Abrahamo, ut in generis secundum carnem, hoc est Israelis principio, sed nunc tanquam a typo ad veritatem pervenit, et in sanctis ipsis discipulis velut in primitiis generis secundum spiritum recte adimpletur, quod acquisivit in acquisitionem populi, qui et gens sancta, et regale sacerdotium nuncupatur [78]. Ideoque et ad Judæorum matrem, id est Synagogam, per Psalmistæ vocem dictum est: « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii [79]. » Quamvis enim essent filii Synagogæ Judæorum divini discipuli (moribus enim Judaicis innutriti fuerant), in patres tamen facti sunt, Abrahami locum tenentes, et generis spiritalis principium facti sunt, atque idcirco primi per universum orbem constituti sunt, et qui immolarent [sanctificarent] Evangelium Christi, sicut ille in figura Christi filium suum Isaac. Hæc dicimus, nequaquam debita et convenienti gloria beatum Abrahamum defraudantes, sed ostendentes in eo tanquam in typo dispensata fuisse per Christum ea quæ novissimis temporibus contigerunt. Comitatur itaque, et colligata est quodammodo libertati fidei amoris erga Deum dignitas: quod visum quidem est tunc in primo illo Abrahamo: nunc autem rursus in sanctis discipulis tanquam in primitiis. Quod ut asseramus divinus ille Paulus nos adigit, qui cum Judæis enixe contendebat fidei justitiam longe antiquiorem esse legali. Cum enim de circumcisione carnis verba faceret, non aliam ob causam datam esse hanc generis primitiis, id est Abrahamo, confirmavit, quam ut argumentum esset ac signaculum fidei quæ in præputio. Quod si

ἐμαυτοῦ, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. » Ἤκουσαν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς συγγενείας αὐτῶν. Καὶ πῶς τοῦτο δείξομεν; Αὐτόν σοι παροίσομεν λέγοντα τὸν Χριστόν· « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Ὅτι δὲ συγγενείας τῆς ἐπιγείου καὶ σαρκικῆς προτετίμηται τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ πολὺ δὴ κρείττων ἡ εἰς Χριστὸν ἀγάπη τέθειται, παρά γε τοῖς σεβομένοις αὐτὸν, ἀληθῶς οὐκ ἀμφίλογον. Καὶ ὁ μὲν μακάριος Ἀβραὰμ τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ διεκελεύετο· οἱ δὲ τὴν ἐν πίστει δικαιοσύνην περιζωσάμενοι, οὐχ ἑτέρους προσαγαγεῖν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐκελεύσθησαν. « Παραστήσατε γὰρ, φησὶ, τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν· » ὅτε καὶ γέγραπται περὶ αὐτῶν· « Οἱ γὰρ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Ἔγνωσαν δὲ καὶ αὐτοὶ τὸ ἐν Χριστῷ μυστήριον. Ἴσασι γὰρ δυνάμεις μέλλοντος αἰῶνος, καὶ τὰ ἐν ἐσχάτοις ἐσόμενα καιροῖς, ὅτι τῶν ἰδίων ἀπολήψονται πόνων τοὺς μισθοὺς, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἀντικομιοῦνται τὴν ἀμοιβήν. Οὐκοῦν δίκαιοί τε καὶ φίλοι Θεοῦ χρηματιοῦμεν, καθάπερ Ἀβραάμ. Ἀρχαιοτέρα δὲ σφόδρα τῆς νομικῆς πολιτείας ἡ εὐαγγελικὴ, τοῦτ' ἔστιν, ἡ διὰ πίστεως, καὶ φιλίας Θεοῦ, ἐν πρώτῳ μὲν τότε διαπεπλασμένη τῷ Ἀβραὰμ, ὡς ἐν ἀρχῇ τοῦ κατὰ σάρκα γένους, τοῦτ' ἔστι τοῦ Ἰσραήλ· ἐρχομένη δὲ νυνὶ, καθάπερ ἐκ τύπου πρὸς ἀλήθειαν, πληρουμένη τε καλῶς ἐν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ κατὰ πνεῦμα γένους, τοῦ καὶ περιποιουμένου εἰς περιποίησιν λαοῦ, ὃς καὶ ἔθνος ἅγιον καὶ βασίλειον ἱεράτευμα προσαγορεύεται. Διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φημὶ δὴ τὴν Συναγωγὴν, διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος εἴρηται φωνῆς· « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου. » Καίτοι γὰρ ὄντες υἱοὶ τῆς Ἰουδαίων Συναγωγῆς οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ (ἔθεσι γὰρ ἀνετράφησαν τοῖς Μωσαϊκοῖς), γεγόνασιν εἰς πατέρας, τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ἐπέχοντες τάξιν, καὶ γένους ἀρχὴ κατέστησαν τοῦ πνευματικοῦ, ἄρχοντές τε διὰ τοῦτο κεχειροτόνηνται κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἱερουργοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τύπῳ Χριστοῦ τὸν Ἰσαάκ. Ταῦτά φαμεν, οὐχὶ τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ καὶ πρεπούσης δόξης ἔξω τιθέντες τὸν μακάριον Ἀβραὰμ, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ δεικνύοντες ἐν αὐτῷ τὰ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς οἰκονομηθέντα διὰ Χριστοῦ. Παρέπεται τοίνυν καὶ συνέζευκταί πως τῇ διὰ πίστεως ἐλευθερίᾳ, τὸ τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας τὸ ἀξίωμα, ὅπερ ὤφθη μὲν ἐν πρώτῳ τότε τῷ Ἀβραάμ· νυνὶ δὲ πάλιν, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς. Παρακομίσαι δέ πως ἐπὶ τὸ ταῦτα χρῆναι λέγειν ἡμᾶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος, οὐ μετρίως τοῖς Ἰουδαίοις φιλονεικῶν, ὅτι τῆς κατὰ νόμον δικαιοσύνης πρεσβυτέρα λίαν ἐστὶν ἡ ἐκ πίστεως. Ὅτε γὰρ τὸν τῆς κατὰ σάρκα περιτομῆς ἐποιεῖτο λόγον, οὐχ ἑτέρου τινὸς χάριν δεδόσθαι ταύτην διϊσχυρίσατο τῇ τοῦ γένους ἀπαρχῇ, τοῦτ' ἔστι τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τοῦ γενέσθαι

[73] Joan. XIV, 3. [74] Matth. X, 37. [75] Gen XXII, 1 seqq. [76] Rom. XII, 1. [77] Galat. V, 24. [78] I Petr. II, 9. [79] Psal. XLIV, 7.

σημεῖον καὶ σφραγῖδα τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως. Εἰ δὲ πρὸ νόμου ἡ ἀκροβυστία, μεθ' ἧς καὶ ἡ πίστις, μετὰ δὲ τὸν νόμον ἡ περιτομὴ τὸ ἐκ πίστεως οὐκ ἔχουσα καύχημα, πεπίστευκε δὲ Ἀβραὰμ ἐν ἀκροβυστίᾳ, πῶς οὐ πρεσβυτέρα τῆς ἐν νόμῳ πολιτείας ἡ διὰ πίστεως ἔσται δικαιοσύνη, δικαιουμένων τε καὶ ἐλευθερουμένων διὰ τῆς εἰς Θεὸν φιλίας, καθάπερ Ἀβραάμ; οὕτω γὰρ ἔσται καὶ πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν, ἐξ ἐπαγγελίας, οὐ κατὰ σάρκα. Καὶ ταῦτα νυνὶ χρησίμως εἰρήκαμεν, διὰ τὸ φάναι τὸν Κύριον· « Οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους· ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός ἀνήγγειλα ὑμῖν· »

Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ τέθεικα ὑμᾶς, ἵνα ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· ἵνα ὅ τι ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.

Οὔτε τοῖς ἄγαν δυσαχθεστέροις καταφορτίζεσθαι λόγοις τοὺς ἁγίους ἐφίησι μαθητάς, τὸ πολὺ νενευκὸς εἰς ἀσθένειαν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν οὐκ ἀγνοήσας, ὡς Θεός, οὔτε μὴν ταῖς ὑπερμέτροις θυμηδίαις ἐᾷ διακεῖσθαι πρὸς τὸ εὐόλισθον (νόσημα γάρ πως καὶ τοῦτο πικρόν)· μίαν δὲ ὥσπερ ἐξ ἀμφοῖν διακεράσας μεσότητα, ποδηγεῖ καθηκόντως εἰς ἀσφαλῆ τρίβον, καὶ πολιτείαν [γρ. πολιτείας] αὐτοῖς τῆς ἑδραιοτέρας, καὶ σφαλερότητος ἁπάσης ἀπηλλαγμένης ἐνεργάζεται γνῶσιν. Διαρκέστατα τοίνυν αὐτοὺς τοῖς εἰς παράκλησιν ἀπαλείψας λόγοις, καὶ ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς καταστυγνάσαι πρέπειν, χαίρειν ἀναπείσας ἐξ ἀντιστροφῆς, ταῖς εἰς φιλεργείαν ἐντολαῖς παραθήσει [γρ. παραθήγει] πάλιν εἰς εὔτολμον φρόνημα, καὶ διὰ πάσης ἰόντας σπουδῆς καὶ τὸν ἐξαίρετον εἰς φιλαλληλίαν ἐπιτηδεύοντας τρόπον, ὠφελεῖν κελεύει τοὺς ἀπίστους ἔτι, καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις τε καὶ πράγμασι σαγηνεύειν ἐπείγεσθαι τοὺς πεπλανημένους, εἰς τὸ θέλειν διὰ πίστεως κολλᾶσθαι Θεῷ. Ἑαυτὸν τοιγαροῦν εἰκόνα καὶ τύπον τοῦ πράγματος παραθείς, καὶ παρενεγκὼν εἰς μέσον τὸ εἰς αὐτοὺς ἤδη τετελεσμένον αὐτῷ, μιμεῖσθαί τε πείθει τὸν διδάσκαλον, καὶ τοῖς ἴσοις διαλάμπειν αὐτοὺς κατορθώμασι, λέγων· « Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ὑμᾶς ἐξελεξάμην, » καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς. Ἐννόει γὰρ λέγοντα τυχόν· Περιζώσασθε τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην, ὦ μαθηταί· ταῦτα γὰρ δήτοι φρονεῖν τε καὶ δρᾷν εἰς ἑτέρους ὀφείλετε καὶ ὑμεῖς αὐτοί, καὶ διὰ συντόνου σπουδῆς ἐργάζεσθαι φιλεῖν, ἅπερ εἰς ὑμᾶς ἐγὼ τετέλεκα φθάσας. Ἐγὼ γὰρ ἐξελεξάμην ὑμᾶς· οὐκ ἐμὲ μᾶλλον ὑμεῖς. Ἐγὼ προσηγαγόμην καὶ γνώριμον μὲν οὐκ εἰδόσι κατέστησα, δι' ὑπερφυᾶ γαληνότητα, εἰς ἑδραίαν δὲ οὕτως ἀνεκόμισα γνώμην, ὥστε ὑμᾶς ἀνάγειν, τοῦτ' ἔστιν, ἀεὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἐκτείνεσθαι καὶ καρποφορεῖν δύνασθαι τῷ Θεῷ. Διά τε τούτου πρὸς τοσαύτην ἴοιτε παῤῥησίαν, ὥστε καὶ ὅ τι ἂν αἰτῆτε λοιπὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο καὶ λαβεῖν. Οὐκοῦν ἐπείπερ τῶν ἐμῶν κατ' ἴχνος βαίνετε λόγων τε καὶ διοικήσεων, καὶ τὴν τοῖς γνησίοις πρέπουσαν μαθηταῖς περιζώσασθαι [ἴσ. περιεζώσασθε]

A ante legem erat præputium, cum quo etiam fides; post legem autem circumcisio, quæ gloriationem ex fide non habet, et Abraham in præputio credidit: qui fieri potest ut justitia legali non antiquior sit justitia fidei, cum per amicitiam erga Deum justificentur ac liberi fiant homines sicut Abraham? Sic enim erit quoque pater multarum gentium ex promissione, non secundum carnem. Atque hæc commode nunc diximus, propterea quod ait Dominus: « Jam non dicam vos servos: vos amici mei estis, quia omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis [88]. »

892 XV, 16. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat: ut quodcunque petieritis Patrem*
B *in nomine meo, det vobis.*

Nec sanctos discipulos gravioribus verbis onerari sinit, humani ingenii imbecillitatem non ignorans, ut Deus, nec immoderata lætitia dilabi patitur (gravis enim hic quoque morbus est), sed una quodammodo ex ambobus mediocritate temperata, in tutum iter eos convenienter deducit, et vitæ stabilioris atque omni errore vacuæ cognitionem inserit. Eos itaque satis superque verborum solatio delinitos, et quibus ex rebus par erat eos tristitia affici, e contrario gaudere persuasos, ad laboris studium hortando rursus ad generosam mentem erigit, omnique ratione in mutuum amorem versos opitulari jubet infidelibus adhuc, et pietatis
C sermonibus ac operibus errantes, adigere ut per fidem Deo cohæreant. Seipsum igitur imaginem ac typum istius rei exhibens, et in medium proferens quod erga eos peregerat, magistrum suum ut imitentur persuadet, ac similibus operibus clareant, dicens: « Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, » et quæ sequuntur. Finge enim eum ita loqui: Præcingimini dilectione mutua, o discipuli. Hæc enim profecto sapere et facere alii in alios ipsi debetis, ac vehementissimo studio operari atque eniti quæ prius in vos ego perfeci. Ego enim elegi vos, non vos me. Ego me vobis ignorantibus inaudita bonitate et clementia notum feci, et ad tantam animi constantiam ac firmita-
D tem ego vos revocavi, ut procedere progredique semper in majus, et fructum afferre Deo possitis, et per hoc ad tantam fiduciam evehi, ut quodcunque petieritis in nomine meo, id accepturi sitis. Quapropter cum meorum sermonum ac dispensationis vestigia sequamini, et eo qui veros ac legitimos discipulos decet animo præditi sitis, non jam cunctandum vobis est, exspectandumque dum ad fidem **893** et ad pietatem ultro se quisquam ingerat, sed ignorantibus et errantibus adhuc, et qui nondum salutarem prædicationem susceperunt ultro, vos ductores offerre, eosque strenue adhortari convenit ad veræ Dei cognitionis com-

[88] Joan. xv, 5.

prehensionem, licet ad incredulitatem exasperetur audientium animus. Sic enim et ipsi vobis similes erunt, hoc est proficient, ac redibunt progressu in melius ad fructum in Deo ferendum, ut fructum quidem habeant illum semper manentem ac durabilem, precesque tam gratas et acceptas, ut quodcunque velint accipiant, si tantum illud in nomine meo petierint. Igitur, ut loci hujus scopum rursus paucis complexi manifestum eum faciamus auditoribus, talem in alios dilectionem habere persuadet discipulos, taleque vult eos studium præ se ferre in strenue pertrahendos ad fidem eorum qui nondum credunt animos, qualem se ipse prius in nos aut erga eos exhibuit. Quod enim ipse discipulos elegerit, nemo dubitat, et quo pacto uniuscujusque vocatio contigerit, superfluum esse reor hic afferre: tamen Servatoris sermonem eum sensum parere quem modo dixi, non minus ex sequentibus patebit.

γνώμην, οὐκ ἀνακόπτειν ἀκόλουθον περιμένοντας ἁπλῶς τὸν εἰς πίστιν αὐτόμολον, καὶ αὐτόκλητον εἰς εὐσέβειαν. Ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον τοῖς ἀγνοοῦσιν ἔτι, καὶ πλανωμένοις προσάγειν χειραγωγοὺς καὶ προσκομίζειν, καὶ τοῖς οὔπω μαθεῖν ἑλομένοις τὸ σωτήριον κήρυγμα, παρακαλεῖν τε προθύμως πρὸς τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἰέναι κατάληψιν, κἂν ἀποτραχύνηται πως εἰς ἀπείθειαν τῶν ἀκουόντων ὁ νοῦς. Εἶεν γὰρ ἂν οὕτω καὶ αὐτοὶ καθ' ὑμᾶς, τοῦτ' ἔστι, προκόψουσι καὶ ἀπελεύσονται ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἐπιδόσεσιν, εἰς καρποφορίαν τὴν ἐν Θεῷ, ὡς καρπὸν μὲν ἔχειν τὸν ἀεὶ μένοντα καὶ σωζόμενον, προσευχὴν δὲ οὕτω δεκτὴν, ὡς ὅπερ ἂν βούλονται λαβεῖν, εἰ μόνον αἰτοῖεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Οὐκοῦν, χρῆναι γὰρ πάλιν, ὡς ἐν ὀλίγοις συνελόντα τὸν τοῦ προκειμένου σκοπὸν, σαφῆ καταστῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις, τοιαύτην ἔχειν εἰς ἑτέρους ἀναπείθει τοὺς μαθητὰς τὴν ἀγάπην, καὶ τοιαύτην αὐτοὺς ἐπιτηδεύειν θέλει τὴν προθυμίαν εἰς τὸ μηδαμόθεν κατοκνεῖν τὰς τῶν οὔπω πεπιστευκότων ψυχὰς φιλοθηρεῖν εἰς εὐσέβειαν, ὁποίανπερ φθάσας αὐτὸς εἰς ἡμᾶς, ἤτοι πρὸς αὐτοὺς ἐνεδείξατο. Ὅτι γὰρ αὐτὸς ἐπελέξατο τοὺς μαθητὰς οὐκ ἀμφίβολον, καὶ περιττὸν, οἶμαι, λέγειν, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ἡ ἑκάστου γέγονε κλῆσις· πλὴν ὅτι τοιοῦτον ὠδίνει τὸν σκοπὸν τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, ὁποῖον ἔφην ἀρτίως, οὐδὲν ἧττον ἡμᾶς ἀναπείσεται ἐφεξῆς.

XV, 17. *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.*

Numquid supremæ omnium dilectionis opus esse fatebimur infideles adhuc et errantes ad obsequium Dei vocare? Ambigendum certe non est. Quod ipsum facere Paulus conabatur, dicens: « Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo [81]. » Quin et Petrus Judæorum populis cum fiducia loquens: « Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri [82]. » « Pœnitemini igitur, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi [83]. » Vides ut et iis qui nondum fidem susceperant studiose se offerant, et nondum in disquisitionem vocatam doctrinam proferant, ignorantibus ipsis non permittentes ut primi vocentur ipsi magistri, sed in hoc eum etiam prævenientes qui nondum aliquid eorum quæ sibi usui forent discere vellet. Cum autem Servator dicat: « Ut vos eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat, » quid demum significet illud quærere convenit. Quid enim significat, **894** aut quomodo accipiendum est, quod ait, manere fructum discipulorum? Existimo itaque Servatorem fructum manentem vocare fructum evangelicæ disciplinæ, non autem legalis justitiæ. Antiquata enim est illa, propterea quod nihil implere poterat. « Nihil enim ad perfectum adduxit lex, » juxta Pauli dictum [84]; sed ejus loco exorta est nova, quæ primam antiquat ac delet, et vere manentem ac durabilem fructum inducit. Quapropter etiam divinus ille Paulus nos alloquens, libentissime se justitiæ legalis jacturam fecisse ait, ut Christum lucrifaceret, hoc est per fi-

Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους

Ἦ γὰρ οὐχὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν ἀγάπης ἔργον εἶναι δώσομεν τὸ ἐπιλέξασθαί τε καὶ καλέσαι πρὸς ὑπακοὴν τῷ Θεῷ, τοὺς ἀπίστους ἔτι καὶ πλανωμένους; Ἀλλ' ἔστιν οὐκ ἀμφίβολον. Ὃ καὶ δρᾷν ἠπείγετο, λέγων ὁ Παῦλος· « Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Καὶ μὴν ὁ Πέτρος τοῖς Ἰουδαίοις δήμοις ἐν παῤῥησίᾳ λαλῶν· « Καὶ νῦν, ἀδελφοὶ, οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. » — « Μετανοήσατε οὖν καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ὁρᾷς ὅπως μὲν καὶ τοῖς οὔπω πεπιστευκόσιν ὑπαντῶσι μὲν προθυμότατα, τὸν δὲ οὔπω ζητηθέντα προκομίζουσι λόγον, οὐ τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτοῖς ἐπιτρέποντες τὸ χρῆναι πρώτους αὐτοὺς ἐπιλέγεσθαι διδασκάλους, ἀλλὰ φθάνοντες εἰς τοῦτο, καὶ τὸν οὔπω μαθεῖν τι τῶν ἀναγκαίων ἐθέλοντα. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόσκειται λόγοις τὸ « Ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· » τί ποτε ἄρα καὶ τοῦτο δηλοῖ ζητῆσαι προσήκει. Τί γὰρ ἂν νοοῖτο, καὶ πῶς τὸ λέγειν, ὅτι μένει τῶν μαθητῶν ὁ καρπός; Οἶμαι τοίνυν, ὅτι καρπὸν μένοντά φησιν ὁ Σωτὴρ, τὸν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως, καὶ οὐχὶ τῆς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης. Πεπαλαίωται μὲν γὰρ ἐκείνη, διὰ τὸ μηδὲν δύνασθαι πληροῦν. « Τετελείωκε γὰρ ὁ νόμος οὐδὲν, » κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ἀντανέθαλε δὲ ὥσπερ καὶ ἀντανέκυψεν ἡ καινὴ, παλαιοῦσά τε τὴν πρώτην, καὶ ἀφανίζουσα, καὶ τὸν ἀληθῶς μένοντά τε καὶ σωζόμενον εἰσφέρουσα καρπόν. Τοιγάρτοι καὶ Παῦλος ἡμῖν ὁ θεσπέσιος προσλαλῶν, ἥδιστά τε καὶ εὐμενῶς τὴν ἐν νόμῳ δικαιο-

[81] II Cor. v, 20. [82] Act. iii, 17. [83] Act. ii, 38. [84] Hebr. vii, 19

συνὴν ἐζημιῶσθαί φησιν, ἵνα κερδάνῃ Χριστὸν, τοῦτ' ἔστι, διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, δικαιοσύνην καὶ καρποφορίαν εὐαγγελικήν. Διαμενεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ διηνεκὴς ἔσται καρπὸς, πληρεστάτην εἰς εὐσέβειαν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἀποτελεῖν δυνάμενος. Οὐ γὰρ τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι, καινή τις ἑτέρα παρεισδραμεῖται παίδευσις παλαιοῦσα τὴν πρώτην· καθάπερ ἀμέλει γέγονεν ἐπὶ τῆς διὰ Μωσέως ἐντολῆς, ἀλλ' εἰς αἰῶνα στήσεται τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, καθά που καὶ αὐτός φησιν· « Ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν. »

A dem in ipsum, justitiam et fructificationem evangelicam. Talis etenim permanebit ac perpetuus erit fructus, qui possit hominis animam ad pietatem cumulatissime perficere. Nec enim alia ulla doctrina antiquabit evangelicam, sicuti nimirum Mosaica antiquata est per evangelicam, sed in æternum stabit Servatoris sermo, quemadmodum et ipse ait alicubi: « Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt [88]. »

Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκε.

Τῆς τῶν ἰατρῶν ἐμπειρίας, καὶ ἐξαιρέτου τέχνης, οὐδὲν οἶμαι παντελῶς ἀποδέουσαν τὴν τοῦ Σωτῆρος εὑρήσομεν μέθοδον, ἣν ἐφ' ἑκάστῳ ποιεῖται πράγματι, πανταχόθεν τὸ λυσιτελὲς τοῖς ἀκροωμένοις ἀεὶ μηχανώμενος. Οἱ μὲν γὰρ τὴν ἐσομένην ἔσθ' ὅτε ἐν τοῖς σώμασι τῶν παθῶν δυστροπίαν ἀνασειράζουσι, ταῖς ἀπὸ τῆς τέχνης ἐπαγωγαῖς· ὁ δὲ τὴν εἰς τὸ πρόσω πάροδον ἀποφράττει τοῖς κακοῖς, προφυλακτικαῖς ὥσπερ τισὶ προανατειχίζων ἐντολαῖς τὴν ἑκάστου ψυχήν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔμελλον οὐχ ἐφ' ἑνὸς ἔθνους τυχὸν, ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ χώρας μιᾶς προεδρεύειν οἱ μαθηταὶ, καθηγήσασθαι δὲ μᾶλλον ἁπάσης τῆς ὑφ' ἡλίῳ, καὶ τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸν εὐαγγελικὸν καὶ θεῖον διακηρύξαι λόγον, παρατρέπειν τε τοὺς ἀκροωμένους ἐπὶ τὸ μόνῳ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ μεταθήσειν ἐξ ἁμαρτίας ἐπὶ τὸ βούλεσθαι δρᾷν τὰ αὐτοῖς πρέποντα, καὶ κανόνα τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ποιεῖσθαι τὸν νόμον, φημὶ δὲ τὸν εὐαγγελικὸν, ἀναγκαίως αὐτοῖς παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι κελεύει τὸ παρὰ τοῦ κόσμου μισεῖσθαι, τοῦτ' ἔστι, παρὰ τῶν φρονούντων τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ φιληδόνως καὶ ἀσεβῶς ζῇν ἑλομένων. Καὶ τίς ἂν εἴη πάλιν ὁ τούτου λόγος; Ἆρα γὰρ, εἰπέ μοι, φήσειεν ἄν τις τυχὸν, τὰ τοιαῦτα τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς διακελεύεσθαι δεῖν ἐδοκίμασεν ὁ Χριστὸς, ἐπωφελές τι χρῆμα τὸ μισεῖσθαι δεικνὺς, ἀδιακρίτως τε καὶ ἐπ' οὐδενὶ τυχὸν τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν; Ἄπαγε τῆς ἀμαθίας. Οὐ γὰρ ἂν εἰς τοῦτο ὡλίσθεν ὁ λόγος αὐτῷ· τὸ μισεῖσθαι δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐ σφόδρα φυλάττεσθαι παρὰ παντὸς συμβουλεύει, διωρισμένως φησὶν, ἄριστά τε καὶ διακεκριμένως· « Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, » τοῦτ' ἔστιν, εἰ καὶ μέλλοιεν ὑμᾶς διὰ μίσους ἔχειν οἱ τὰ ἐν κόσμῳ τετιμηκότες, καὶ μόνα φρονοῦντες τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἴστε δὴ τότε, φησὶ, προπεπονθότα τοῦτο τὸν διδάσκαλον. Ὅτι δὲ τοῖς τῶν καλλίστων εἰσηγηταῖς οὐ μετρίως οἴσει τὴν ὄνησιν τοῦ Σωτῆρος ἡ ἐντολὴ, κατίδοι τις ἂν εὖ μάλα ῥᾳδίως, εἰ τῇ τῶν πραγμάτων ἐνορῴη φύσει. Φίλον μὲν γάρ πως ἀεὶ, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπίπαν ἐσπουδασμένον τοῖς τῶν αἰσχίστων ἐρασταῖς, καὶ τοῖς εἰς ἄκρον ἥκουσι βδελυρίας κοσμικῆς, παρακούεσθαι μὲν ὡς δυσαχθῆ καὶ ἀλλόκοτον τὸν σωφρονίζοντα λόγον, ἐπιφύεσθαι δὲ τοῖς εἰσηγεῖσθαι σπουδάζουσι τὰ τῶν μαθημάτων ἄριστα, καὶ τὰ δι' ὧν ἀμείνους ἔσονται, ἢ πρότερον ἦσαν, μόναις ταῖς ἰδίαις ἡδοναῖς τὸ κρα-

XV, 18. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.*

Servatoris methodum quam cuique rei adhibet et qua quid auditoribus prosit perpetuo rimatur, B nihil, opinor, differre comperiemus ab eximia illa peritia et arte medicorum. Hi enim adhibitis artis remediis morbos corporibus ingruentes retundunt: ille aditum malis intercludit, cautionibus veluti quibusdam uniuscujusque animum præmuniens. Quia ergo debebant non unius tantummodo gentis, nec unius duntaxat regionis duces esse discipuli, sed constitutis per universum orbem hominibus divinum et evangelicum sermonem prædicaturi erant, atque ad unius Dei obsequium auditores conversuri, et a peccato ad virtutem et honestatem traducturi, suæque vitæ regulam legem evangelicam adhibituri, necessario iis præcipit ut nihili faciant odio a mundo haberi, id est, ab iis qui quæ mundi sunt sapiunt, et impie atque libidinose vitam degunt. C At quænam est hujusce rei ratio? Num enim, dicet forsan aliquis, suis discipulis Christus hæc mandare voluit **895** quod ostenderet utile esse, odio haberi indiscriminatim et in re nullius momenti? Absit tanta imperitia! Nec enim eo pertinet ejus oratio: non enim simpliciter consulit ut in odium cujusvis incurrere pro nihilo ducamus; sed distincte ait, et recte cumprimis ac diserte: « Si vos odit mundus, » id est, licet odio vos habituri sint qui mundi res in pretio habent, ac terrena tantum sapiunt, scitote, inquit, hoc prius evenisse magistro. Quod autem rerum optimarum doctoribus non parum utilitatis allaturum sit Servatoris mandatum, facile is agnoscet qui rerum naturam ipsam attenderit. Solent enim qui spurcissimis rebus student et impuritatis mundanæ culmen attigerunt, admonitiones ut molestas et graves abjicere, et in eos qui recta docere aggressi fuerint, quibus ad meliorem frugem revocentur, gravius insurgere, voluptatibus suis toti succumbentes. Verum utile quiddam me propemodum fugit, quod propositorum verborum explicationi inprimis convenit ac debetur. Judæi quippe uni Mosaicæ litteræ ac figuris adhærentes, usque ad tempus correctionis obfirmati animo, disciplinam evangelicam nihili plane faciebant, illius autem interpretes infensissimis hostibus graviores duce-

[88] Marc. XIII, 31.

bant: gentes vero, diversum profitentes errorem A et ineffabilem Dei gloriam creaturæ affingentes, doctrinam qua illuminentur haud æquo animo suscipiunt. Veteribus quippe malis quodammodo inolitis summopere amplectebantur inscitiam, et ab ingenito morbo recedere vix ac ne vix quidem studebant. Cum ergo rerum natura ita se habeat, quis dubitet Servatoris discipulos exosos fore Judæis ac gentilibus infensos, voluptariis autem hominibus longe gravissimos? At si discipuli Servatoris ægre laturi essent ab aliquo eorum quos modo recensuimus odio haberi, ac non potius eorum amicitiam omni studio venari deberent, numquid omnibus patet nullam plane laudem reportaturos, qui doctrinam nulli prorsus utilem profiteantur, sed assentationi B **896** potius studeant, arguendi secundum Deum fiduciam comprimant, quod cuique gratum sit loquentes atque docentes? Necessarium est igitur monere non esse amicitiam quærendam, sed vel in nonnullorum odium incurrere haud multum curandum, cum ex admonitione aliquid eis utilitatis exsistit. Hoc utique et Paulum fecisse videbimus, et clare dixisse: « Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem [86]. » Cum autem Corinthium quemdam corripuisset, atque id gravissime tulisse didicisset, ait: « Si enim ego contristo vos, et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me [87]? » Tristitia quippe quæ secundum Deum est, pœnitentiam in C salutem immutabilem operatur. Dubium itaque non erit sermonem, ad oblectationem auditorum compositum et qui quod usui sit eis non exponit, mundo potius assentari quam prodesse: qui vero Servatoris verbis credit, nihil istiusmodi prædicabit. Ei quippe placere sibi satius esse putabit, et spiritalium divitiarum loco existimabit odio ab iis haberi qui gravissimum virtuti bellum indixerunt. Cum ergo vestri nominis splendori interdum efficere videb tur odio esse mundo, impedimentum illud projicite, contemptis illis honoribus, nisi cum utilitatis ratione conjungantur: neque vero molestum vobis sit odio haberi, cum prior id ego sim expertus. Sum autem Dominus et magister scilicet. Quod autem sui capitis exitio ipsum etiam D Christum oderint qui mundana sapiunt ac cœlestia bona contemnunt, existimo probatu non esse difficile. Ipse enim in Evangeliis ad quosdam ait: « Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera ejus mala sunt [88]. » Exemplar itaque seipsum præbens etiam hic sanctis apostolis, hoc iter insistere jubet, cum alibi rursus aperte ait: « Beati estis cum maledixerint vobis homines, et exprobraverint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me: gaudete et exsultate, quoniam

A τεῖν ἐπιτρέψαντες. Ἀλλὰ γὰρ μικροῦ μέ τι τῶν ἀναγκαίων παρελάσαν ᾤχετο, καίτοι ταῖς τῶν προκειμένων θεωρίαις ὅτι μάλιστα πρέπον τε καὶ χρεωστούμενον. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ μόνῳ τῷ Μωσαϊκῷ προσεδρεύοντες πράγματι [γρ. γράμματι] καὶ τοῖς ἐν τύπῳ τετελεσμένοις, μέχρι καιροῦ διορθώσεως τὸν οἰκεῖον ἐνιδρύσαντες νοῦν, τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως οὐδένα μὲν τὸ παράπαν ἐποιοῦντο λόγον, τοὺς δέ γε πρεσβευτὰς, φορτικοὺς ἡγεῖσθαι μᾶλλον τῶν σφόδρα πολεμιωτάτων ᾤοντο δεῖν· οἱ δὲ τὴν ἑτέραν μετιόντες πλάνησιν, καὶ τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ δόξαν περιτιθέντες τῇ κτίσει, φημὶ δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, οὐ λίαν ἀσμένως τὸν καταλαμπρύνειν αὐτοὺς εἰδότα παραδέχονται λόγον. Ἐντετηκότες γὰρ ὥσπερ τοῖς ἀρχαίοις κακοῖς, φιλαιτάτην ἐποιοῦντο τὴν ἀμαθίαν, B καὶ συντρόφου νοσήματος ἀποφοιτᾷν ἦσαν ὅτι μάλιστα δυσοκνότατοι. Οὕτω τοιγαροῦν τῆς τῶν πραγμάτων ἐχούσης φύσεως, τίς ἂν ἐνδοιάσαι λοιπὸν, ὡς ἔμελλον ἔσεσθαι τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, στυγητοὶ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις, διεπτυσμένοι δὲ παρὰ τοῖς τὴν Ἑλλήνων νοσοῦσι πλάνησιν· ἥκιστα δὲ ἡδεῖς, μᾶλλον δὲ δυσαχθέστατοι τοῖς φιληδονεῖν ἑλομένοις, καὶ τὸν ἐξίτηλον ἐν τρυφαῖς τετιμηκόσι βίον; Ἀλλ' εἴπερ ἔμελλον τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ [γρ. ὑπό του] μισεῖσθαι τυχὸν τῶν ἤδη κατειλεγμένων ποιεῖσθαι φορτικὸν, ζηλοῦν δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι καὶ φιλοθηρεῖν ἐκτόπως καὶ τὴν παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων ἀγάπησιν, πῶς οὐ πᾶσι προδηλότατον, ὡς οὐκ ἂν ἐγένοντο περιφανεῖς, οὐδενὶ τὸ παράπαν C τὸν ὠφελεῖν ἰσχύοντα προϊσχόμενοι λόγον, κομψείαις δὲ μᾶλλον ἐπιδιδόντες τὰ φρονήματα, καὶ τὸν μὲν ἐκ παῤῥησίας τῆς κατὰ Θεὸν συστείλαντες ἔλεγχον, τό γε μὴν ἑκάστῳ μᾶλλον ἡδὺ, λαλοῦντές τε καὶ εἰσηγούμενοι; Ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ παραίνεσις τοῦ μὴ σφόδρα φιλεῖσθαι ζητεῖν, ποιεῖσθαι δὲ παρ' οὐδὲν, τὸ καὶ διὰ μίσους ἰέναι τισὶν ἔστ' ἂν αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς νουθεσίας ὑπάρχοι χρήσιμον. Τοῦτό τι [γρ. τοῦτό τοι] καὶ Παῦλον δεδρακότα θεωρήσομεν, καὶ εἰρηκότα σαφῶς· « Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; Ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; Εἰ ἔτι ἀρέσκειν ἀνθρώποις ἤθελον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. » Ἐπιτιμήσας δὲ πάλιν τῶν ἐν Κορίνθῳ τινὶ, ἀφορήτως τε λίαν ἀπηλγηκότα τοῦτο μαθὼν, φησίν· « Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ D ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; » Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμετάβλητον κατεργάζεται. Ἔσται τοιγαροῦν οὐδαμόθεν ἀμφίλογον ὡς κολακεύσει μὲν τὸν κόσμον, ἤπερ ὀνήσει μᾶλλον ὁ καθ' ἡδονὴν τοῖς ἀκροωμένοις ἐσόμενος λόγος, καὶ οὐχὶ τὴν τοῦ συμφέροντος γνώμην παρατιθείς· ὁ δὲ τοῖς τοῦ Σωτῆρος πειθόμενος λόγοις, οὐχὶ τοῦτο πρεσβεύσει ποθέν. Προελεῖται γὰρ μᾶλλον τὸ ἀρέσκειν αὐτῷ, καὶ πνευματικὸν ἡγήσεται πλοῦτον, καὶ τὸ μισεῖσθαι λοιπὸν παρὰ τῶν ἡγεῖσθαι πολεμιωτάτην τὴν ἀρετὴν ἑλομένων. Ὅταν τοίνυν, φησὶ, ταῖς ὑμετέραις εὐδοκιμήσεσιν ἀντιπράττειν ἔσθ' ὅτε ὁρῷτο κεκινημένον

[86] Galat. i, 10. [87] II Cor. ii, 2. [88] Joan. vii, 7.

τὸ μισεῖσθαι παρὰ τοῦ κόσμου· νικάσθω, καὶ τοῦτο διαῤῥιπτέσθαι τὸ παραπόδισμα, διὰ τοῦ μὴ λίαν ἐφήδεσθαι ταῖς τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν τιμαῖς, εἰ μὴ τοῦ πεφυκότος ὠφελεῖν ἀνέχοιντο λόγου· ὁράσθω δὲ μηδαμῶς τὸ μισεῖσθαι φορτικὸν, ἐμοῦ τοῦτο προπεπονθότος. Εἰμὶ δὲ δηλονότι Κύριος καὶ Διδάσκαλος. Ὅτι δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς καὶ αὐτὸν μεμισήκασι τὸν Χριστὸν, οἱ τὰ ἐν κόσμῳ φρονεῖν ᾑρημένοι, καὶ τῶν οὐρανίων ὑπερφρονήσαντες ἀγαθῶν, οὐκ ἔργον οἶμαι δεικνύειν. Ἔφη γὰρ αὐτὸς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πρός τινας· « Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ, ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστι. » Τύπον οὖν ἄρα τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τὰ καθ' ἑαυτὸν, κἀν τούτῳ δὴ πάλιν παραθεὶς, ἰχνηλατεῖν κελεύει καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ὁδὸν, ὅτε καὶ διαῤῥήδην ἔλεγεν ἑτέρωθί ποι πάλιν· « Μακάριοί ἐστε, ὅταν διώξωσιν ὑμᾶς καὶ ὀνειδίσωσι καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. »

Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

Ἐλαφρὸν ἐκ τέχνης καὶ τὸ πάντων ὅτι μάλιστα δυσαχθέστατον καὶ ἐφ' ὅπερ [Ἴσ. ᾧπερ] ἦν εἰκὸς οὐ μετρίως δυσχεραίνειν, παραδόξως ἥδεσθαι ποιεῖ. Φορτικὸν μὲν γὰρ ὄντως τὸ μισεῖσθαι πρός τινων, διὰ τὰ ἐντεῦθεν ἔσθ' ὅτε διεκκύπτοντα βλάβη καὶ ἀδοκήτους ἐπιβουλὰς, ἀλλ' ἡδὺ καὶ τοῦτο διὰ Θεὸν, καὶ ὅταν συμβαίνῃ δι' εὐσέβειαν, ἀπόδειξιν ἐναργεστάτην εἰσφέρει τοῦ μὴ εἶναι κοσμικὸν, τὸν ἐφ' ᾧπερ ἂν πράττοιτο παρά τινων. Ὥσπερ γὰρ σωμάτων, οὕτως, οἶμαι, καὶ τρόπων συγγενείας εὑρήσομεν, καὶ τῶν ἐθῶν ἡ ταυτότης, καὶ ἡ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ὁμοιότης, τὴν ἐξ αἵματος ἀγχιστείαν ὑποδραμεῖν ἱκανή. Πᾶν γὰρ ζῶον ἀγαπῶν τὸ ὅμοιον αὐτῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. Τῆς δὲ ὁμοηθείας δηλονότι τὸν τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ἀνανεούσης νόμον, ἅγιος μὲν ἁγίῳ συνδιαιτήσεται, καὶ λίαν ἡδέως ἔσεται κατὰ ταυτὸν καὶ συνέσται φιλοφρόνως· βεβήλῳ δὲ πάλιν ὁ τοιοῦτος τὸν τρόπον. Ταύτητοι καὶ νόμος ὁ διὰ Μωσέως διαστολὴν ἐποιεῖτο τὴν ἀνὰ μέσον ἁγίου τε καὶ βεβήλου φημὶ, ἄμικτά πως ἀλλήλοις καὶ ἀσύγχυτα τὰ τοιαῦτα τηρῶν, κατά γε τὸν ἐν ἀγάπῃ λόγον. « Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ, » καὶ πολεμεῖ πως ἀλλήλοις τὰ ἑτεροτροπεῖν ᾑρημένα, καὶ τὰ τοῖς εἰς τὸ ἐναντίον βλέπουσι διῳκισμένα θελήμασι, μονονουχὶ καὶ ἀλλήλων κατηγορεῖ, ἑκατέρου τὸ οἰκεῖον θαυμάζοντος ἐπιτήδευμα. Οὐκοῦν ἀνάγκη μισεῖσθαι τὸν φιλάρετον, δι' ὧν αὐτὸς θαυμάζοιτο τὴν φαυλότητα διελέγχοντα, καὶ τὸ ἐν τοῖς πονηροῖς αἶσχος ἀπολευκαίνοντα, τῇ τῶν οἰκείων ἀντιπαραθέσει τρόπων· παραδειχθέντος γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ, πολλή πως ἀνάγκη τὸ φαῦλον ἀσχημονεῖν. Διὰ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν, τοῖς φιλαρέτοις ἐπιμεμήνασιν, οἱ μὴ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐζηλωκότες τρόπον. Οὐκ ἐᾷ τοιγαροῦν λυπεῖσθαι τοὺς μαθητὰς, κἂν ἀπηχθημένους ἑαυτοὺς ὁρῶσι τῷ κόσμῳ, διὰ τὸ φιλάρετον καὶ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν, χαίρειν δὲ μᾶλλον ἐκ τῶν ἐναντίων εἰσηγεῖται δεῖν, δεχομένους εἰς ἀπόδειξιν τοῦ παρὰ Θεῷ λαμπροὺς ἔσεσθαι, καὶ λόγου παντὸς ἀξίους, τὸ μισεῖσθαι παρὰ τοῦ κόσμου. Βλέπε γὰρ ὅπως σφαλερὸν ἀπέδειξεν, ὅπερ ἦν εἰκὸς ἑλέσθαι τυχὸν, τληπαθεῖν οὐκ ἀνεχομένους.

merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos [69]. »

897 XV, 19. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*

Artificiose plane reddit facilem rem omnium longe gravissimam, eoque præter spem oblectari facit, quod non mediocrem molestiam jure allaturum videbatur. Grave enim est revera odio esse nonnullis, propter damna quæ interdum hinc emergunt, et inopinatas insidias : sed suave illud est propter Deum, et, si ob pietatem contingat, manifestissimo argumento est ac indicio non esse mundanum eum in quem istud aliqui moliantur. Ut enim corporum, ita morum cognatio quædam est : et morum perfecta similitudo ad propinquitatem sanguinis exprimendam valet. Omne enim animal diligit simile sibi, ut scriptum est [70], et omnis homo simili sui sociabitur. Morum autem conformitate mutuæ dilectionis legem renovante, sanctus quidem cum sancto conversabitur, et suavissime atque amantissime una cum eo deget, profanus item cum profano. Idcirco lex quoque Mosaica inter sanctum et profanum discrimen ponebat, nusquam ea inter se coire posse statuens amicitiæ lege. « Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava [71], » et quæ discrepant diversis moribus ac in diversum tendentibus animis, inter se quodammodo bellum gerunt, seque mutuo propemodum accusant, exosculante utroque suum institutum. Quocirca necesse est odio haberi virtutis studiosum ex iis ob quæ admirationi esse debeat, quippe qui improbitatem coarguat, et malorum obscenitatem oppositis suis moribus retegat : bono quippe exhibito necesse est mali patere fœditatem. Hanc, opinor, ob causam virtutis studiosis succensent, qui non eosdem sectantur mores. Discipulos igitur angi non sinit, quamvis seipsos exosos mundo videant propter virtutis pietatisque studium : sed e contrario lætandum esse docet, futuræ sibi apud Deum claritatis ac splendoris sumpto hinc argumento et indicio, quod odio a mundo habeantur. Vide enim quo pacto periculosum esse ostendat nolle pati quod velle deceat. Odio quippe a nonnullis haberi, periculo utique prorsus non caret, liberam tamen apud **898** Deum excusationem non

[69] Matth. v, 11, 12. [70] Eccli. xiii, 19, 20. [71] I Cor. xv, 33.

habet, sed lucri plurimum potius eum manet qui illud ultro susceperit. Si enim qui odio est iis qui mundana sapiunt, tanquam extra mundum censetur esse: ergo qui non habetur odio, necesse est mundi malis implicari. Quid ergo his verbis Christus statuit? Cum fiducia et libere eos loqui, nec peccatorum metu aut eorum qui, divina prædicatione contempta, castigationes et admonitiones prohibent, sine fructu dimittere auditores, sed, periculis quæ ex odio sæpe contingunt neglectis, fortes ac strenuos in proposito manere, nec prius quidquam habere aut ducere quam ut Deo placeant. Quod cum Paulus egregie præstaret, ita scribit: « Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem [82]. » Nec enim fieri potest ut quis improbis placeat et Deo. Quomodo enim ambo hi in unum coalescent, cum voluntas in utroque longe sit dissimilis? Hæc enim virtutem, illa vitium respicit. Qui ergo servire Deo uniformiter statuit, nec pietate erga eum prius quidquam habet, in offensionem mundanorum hominum incurrat necesse est, si quando ab impuritate mundi eos avocet. Gravissimæ enim sunt voluptatis cultoribus exhortationes, quæ ad meliorem frugem eos revocant, sicuti nimirum et iis quibus hisce morbis corpus corruptum est, remedia illa sunt acerba quæ salutaria.

A Τὸ μὲν γὰρ μισεῖσθαι παρά τινων, ἣν δήπου πάντως οὐχ ὁλοκλήρως ἀζήμιον· ἀλλ' οὐκ ἔχει τὴν παραίτησιν ἐλευθέραν παρὰ Θεῷ, πολὺ δὲ δή τι τὸ κέρδος ἐν τῷ μᾶλλον ἐθελῆσαι παθεῖν αὐτό. Εἰ γὰρ ὁ μισούμενος παρὰ τῶν τὰ ἐν κόσμῳ πεφρονηκότων, ὡς ἔξω κόσμου λελόγισται, τὸν ἄρα μὴ μισηθέντα, τοῖς τοῦ κόσμου κακοῖς συνδεῖσθαι λοιπὸν ἀνάγκη νοεῖν. Τί οὖν ἄρα διὰ τούτων ᾠκονόμησεν ὁ Χριστός; Τὸ ἐν παῤῥησίᾳ ποιεῖσθαι τὸν λόγον αὐτοὺς, καὶ μὴ αἰδοῖ τῇ περί τινας τῶν ἡμαρτηκότων, ἤγουν ἀπειθεῖν ἑλομένων τῷ θείῳ κηρύγματι, τὸν σωφρονεῖν ἀναπείθοντα διακωλύοντας λόγον, ἀνωφελήτους ἐᾷν τοὺς ἀκροωμένους, παριππεύοντας δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν μισεῖσθαι πολλάκις ἐσόμενα βλάβη γοργῇ καὶ ἀνυποστόλῳ κεχρῆσθαι τῇ συμβουλῇ, μηδὲν τὸ παράπαν ὑφορωμένους, ἤγουν προὐργιαίτερόν τι λογιζομένους τοῦ δεῖν ἀρέσαι Θεῷ. B Ὃ δὴ καὶ Παῦλος ἄριστα κατορθῶν, οὕτω γράφει· « Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; Ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; Εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. » Οὐ γὰρ ἔστι, οὐκ ἔστιν πονηροῖς ἀρέσκειν καὶ Θεῷ. Πῶς γὰρ ἂν ἴοι κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα, πολύ τι εἰς ἀνομοιότητα διῳκισμένης τῆς ἐν ἑκατέρῳ θελήσεως; Ἡ μὲν γὰρ εἰς ἀρετὴν, ἡ δὲ εἰς φαυλότητα βλέπει. Τὸν ἄρα μονοτρόπως ἐθέλοντα δουλεύειν τῷ Θεῷ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας οὐδὲν τιθέντα τὸ ἄμεινον, προσκρούειν ἀνάγκη τοῖς ἀγαπῶσι τὸν κόσμον, ὅταν ἀναπείθῃ φρονεῖν τὰ τῆς κόσμου βδελυρίας ἐκφέροντα. Δυσφορώτατοι γὰρ τοῖς φιληδόνοις, αἱ πρὸς ἕτερόν τι καλοῦσαι συμβουλαὶ, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς ὑπὸ τούτων τῶν παθῶν τὸ σῶμα διεφθαρμένοις τὰ ἐπωφελῆ καὶ δάκνοντα τῶν βοηθημάτων.

XV, 20. *Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt.*

C *Μνημονεύετε τοῦ λόγου οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσι.*

Postquam superius ostendit bonum esse odio haberi, si tempus id postulet (levissimum enim est, imo vero ter optandum quodcunque contingit propter Deum, qui ut obstacula quæque vincamus efficere potest), addit insuper utiliter quod novit, ut Deus, retardaturum eos quominus ardenti studio cœlestem doctrinam prædicent. Nam qui delecti sunt ad docendum, solent ut plurimum in pericula et ignominias incurrere, cum iis quos admonent minus placent quæ dicuntur; cumque præterea contingat ut repudiata sua doctrina **899** persecutionem patiantur, etiam adversus hæc expeditos ac strenue paratos esse jubet. Hæc autem futura quodammodo prædicit, propter eorum qui erudiendi veniebant improbitatem. Quod alibi quoque significabat, dicens: « Væ mundo a scandalis: necesse enim est ut veniant scandala [83]. » Ubique porro singulari consilio exemplum se præbet, ne majora appetentes aliud infamiæ genus incurrere deprehendantur, sed necessitate veluti quadam Domini gloriam pone sequentes supra eum efferri nolint. Eos igitur ignominiam incursuros subinnuit, dicens: « Non est servus major domino suo. » Me

Προαποδείξας εὖ μάλα καὶ τὸ μισεῖσθαι καλὸν, εἴπερ εἴη καὶ τούτου καιρὸς (φορητὸν γὰρ ἄγαν, μᾶλλον δὲ τριπόθητον, ὅπερ ἂν συμβαίνῃ διὰ Θεὸν, παραποδισμάτων ἀμείνους ἐργάζεσθαι δυνάμενον), προσανερεῖ δὴ χρησίμως, ὅπερ οἶδεν ὡς Θεὸς, κατοκνήσειν ἀναπεῖθον αὐτοὺς πρὸς τὸ σφόδρα συντείνεσθαι θέλειν περὶ τὸ χρῆναι κηρύττειν τὸν οὐράνιον λόγον. Ἑπόμενον γὰρ ἐπὶ πολὺ τοῖς εἰς τὸ διδάσκειν προκεχειρισμένοις τὸ ἀτιμάζεσθαί καὶ κινδυνεύειν, ὅταν οὐχ ἡδεῖς τοῖς νουθετουμένοις οἱ παρ' αὐτοῖς εὑρίσκονται λόγοι, συμβαίνοντός τε πρὸς τούτῳ καὶ τοῦ D διαπυθέσθαι μὴ παραδεχθέντος ἔσθ' ὅτε τοῦ λόγου, εὐτρεπεῖς εἶναι καὶ πρὸς ταῦτα λίαν εὐχερεῖς καὶ προθύμως καὶ νεανικῶς διακελεύεται. Προμηνύει δὲ ὥσπερ πάντη τε καὶ πάντως ἐσομένων, διὰ τὴν τῶν μελλόντων παιδαγωγηθήσεσθαι μοχθηρίαν. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἑτέροις ἐδήλου λέγων· « Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. » Οἰκονομεῖ δὲ πανταχῇ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐν τούτῳ παραδεικνὺς, ἵνα μὴ μειζόνων ἐφιέμενοι, καθ' ἕτερον τρόπον ἀσχημονοῦντες ἁλίσκωνται, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀνάγκης κατόπιν τῆς τοῦ Κυρίου βαίνοντες δόξης τὸ μὴ ὑπὲρ αὐτὸν γενέσθαι σπουδάζωσι. Τὸ μὲν οὖν

[82] Galat. I, 10. [83] Matth. XVIII, 7.

ἀτιμασθήσεσθαι πάντως αὐτοὺς ὑποσημαίνει λέγων· « Οὐκ ἔστι δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. » Ἐμὲ γὰρ, φησὶν, ἀχαλίνῳ μὲν κατεκρότησαν γλώττῃ, λοιδορίας τρόπον ἀνεπιτήδευτον οὐκ ἀφέντες οἱ δείλαιοι, δαιμονῶντα καὶ μέθυσον καὶ πορνείας ἐκάλουν καρπόν. Ἀλλ' οὐκ ἐζήτουν παραχρῆμα τὰς δίκας, ἀλλ' οὐδὲ ταῖς παρ' αὐτῶν λοιδορίαις καταδηχθεὶς, τὸν τοῖς ἀκροωμένοις σωτήριον ἀνέκαμψα λόγον. Οὐκοῦν μὴ ζητείσθω παρ' ὑμῶν τὸ μεῖζον ἀκαίρως, μηδὲ τῶν τοῦ Κυρίου κατασοβαρεύεσθε μέτρων, πρὸς τοσαύτην ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς καταβιβάσαντος τὴν ταπείνωσιν, διὰ τὸ πᾶσι λυσιτελές. Οὐκοῦν ἀμείνους ἐργάζεται καὶ τῆς ἐν λόγοις σκληρότητος καὶ τῆς τῶν φιλοψογεῖν εἰωθότων ἀνοσιότητος, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο γεγυμνασμένος ἔλεγεν· « Ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἐν τοῖς καταρωμένοις με. » Μειζόνως γε μὴν ὁ θεσπέσιος Παῦλος διαλάμψας ἐν αὐτῷ, καὶ πολὺ καταθλήσας τῆς τῶν ὑβριζόντων ἀνοσιότητος, « Λοιδορούμενοι, φησὶν, εὐλογοῦμεν, δυσφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. » Τὸ μὲν γὰρ τῶν τοιούτων καταπεανιεύεσθαι φιλεῖν, ἔργον ἂν γένοιτο διανοίας πτωχευούσης τῷ πνεύματι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ μετρίῳ κομιδῇ κεκοσμημένης φρονήματι. Φύεται γάρ πως καὶ καθάπερ ἐκ ῥίζης ἀνίσχει καλῆς, ἐκ τούτου δὲ μάλιστα, τὸ μακρόθυμόν τε καὶ ἀνεξίκακον. Τὸ δὲ ἀφορήτως ἔχειν εἰς λόγους τοὺς παροτρύνοντας, εἰς πάντων [γρ. πᾶν], ἢ καὶ ὁτιοῦν ἀτιμίας εἶδος, τῆς παρά τινων, ἔνδειξιν ἂν ἔχοι σαφῆ λογισμοῦ φιλοκόμπου, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ φιλοδοξίας οὐ λίαν ἀπηλλαγμένου φρονήματος. Τί γὰρ ἂν δράσῃ τυχὸν, ἢ τί ὕβρις ἀδικήσῃ τὸν τῆς ἀτυφίας ἐραστήν; Τῷ δὲ μὴ δόξης ἐφιεμένῳ κοσμικῆς, πῶς ἀνιαρὸν ἔσται τὸ λοιδορεῖσθαι πρός τινος; Δόξης οὖν ἄρα ταυτησὶ τῆς εἰκαιοτάτης, φημὶ, καὶ τῆς ἐν κόσμῳ τετιμημένης ἄνω βεβηκότα τὸν νοῦν, καὶ τὸν τοιούτων ὑπεριπτάμενον ἔχειν, εἰκότως διακελεύεται· προεπινοεῖ δὲ ὥσπερ ἀναγκαίαν ἀσφάλειαν, πρὸς τὸ δεῖν ἐθέλειν ἐν τούτοις ὁρᾶσθαι, καὶ καθάπερ αἰκίαν τὴν εἰς τοῦτο κατωθοῦντα τίθησι λογισμὸν, ὅπερ ἐλέγομεν ἐξ ἀρχῆς, τὸ κατόπιν ἰέναι τῆς τοῦ Κυρίου τιμῆς, ἥδιστα δὲ λίαν προσίεσθαι πᾶν ὅπερ ἂν ἴοι κατὰ καιρὸν, ἔστ' ἂν αὐτοῖς τὸ εὐδοκιμεῖν ὑπάρχῃ διὰ Θεὸν, οὐ ταῖς ἀτιμίαις ὑπτιουμένους, ὡς ὄκνον ἀνωφελῆ, οὐδὲ ὑπό του τυχὸν ἐπείπερ διαλελοιδόρηνται πικρῶς, τὴν ἐν τῷ διδάσκειν παῤῥησίαν ἀνασειράζοντας, καὶ τῶν θείων ἐνταλμάτων ὀλιγωρήσαντας, ἀντέχεσθαι δὲ μᾶλλον τῆς εἰς ἀδελφοὺς ἀγάπης, καὶ διὰ παντὸς ἐπείγεσθαι τρόπου τοὺς πλανωμένους ὠφελεῖν. Ἀναπείσας τοίνυν ὑπὸ πόδας τῆς προσκαίρου δόξης φείδεσθαι τῆς κοσμικῆς, ἕτερόν τι προσεπαγωνίζεται, χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον. « Εἰ γὰρ ἐμὲ, φησὶν, ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσι. » Καὶ συγγενῆ μὲν ταῖς πρώτοις ἔχει καὶ τοῦτο τὴν θεωρίαν. Τληπαθεῖν δ' οὖν ὅμως ἀναπείθει, καὶ τῶν ἔσεσθαι ἐν ἡμῖν προσδοκηθέντων διαλογισμῶν προαναιρεῖ τὴν ἀσθένειαν. Ἦν μὲν γὰρ οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι ταῖς τῶν διωκόντων τὴν ἀλήθειαν

A enim, inquit, effrenata lingua petierunt, nullum convicii genus intactum relinquentes miseri, dæmoniacum, temulentum et spurium vocarunt. Verum non statim pœnas exegi, sed neque conviciis eorum appetitus salutarem auditoribus doctrinam inhibui. Quare nolite altum intempestive sapere [94], nec Domini mediocritatem superbe despicite, qui tantam ad demissionem propter nos ut omnibus prodesset se depressit. Igitur superiores eos facit, et verborum duritie, et conviciatorum impietate, quemadmodum nempe beatus ille quoque propheta Jeremias in eo ipso exercitatus aiebat: « Fortitudo mea defecit in iis qui maledicunt mihi [95]. » Quin et divinus ille Paulus ea re maxime spectatus, et impiorum sæpe contumelias perpessus: « Maledi-
B cimur, inquit, et benedicimus; blasphemamur, et obsecramus [96]. » Ista quippe generose perpeti, opus est mentis pauperis spiritu, sicut scriptum est [97], et singulari modestia præditæ. Hinc enim velut ex bona radice oriuntur longanimitas et patientia. Nolle autem ne verbo quidem ullo lacessi, aut minimum contumeliæ genus perpeti, manifestum est argumentum animi superbi, nec inani gloriæ mundanæ studio multum expediti. Quid enim faciet, quæso, aut qua in re hominem a typho alienum lædet contumelia? Aut quomodo mundanæ gloriæ contemptor conviciis ullis offendetur? Hac itaque vanissima et quam mundus suspicit gloria mentem altiorem gerere merito jubet,
C **900** quinetiam necessariam veluti cautionem excogitat, ut tales esse velint, et adhibito in eam rem quodam quasi stimulo urget eos ratione quam initio diximus, nempe Domini gloriam esse sequendam, et quodcunque se obtulerit libenter amplectendum, quoties occasio se dabit gloriæ propter Deum adipiscendæ, ut nec infamiæ metu inutili se dedant inertiæ, nec ex eo quod ab aliquo forsan conviciis acrius appetiti fuerint, docendi fiduciam retundant, nec divina mandata contemnant, sed dilectionem potius illam in fratres amplectantur, et errantes omnibus modis juvare studeant. Postquam igitur persuasit mundanam illam ac temporariam gloriam aspernandam, aliud quiddam utile ac necessarium insuper molitur: « Si enim me
D persecuti sunt, inquit, et vos persequentur [98]. » Et hæc quidem similem habent cum prioribus sententiam. Tolerare itaque persuadet, et eorum quæ cogitaturi sumus infirmitatem prævertit. Dubium quippe non erat quin Servatoris discipuli, in veritatis persecutores incidentes, dira quæque subituri essent: verum probabile est eos in animum induxisse, cum de gloria Christi verba facerent, abundantis ejus misericordiæ se fore participes, adeo ut nihil tam præclarum studium prorsus retardaret, sed omnis omnino tumultus ac periculi expertes essent, nihilque triste paterentur, sed ab omnibus laudarentur, utpote qui salutarem eis doctrinam

[94] Rom. xi, 20. [95] Jerem. xv, 10. [96] I Cor. iv, 12. [97] Matth. v, 3. [98] Ibid. 10.

tuum autem et indelebile gaudium de seipso fore ait. A Juxta Pauli vocem etenim, imo secundum ipsam Veritatem: « Semel mortuus, ultra non moritur [83]. » Stabile igitur et perpetuum est gaudium de illo, jure id quidem. Nam si Christi mors mœstitiam nobis attulit, quis gaudium tollet a nobis, qui scimus eum vivere et jugiter manere, spiritalium nobis bonorum datorem atque largitorem? A sanctis igitur nemo tollit gaudium, juxta Servatoris vocem, sed ab iis ablatum est statim qui eum crucifixerunt. Soluta quippe passione, **936** mœror iis velut inevitabili necessitate inde continget, unde maxime gaudendum putabant. B

A κόσμῳ παιδίον ἀποτεχθὲν, ἄφθαρτόν τε καὶ ἀνώλεθρον. Ἑαυτὸν δὲ δηλονότι φησίν. Ἀναφαίρετόν γε μὴν καὶ ἀναπόβλητον, τὴν ἐφ' ἑαυτῷ θυμηδίαν ἔσεσθαι λέγει. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, μᾶλλον δὲ καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας δύναμιν· Ἅπαξ ἀποθανὼν, οὐκέτι ἀποθνήσκει. Ἐρηρεισμένη τοιγαροῦν ἡ ἐπ' αὐτῷ θυμηδία καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῷ θανάτῳ λελυπήμεθα, τίς ἡμῶν ἀποστήσει τὴν χαρὰν, εἰδότων, ὅτι καὶ ζῇ καὶ μένει διηνεκῶς, τῶν πνευματικῶν ἡμῖν ἀγαθῶν δοτήρ τε καὶ πρύτανις; Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ἁγίων οὐδεὶς αἴρει τὴν χαρὰν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· ἀφῃρέθη δὲ παραχρῆμα τῶν προσηλωσάντων αὐτὸν τῷ σταυρῷ. Λελυμένου γὰρ τοῦ πάθους, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ χαίρειν ᾤοντο δεῖν, ὡς ἐξ ἀφύκτου λοιπὸν ἀνάγκης αὐτοῖς τὸ λυπεῖσθαι συμβήσεται.

XVI, 23, 24. *Et in illo die me non interrogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.*

Memores et sapientiores fore sanctos discipulos ait, cum virtutem induti ex alto, ut scriptum est [84], et Spiritus lumine illustrati, omnia demum intelligere poterunt, licet eum præsentem nequaquam interrogent. Non enim quia illustratione sua non amplius opus habituri sint, hæc Servator ait, sed quia accepto suo Spiritu, eumque in cordibus suis inhabitantem habentes, omnis boni et perfectissimæ cognitionis plenam mentem habituri C sunt. Perfectam vero cognitionem esse dicimus, rectam illam et inconcussam, ac nihil absurdi sentire aut dicere sustinentem, sed recte opinantem de sancta et consubstantiali Trinitate sententiam. Nam etsi videamus modo per speculum, et in ænigmate, et agnoscamus ex parte, juxta Pauli vocem [85], tamen veritati dogmatum inhærentes, et scopum sanctæ ac divinitus inspiratæ Scripturæ sequentes, cognitionem habemus non imperfectam quam aliter consequi nemo potest quam illustrante sancto Spiritu. Ideoque cum discipulos ad postulanda spiritalia dona hortaretur, simulque eorum fruendorum, si petierint, fiduciam traderet, addito *Amen* ad fidem confirmat accepturos a Patre, D si quid ab eo supplices petierint, se nimirum mediante, et una cum Patre largiente. Id enim signat, « in nomine meo; » nec enim aliter ad Deum et Patrem accedimus, quam per Filium. Per ipsum quippe accessum habuimus in uno Spiritu ad Patrem, ut scriptum est [86]. Proindeque ait: « Ego sum janua; Ego sum via. Nemo venit ad Patrem nisi per me [87]. » Quatenus enim est Filius ac Deus, una cum Patre sanctis bona largitur, et benedictionem internam una cum eo nobis impertit. Et quidem Paulus ille divinus manifestissimam nobis hujus rei fidem faciebat, ita scribens: « Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τι αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. Ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσασθε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου· αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

Ἀμείνους ἔσεσθαι καὶ συνετωτέρους τοὺς ἁγίους φησὶ μαθητὰς, ὅταν ἐνδύσωνται τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος δᾳδουχίᾳ λελαμπρυσμένοι τὸν νοῦν, πάντα λοιπὸν δύνωνται νοεῖν, καὶ εἰ μὴ παρόντα τυχὸν διερωτῷ [γρ. διερωτῷεν] αὐτόν. Οὐ γὰρ ὅτι δεήσονται μὲν οὐκέτι φωταγωγίας τῆς παρ' αὐτοῦ τὰ τοιαῦτά φησιν ὁ Σωτὴρ, ἀλλ' ὅτι τὸ ἴδιον αὐτοῦ δεξάμενοι Πνεῦ- C μα, καὶ ἐνοικοῦν ἔχοντες ἐν καρδίαις, ἀπροσδεᾶ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ γνώσεως τῆς τελεωτάτης ἀνάπλεων τὴν διάνοιαν ἕξουσι. Τελείαν δὲ γνῶσιν εἶναί φαμεν, τὴν ὀρθήν τε καὶ ἀδιάστροφον, καὶ ἀπηχὲς μὲν οὐδὲν, ἢ φρονεῖν, ἢ λέγειν ἀνεχομένην, ὀρθῶς δὲ δοξάζουσαν περὶ τῆς ἁγίας τε καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Εἰ γὰρ καὶ βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ἀλλά γε τῆς ἐν τοῖς δόγμασιν ἀκριβείας οὐκ ἔξω βαίνοντες, κατακολουθοῦντες δὲ τῷ σκοπῷ τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς, γνῶσιν ἔχομεν οὐκ ἀτελῆ, ἣν οὐκ ἂν ἕλοι τις ἑτέρως, οὐκ ἐπιλάμψαντος αὐτῷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διά τοι τοῦτο παροτρύνων τοὺς μαθητὰς εἰς αἴτησιν τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων, ὁμοῦ δὲ διδοὺς τὸ θαῤῥεῖν, ὡς αἰτοῦντες οὐκ ἀποτεύξονται, τῇ D τοῦ, *ἀμὴν*, προσθήκῃ βεβαιοῖ πρὸς πίστιν, ὡς εἴ τι παρ' ἂν ἐθέλοιεν προσιόντες αἰτεῖν, λήψονται παρὰ τοῦ Πατρὸς, αὐτοῦ δηλονότι καὶ μεσιτεύοντος, καὶ συγχορηγοῦντος τῷ Πατρί. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ « ἐν τῷ ὀνόματί μου· » πρόεισι μὲν γὰρ οὐχ ἑτέρως τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, εἰ μὴ δι' Υἱοῦ. Δι' αὐτοῦ γὰρ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, ἐν ἑνὶ Πνεύματι πρὸς τὸν Πατέρα, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Διὰ τοῦτο καί φησιν· « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Ἣ μὲν γάρ ἐστιν Υἱὸς καὶ Θεὸς, ὁμοῦ τῷ Πατρὶ χορηγεῖ τοῖς ἁγίοις τὰ ἀγαθὰ, καὶ συνδοτὴρ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐλογίας εὑρίσκεται. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, φανοτάτην ἡμῖν ἐτίθει τὴν

[83] Rom vi, 9, 10. [84] Luc. xxiv, 49. [85] I Cor. xiii, 12. [86] Ephes. ii, 18. [87] Joan x, 7; xiv, 6.

ἐπὶ τούτῳ πίστιν οὕτω γράφων· « Χάρις ὑμῖν, καὶ A εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἡ δὲ μεσίτης καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ παράκλητος ὀνομάζεται, προσκομίζει τῷ Πατρὶ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετείας. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πάντων ἡμῶν παῤῥησία πρὸς τὸν Πατέρα. Ἐν ὀνόματι τοίνυν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὰς δεήσεις ποιητέον. Προχειρότατα γὰρ οὕτω κατανεύσειεν ἂν ὁ Πατὴρ, ἐπιδώσει δὲ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν τὰ ἀγαθὰ, ἵνα λαβόντες χαίρωμεν. Ἀναπιμπλάμενοι γὰρ χαρισμάτων πνευματικῶν, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ συνέσεως πλουσίαν λαχόντες τὴν χορηγίαν, διὰ τοῦ κατοικοῦντος ἐν ἡμῖν ἁγίου Πνεύματος, καταστρατευσόμεθα μὲν, καὶ λίαν εὐκόλως ἁπάσης ἐκτόπου τε καὶ βδελυρᾶς ἡδονῆς· ἀγαθουργοῦντες δὲ οὕτω, καὶ εἰς ἔφεσιν ἁπάσης ἰόντες ἀρετῆς σὺν ἐξαιρέτῳ τῇ προθυμίᾳ, καὶ νευ- B ρούμενοι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ὅσα τελοῦντα φαίνεται πρὸς ἁγιασμὸν τῇ τῆς ἀμοιβῆς ἐλπίδι, χαίρομέν τε λίαν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πονηροῦ συνειδότος κατήφειαν ἀποπεμψάμενοι, ταῖς ἐπὶ Χριστῷ θυμηδίαις τὸν οἰκεῖον καταπιαίνομεν νοῦν. Καὶ ἦν μὲν τοῖς ἀρχαιοτέροις ἀνεπιτήδευτον. Οὐ γὰρ μεμελέτητό πως προσευχῆς τις τοιοῦτος τρόπος διὰ τὴν ἄγνοιαν· ὁρίζεται δὲ νυνὶ διὰ Χριστοῦ, καὶ μάλα εἰκότως, ὅτε τῆς διορθώσεως ἀνέλαμψεν ὁ καιρὸς, καὶ ἡ παντὸς ἀγαθοῦ τελειότης εἰσκεκόμισται δι' αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ οὐδὲν τετελείωκεν ὁ νόμος, ἀλλ' ἦν ἀτελὴς ἡ κατ' αὐτὸν μελετωμένη δικαιοσύνη, οὕτω καὶ τῆς προσευχῆς ὁ τρόπος.

Christo [88]. » Quatenus vero mediator [89], et pontifex [90] et advocatus [91] **937** appellatur, offert Patri supplicationes pro nobis. Ipse enim est omnium nostrum fiducia apud Patrem. In nomine ergo Christi Servatoris nostri orandum est. Sic enim facillime Pater annuet, ac petentibus bona largietur, ut iis acceptis lætemur. Repleti quippe donis spiritalibus, ejusque locupleti cognitione ditati, per inhabitantem in nobis Spiritum, quamlibet impuram ac nefariam voluptatem facile expugnabimus, atque ita bene agentes, et ad omnis virtutis desiderium evecti, ac retributionis spe ad omnem rem quæ ad sanctificationem conducat confirmati, vehementer gaudemus, et improbæ conscientiæ, mœrore depulso, Christi lætitia mentem nostram saginamus. Quod veteribus quidem usitatum non fuit. Nec enim istum precandi modum usurparunt, præ ignorantia: nunc autem per Christum statuitur, idque jure merito, cum tempus correctionis affulserit, et cujusvis boni perfectio per eum inducta sit. Quemadmodum enim lex nihil ad perfectum adduxit [92], sed imperfecta erat justitia quæ secundum eam exercebatur, sic et precandi modus.

Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω C *ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν.*

Παροιμίαν εἶναί φησι τὸν ἀμυδρόν τε καὶ οὐ λίαν ἐμφανῆ λόγον, ἐπεσκιασμένον δέ πως ἀσαφείαις οὕτω λεπταῖς, ὡς μὴ λίαν ἑτοίμως συνιέναι δύνασθαι τοὺς ἀκροωμένους. Πέπλασται γὰρ οὕτω τῶν ἐν παροιμίαις λεγομένων τὸ σχῆμα. Ἅπερ οὖν εἶπον, φησὶν, ὡς ἐν παροιμίαις ἔτι, καὶ αἰνίγμασι λελάληκα πρὸς ὑμᾶς καιρῷ τῷ δέοντι, καὶ ὅσον οὐδέπω παρεσομένῳ [ἴσ. παροισομένῳ] τὴν ἀναμφίλογον ἀποκάλυψιν. Ἥξει γὰρ, ἥξει, φησὶν, ὥρα, τοῦτ' ἔστι καιρὸς, καθ' ὃν ὑμῖν διαῤῥήδην τὰ περὶ τῆς τοῦ Πατρὸς ἐξηγήσομαι δόξης, καὶ τὴν ὑπὲρ νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ἐνθήσω σύνεσιν. Καὶ τίς ὁ τούτου καιρὸς, οὐ σφόδρα D μὲν ἔφη σαφῶς· οἰησόμεθα δὲ δηλοῦν ἐκεῖνον αὐτὸν, ἢ καθ' ὃν τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος πεπλουτήκαμεν γνῶσιν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, χορηγήσαντος ἡμῖν αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ· ἢ τάχα τὸν μέλλοντα, καὶ ἐσόμενον μετὰ τὴν τοῦ κόσμου συστολὴν, καθ' ὃν ἀκατακαλύπτως τε καὶ ἐναργῶς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ὀψόμεθα, φανοτάτην ἡμῖν ἐμβάλλοντος τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος προφητείαν μὲν καταργηθήσεσθαι λέγει, παύσεσθαι δὲ γνῶσιν, οὐχ ἑτέραν λέγων παρὰ ταύτην, ἣν εἰς τὸ παρὸν κεκτήμεθα. « Βλέπομεν γὰρ δι' ἐσόπτρου, καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους, » καθὰ καὶ ἀρτίως ἐλέγομεν. « Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Πῶς, ἢ τίνα τρόπον, εἰ βούλει μαθεῖν, ἐρῶ πάλιν.

XVI, 25. *Hæc in proverbiis locutus sum vobis: venit hora cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis.*

Proverbium vocat sermonem obscurum nec admodum manifestum, sed obscuritatibus adeo subtilibus adumbratum, ut eum auditores facile capere nequeant. Ejusmodi quippe forma est eorum quæ per proverbia dicuntur. Quæ ergo dixi, inquit, tanquam in proverbiis et ænigmatis, locutus sum opportuno tempore, et jamjam certissimam eorum revelationem allaturo. Veniet enim, veniet, inquit, hora, id est tempus, quo aperte vobis enarrabo quæ ad gloriam Patris pertinent, et cognitionem captum mentis humanæ excedentem vobis inseram. Quodnam autem sit hujus rei tempus, non admodum clare indicavit: verumtamen vel tempus illud dicere putabimus quo ex Christi munere post resurrectionem a mortuis cognitionem per Spiritum accepimus, vel illud fortasse quod post hujus mundi contractionem futurum est, quando clare **938** et aperte gloriam Dei videbimus, manifestissimam nobis de se cognitionem immittentis. Ideoque Paulus prophetiam quidem evacuatum iri ait, et cessaturam scientiam, eam scilicet non aliam quam nunc possidemus. « Videmus enim per speculum, et cognoscimus ex parte [93], » sicuti mox dicebamus. « Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est [94]. » Quo pacto vero, si juvat, denuo repetam. Quemadmodum enim

[88] Rom. I, 7. [89] I Tim. II, 5. [90] Hebr. IV, 14. [91] I Joan. II, 1. [92] Hebr. VII, 19. [93] I Cor. XIII, 9, 12. [94] Ibid. 10.

A obscura nocte astrorum decus elucet, unoquoque lumen suum emittente: sed simul ac solis jubar refulsit, splendor ille singulorum evanescit, et solis radiis cedit: sic, opinor, cognitio illa qua præditi nunc sumus, tunc temporis cessabit, et desinet quæ est ex parte, perfecta luce subeunte, et perfectissimum nobis divinæ cognitionis fulgorem infundente. Tunc quæ de suo Patre scire convenit Christus annuntiabit, cum ea jam tuto capere poterimus. Nunc enim per umbram et exempla, variasque ex ipsis rebus imagines, ac figuras a nobis desumptas vix ad aliquam obscuram cognitionem deducimur, propter animi nostri infirmitatem. Tunc vero sine ulla prorsus figura, sine ænigmate aut parabola, nuda, ut ita dicam, facie et expedita mente divinæ Dei ac Patris naturæ decus in- B telligemus, gloriam ejus qui ex ipso effulsit contemplantes: « Videbimus enim eum sicuti est, » juxta Joannis vocem [95]. Nunc enim videmus, non in ea quidem prorsus quæ Deo convenit gloria, propter humanitatem, sed elapso dispensationis tempore, perfectoque mysterio quod propter nos, et pro nobis, in sua demum et Patris gloria conspicietur. Deus enim cum sit secundum naturam, proindeque Genitori consubstantialis, æqualibus omnino dignitatibus præditus erit, et in gloria propria Deoque convenienti refulgebit.

"Ωσπερ γὰρ ἀφεγγοῦς μὲν οὔσης νυκτὸς τὸ φαιδρὸν τῶν ἀστέρων διαφαίνεται κάλλος, ἑκάστου τὸ οἰκεῖον ἀπαστράπτοντος φῶς· ἀνισχούσης γε μὴν τῆς ἡλίου μαρμαρυγῆς, καταργεῖταί πως ἤδη τὸ ἐκ μέρους λαμπρὸν, καὶ τῆς ἐκείνου βολῆς ἡττώμενον ἀδρανῆ, καὶ ἄπρακτον ἔχει τὴν οἰκείαν αὐγήν· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον καὶ ἡ νῦν ἡμῖν ὑπάρχουσα γνῶσις, κατ' ἐκεῖνο πεπαύσεται τοῦ καιροῦ, καὶ καταλήξει τὸ ἐκ μέρους, τοῦ τελείου φωτὸς εἰσελάσαντος, καὶ πληρεστάτην ἡμῖν τὴν τῆς θεογνωσίας ἐπαισχέοντος αὐγήν. Τότε μετὰ παῤῥησίας δυναμένοις ἤδη χωρεῖν, τὰ περὶ τοῦ ἰδίου Πατρὸς ὁ Χριστὸς ἀπαγγελεῖ. Νυνὶ μὲν γὰρ διὰ σκιᾶς, καὶ ὑποδειγμάτων καὶ ποικίλης ἔσθ' ὅτε παραλαμβανομένης τῆς διὰ πραγμάτων εἰκόνος, καὶ τύπων τῶν καθ' ἡμᾶς, μόλις ἐπί τινα γνῶσιν ἀμυδρὰν ποδηγούμεθα, διὰ τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν κατὰ νοῦν ἀσθένειαν. Τότε γε μὴν τύπου τὸ παράπαν δεηθέντες οὐδενὸς, ἀλλ' οὐδὲ αἰνιγμάτων, ἢ παραβολῆς, γυμνῷ τρόπον τινὰ τῷ προσώπῳ, καὶ ἀπαραποδίστῳ διανοίᾳ τὸ τῆς θείας φύσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐννοήσομεν κάλλος, τὴν τοῦ πεφηνότος ἐξ αὐτοῦ θεωρήσαντες δόξαν. « Ὀψόμεθα γὰρ αὐτὸν καθώς ἐστι, » κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. Νῦν μὲν γὰρ εἴδομεν οὐκ ἐν ὁλοκλήρῳ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, διὰ τὸ ἀνθρώπινον· παρελάσαντος δὲ τοῦ καιροῦ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας, καὶ τετελεσμένου τοῦ μυστηρίου τοῦ δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ἐν ἰδίᾳ δόξῃ λοιπὸν, καὶ τῇ τοῦ Πατρὸς ὀφθήσεται. Θεὸς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν, ὁμοούσιός τε διὰ τοῦτο τῷ φύσαντι, πάντως δήπου καὶ ἐν ἴσοις ἔσται τοῖς ἀξιώμασι, καὶ ἐν δόξῃ τῇ οἰκείᾳ καὶ θεοπρεπεῖ διαλάμψει λοιπόν.

XVI, 26, 27. *In illo die in nomine meo petetis: et non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis quia a Deo exivi.* C

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα περὶ ὑμῶν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε, ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον.

Nihil omnino per orationem et supplicationem petere permittit, nisi in nomine **939** suo. Patrem vero ocius daturum eis pollicetur quæ postulaverint, non utique Filii solum impulsu, qui advocatus [96] et mediator [97] est, sed ultro quodammodo eo munificentiæ delatum, et quasi quoddam debitum solvat Christum diligentibus, summam nempe benignitatem. Neque vero quisquam putaverit aut stulte asseruerit, discipulis aut sanctis quibuslibet, in rebus suis, mediatione Filii nullatenus opus fore. Omnia quippe per ipsum a Patre D sunt in Spiritu, quoniam advocatus est, teste Joanne [98], non pro nostris peccatis solum, sed etiam pro totius mundi. Cæterum isthæc ait ut hic rursus utiliter ostenderet longe gratissimum esse Patri honorari ac diligi Filium suum. Quod cum miseri Judæi non intelligerent, intolerabilibus conviciis non verebantur eum lacessere, et quærebant eum interficere, ut scriptum est [98*], propterea quod animos credentium ex legali et crasso mandato ad evangelicæ conversationis subtilitatem reformabat. Aiebant enim miseri et ignari, impiam in eum

Ἐξαιτεῖν μὲν ὅλως διὰ προσευχῆς καὶ ἐντεύξεως ἐφίησι τὸ παράπαν οὐδὲν, εἰ μὴ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Προχειρότατά γε μὴν ἐπιδώσειν αὐτοῖς τὸν Πατέρα τὰ ἐν εὐχαῖς ἐπαγγέλλεται, καὶ οὐχὶ πάντως ταῖς τοῦ Υἱοῦ προτροπαῖς ἀναπειθόμενον, ἅτε δὴ παρακλήτου καὶ μεσιτεύοντος, αὐτόμολον δέ πως εἰς φιλοτιμίαν ἰόντα τὰς [γρ. τὴν] ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὥσπερ τι χρέος κατατιθέναι σπουδάζοντα τοῖς ἀγαπῶσι Χριστὸν, τὴν ἀνωτάτω καὶ εἰς ἄκρον εὐμένειαν. Καὶ οὐχί τις νοῦν ἔχων οἰήσαιτο πάλιν, ἢ καὶ ἀμαθαίνων ἐρεῖ, ὡς κατ' οὐδένα τρόπον δεήσονται μὲν ἐν τοῖς καθ' ἑαυτοὺς τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας οἱ μαθηταὶ, ἤγουν τῶν ἁγίων ἕτεροι τυχόν. Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ παρὰ Πατρὸς ἐν Πνεύματι, ἐπείπερ ἐστὶ παράκλητος, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, οὐχ ὑπὲρ μόνον τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Ἐπιδεικνὺς δὲ χρησίμως κἀν τούτῳ δὴ πάλιν, ὅτι τριπόθητος λίαν ἐστὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ εἰς τὸν ἐξ αὐτοῦ πεφηνότα τιμὴ καὶ ἀγάπησις, τὰ τοιαῦτά φησιν. Ὅπερ οὐ συνέντες οἱ δείλαιοι τῶν Ἰουδαίων δῆμοι, λοιδορίαις τε οὐ φορηταῖς καταχοντίζειν οὐκ ἔφριττον, καὶ ἐζήτουν ἀποκτεῖναι, κατὰ τὸ γεγραμ-

[95] I Joan. III, 2. [96] I Joan. II, 1. [97] I Timoth. II, 5 [98] I Joan. II, 2. [98*] Joan. VII, 1.

A μένον, διὰ τὸ μεταῤῥυθμίζειν τῶν πιστευόντων τὸν νοῦν, ἐκ νομικῆς καὶ παχείας ἐντολῆς, εἰς τὴν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἰσχνότητα. Ἔφασκον γὰρ οὐδὲν εἰδότες οἱ τάλανες, μᾶλλον δὲ γλῶτταν ἐπ' αὐτῷ τὴν ἀνόσιον ἀκονήσαντες· Εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον. Προχειρότατα τοίνυν τὴν παρὰ Θεοῦ Πατρὸς εὐμένειαν δοθήσεσθαί φησιν αὐτοῖς ἀνενδοιάστως πεπιστευκόσι, καὶ εὖ μάλα διατεθειμένοις, ὅτιπερ ἐξῆλθε παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Προαλεῖται γὰρ ὥσπερ, φησὶ, καὶ φθάσει μὲν τάχα τὴν τοῦ μεσιτεύοντος αἴτησιν, εὐλογίαις δὲ ταῖς πνευματικαῖς ἐπικλύσει τὸν νοῦν τῶν ὀρθὴν ἐχόντων ἐπ' ἐμοὶ τὴν διάληψιν, καὶ οὐ καθάπερ ἐδόκει φρονεῖν τοῖς τοῦ γράμματος ἐρασταῖς. Τὸ δὲ, « Ἐξῆλθον παρὰ Θεοῦ, » ἐνταῦθα δὴ πάλιν οἰησόμεθα B δηλοῦν, ἢ ὅτι Γεγέννημαι, καὶ ἐξέλαμψα τῆς οὐσίας αὐτοῦ, κατὰ πρόοδον μὲν τὴν πρὸς τὸ εἶναί τε καὶ νοεῖσθαι τυχὸν ἰδιοσυστάτως, οὐ μὴν εἰς ἅπαν διῃρημένως. Ἔστι γὰρ ἐν Υἱῷ μὲν ὁ Πατὴρ, ἐν Πατρὶ δὲ αὖ πάλιν κατὰ φύσιν ὁ Υἱός. Ἢ τὸ « ἐξῆλθον, » ἀντὶ τοῦ, γέγονα καθ' ὑμᾶς, ἄνθρωπος δηλονότι, τὴν ὑμετέραν μορφήν τε καὶ φύσιν ὑποδύς. Τόπος γὰρ ὥσπερ ἑκάστου τῶν ὄντων ἡ ἰδία φύσις, ἀφ' ἧς ἂν ἐξίοι πρὸς ἕτερόν τι μεταχωροῦν, καὶ ὅπερ οὐκ ἦν γενόμενον. Καὶ οὐ δή πού φαμεν, ὡς ἐπείπερ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὤφθη τε καὶ γέγονεν ὄντως ὁ Μονογενὴς, ἐξέστη τοῦ εἶναι Θεός· « Ἐχθὲς γὰρ, καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· » προσειληφὼς δὲ μᾶλλον ὅπερ οὐκ ἦν, μετὰ τοῦ σῶσαι τὸ ἴδιον ἐκβεβηκέναι πως νοεῖται κατά γε τὸν ἐν θεωρίαις C εἰσβαίνοντα λόγον. Ἐκλήψῃ δὲ τὸ, « ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς » καὶ καθ' ἕτερον, εἰ βούλει, τρόπον. Ὤοντο μὲν γὰρ οἱ πρὸς μόνας ἀμαθίας εὐπετέστατοι Φαρισαῖοι, καθάπερ ἤδη προεῖπον, καθ' ἕνα τῶν ψευδοπροφητῶν εἰς μέσον ἥκειν τὸν Κύριον, παρὰ Θεοῦ μὲν οὐκ ἀπεσταλμένον, ἀπὸ δὲ γνώμης τῆς οἰκείας, καθάπερ ἦν ἔθος ἐκείνοις τὰ τῷ νόμῳ μαχόμενα τοῖς ὡς αὐτὸν ἰοῦσι προσλαλεῖν. Διά γάρτοι τοῦτο καὶ ἀπειθεῖν ἐσκήπτοντο, τὴν τοῦ νόμου τήρησιν φιλαιτάτην μὲν εἶναι λέγοντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, παραλύεσθαί γε μὴν διὰ τῶν αὐτοῦ διδαγμάτων. Οὐκοῦν ὡς Θεῷ μαχόμενον, καὶ ὡς τοῖς παρ' αὐτοῦ διὰ Μωσέως τεθεσπισμένοις ἀντιστατεῖν ᾑρημένον ἀπεσείοντο τὸν Χριστὸν, ἀλλότριον εἶναι καὶ Θεοῦ διὰ τοῦτο λογιζόμενοι. D Ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ μακάριοι μαθηταί. Πεφιλήκασι γὰρ αὐτὸν τῆς τῶν Ἰουδαίων δυσβουλίας τὰ ἀμείνω φρονήσαντες, καὶ πεπιστεύκασιν ἀληθῶς, ὅτι ἐξῆλθεν ἀπὸ Θεοῦ, κατὰ τοὺς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένους τρόπους. Ταύτης τοι τῆς αἰτίας ἕνεκα, καὶ πεφίληνται παρὰ Πατρὸς, τὴν ἴσην ὥσπερ ἐξ ἀμοιβῆς δεχόμενοι χάριν. Εἰ δὲ φίλτατοι μὲν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ λίαν ἡδεῖς οἱ ἐκ Θεοῦ τὸν Υἱὸν ἐξελθεῖν πιστεύοντες, κατεστύγηνται δηλονότι καὶ θεομισεῖς ἀληθῶς οἱ τὴν τούτοις ἐναντίαν νοσήσαντες δόξαν. Καὶ εἰ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Υἱὸν ἑτοιμότατος λίαν εἰς τὸ ὑπακοῦσαι Θεὸς, οὐ προσδέξεται δηλονότι τῶν μὴ τοιούτων τὰς προσευχάς. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς Ἠσαΐου πρὸς αὐτοὺς εἰρημένον· « Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. »

linguam acuentes : « Si esset a Deo hic homo, Sabbatum utique non solveret [39]. » Ocius itaque a Deo Patre benignitatem eis datum iri dicit indubitate credentibus, et rectissime sentientibus ipsum a Deo et Patre exisse. Præveniet enim quodammodo, et occupabit forsan, inquit, mediatoris petitionem, ac spiritalibus benedictionibus mentes eorum perfundet qui recte de me sentiunt, neque sicut ii qui litteram colunt. Illud autem, « Exivi a Deo, » hic rursus significare putabimus, aut, Natus sum, et ex ejus substantia effulsi, ita tamen, ut sim et intelligar in propria persona, quamvis non omnino sejunctus a Patre. Est enim in Filio Pater, et in Patre rursus secundum naturam Filius. Aut illud, « Exivi, » pro eo quod est, Factus sum homo vestri similis, induta vestra forma et natura. Locus enim cujusque rei quodammodo est propria cujusque natura, a qua exit, cum in aliud quiddam transit, et non est id quod erat. Neque vero dicimus quod, cum homo sicuti nos apparuerit et factus sit Unigenitus, Deus esse desinat : « Heri enim et hodie idem est, ipse et in sæcula [1] ; » sed assumpto potius quod non erat, suoque servato, **940** exisse quodammodo censeri, secundum justum nostrum scilicet accipiendi modum. Quin et alio modo « Exivi a Patre, » si juvat, accipies. Putabant enim ignari Pharisæi, sicuti jam ante dixi, Dominum instar falsi cujusdam prophetæ in medium prodire, nequaquam a Deo missum, sed sua sponte, ut illi solebant, legi adversa venientibus ad se proponere. Idcirco enim simulabant ei se non credere, dicentes mandatorum observationem Deo ac Patri gratissimam ejus doctrina violari. Quapropter Christum depellebant tanquam Dei hostem, et promulgatis per Mosen divinis legibus repugnantem, alienumque idcirco eum esse a Deo putabant. Sed non ita beati discipuli : ipsum quippe amarunt, saniori quam Judæi mente præditi, ac vere crediderunt eum exisse a Deo, iis qui mox allati sunt modis. Quam ob causam vicissim dilecti sunt a Patre, mutuam quodammodo reportantes gratiam. Quod si amicissimi quidem sunt Deo ac Patri, et longe gratissimi sunt qui ex Deo credunt procedere Filium, exosi videlicet, ac invisi Deo vere sunt, qui contraria his opinione laborant. Et si diligentes Filium, cito exaudit Deus, eorum qui non diligunt orationes non suscipiet. Quod per vocem quidem Isaiæ ad eos dictum est his verbis : « Cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis : et si multiplicetis orationem, non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt [2]. »

[39] Joan. IX, 16. [1] Hebr. XIII, 8. [2] Isa. I, 15.

XVI, 28. *Exivi a Patre, et veni in mundum. Iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.* A

Manifestum et indubitatum argumentum est, Dominum non esse unum ex falsis prophetis, neque porro ad nos venisse ut præter Patris voluntatem ex sua sententia loqueretur, sicuti Judæi stulte et nefarie suspicantur, quod ad Patrem revertitur, eoque cum potestate redit, unde se novit exisse. Etenim vere dicet aliquis, Judæorum vecordiam non ferens: Non est forsan verax Christus, ex vestra quidem sententia, Judæi, sed nec Patre comprobante **941** evangelicæ conversationis doctrinam invexit, cum irritum et inutile demum ad perfectionem pietatis legale mandatum ostenderet. B Eum quippe violati Sabbati accusatis, et si quod apud vos miraculum ediderit, in Beelzebub principe dæmoniorum illud facere solitum summa cum impietate dicitis [a]. Quomodo ergo in cœlum ascendit? Aut quomodo in eodem throno Pater eum excepit, angelis ei supernas portas aperientibus, si, ut vultis, ejus decretis repugnet, et quam summus universorum rex non probet doctrinam invehat? Nunquid enim clam assumptus est? Nonne turba multa erat ad quam divinus ac cœlestis angelus dixit. « Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum [b]. » Jam vero quid ais, Judæe? Nunquid saltem angeli voci credes? An non testes C accipies, eosque multos rei ipsius spectatores, cum lex manifeste dicat, in ore duorum aut trium stare omne verbum [c]? Ei ergo qui cum potestate ad Patrem qui in cœlis est revertitur, quomodo pseudoprophetiæ notam merito affinges, ac non potius velut ex rei clara demonstratione sequetur eum ex Deo Patre nimirum esse, non tamen ab illo diversum quem ipsa lex et prophetæ prædixerunt? Venisse vero in hunc mundum ait, et rursus ex hoc mundo ad Patrem redire, nec a Patre remotum, cum factus est homo, nec ab hominibus, cum in carne ad Patrem rediit. Deus enim est verus, qui ineffabili virtute cuncta replet, nec ab ullo eorum quæ sunt abest.

Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον. Πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα.

Ἀπόδειξις αὕτη σαφής τε καὶ ἀναμφίλογος, τοῦ μὴ ἕνα τῶν ψευδοπροφητῶν ὑπάρχειν τὸν Κύριον, μήτε μὴν τὰ ἀπὸ γνώμης οἰκείας ἐροῦντα, καὶ διαλεξόμενον παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Πατρὶ πρὸς ἡμᾶς ἀφῖχθαι, κατά γε τὴν ἀμαθῆ καὶ ἀπόπτυστον τῶν Ἰουδαίων ὑπόνοιαν, τὸ παλινδρομῆσαι πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ὑπονοστῆσαι μετ' ἐξουσίας, ὅθεν οἶδεν ἐκβεβηκώς. Ναὶ γὰρ ἐρεῖ τις τυχὸν ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἀμαθίαις ἀντικαθιστάμενος, οὐκ ἀληθὴς ἦν ἴσως ὁ Χριστὸς καθ' ὑμᾶς, ὦ Ἰουδαῖοι, ἀλλ' οὐδὲ συνευδοκοῦντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας εἰσκεκόμικε παίδευσιν, ἄπρακτον ἤδη δεικνὺς, καὶ ἀνόνητον εἰς τελειότητα τὴν κατ' εὐσέβειαν τὴν νομικὴν ἐντολήν. Ἐγκαλεῖτε γὰρ πάντως ὡς λελυκότι τὸ Σάββατον, καὶ εἴπερ τι τῶν θαυμάτων ἐργάσαιτο παρ' ὑμῖν, ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων καὶ τοῦτο ποιεῖν εἰωθότα δυσσεβοῦντες εἰρήκατε. Πῶς δὴ οὖν ἄρα καὶ εἰς αὐτὸν ἀνέβη τὸν οὐρανόν; Πῶς ἐδέξατο σύνθρονον ὁ Πατὴρ, ἐπαιρόντων ἀγγέλων αὐτῷ τὰς ἄνω πύλας, τὸν τοῖς αὐτοῦ δόγμασιν ἀντιπράττοντα καθ' ὑμᾶς, καὶ ἀνεθέλητον τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων τὴν ὑφήγησιν ποιησάμενον; Μὴ γὰρ λεληθότως ἀνελήφθη; Μὴ γὰρ οὐ πολὺς ἦν ὄχλος, πρὸς οὓς ἔφη ὁ θεῖός τε καὶ οὐράνιος ἄγγελος· « Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. » Εἶτα τί φῄς, Ἰουδαῖε, πάλιν; Ἆρ' οὐ τιμήσεις ταῖς εὐπειθείαις κἂν τὴν ἀγγέλου φωνήν; Ἆρ' οὐ παραδέξῃ μάρτυρας, καίτοι πολλοὺς ὄντας τοὺς τεθεαμένους, καίτοι σαφῶς ὁ νόμος, Ἐπὶ στόματος δύο, ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, φησί; Τῷ τοίνυν ἐπ' ἐξουσίας πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπονοστοῦντι Πατέρα, πῶς ἂν ἔτι πρεπόντως ὁ τῆς ψευδοπροφητείας ἐπιφέροιτο μῶμος, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἕψεται λοιπὸν, ὡς δι' ἀποδείξεως ἐναργοῦς τοῦ πράγματος, τὸ ἀνενδοιάστως πιστεύεσθαι παρ' ὑμῶν, καὶ ὡς εἴη μὲν ἐκ Θεοῦ, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Πατρὸς, οὐχ ἕτερός γε μὴν παρ' ἐκεῖνον, ὃν αὐτός τε ὁμοῦ ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται διήγγελον; Ἐληλυθέναι γε μὴν εἰς τόνδε τὸν κόσμον φησὶ, μεταχωρεῖν δὲ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ κόσμου πρὸς τὸν Πατέρα, οὔτε τοῦ Πατρὸς ἀποληφθεὶς [γρ. ἀπολειφθεὶς], ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε μὴν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτε μετὰ σαρκὸς ἀπεδήμει πρὸς τὸν Πατέρα. Θεὸς γάρ ἐστιν ἀληθινὸς ἀρρήτῳ δυνάμει τὰ πάντα πληρῶν, καὶ οὐδενὸς τῶν ὄντων ἀπολιμπανόμενος.

XVI, 29, 30. *Dicunt ei discipuli ejus: Ecce, nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia a Deo existi.* D

Evidentissimam rei probationem suspiciunt ac mirantur. Illos enim absque circuitione verborum alloquitur. Gaudent igitur accepta demonstratione rei manifestissima, **942** nihilque ardui in illo

Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Ἴδε, νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις. Νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ· ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες.

Θαυμάζουσι τὴν ἀπόδειξιν ὡς ἐναργεστάτην· καταπλήττονται τοῦ λόγου τὸ διαφανές. Περιστολῆς γὰρ ἁπάσης δίχα τὸν πρὸς αὐτοὺς εὖ μάλα πεποίηται λόγον. Χαίρουσι δὴ οὖν δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλα-

[a] Luc. xi, 11. [b] Act. i, 11. [c] Deut. xix, 15; Matth. xviii, 16.

λαβόντες ἀπόδειξιν, καὶ περισκελὲς μὲν σχεῖν A ὸ εἰρημένον φασὶν, εὐκάτοπτον δὲ οὕτως ιν τὴν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ φωνὴν, ὡς μηδὲ παροιμίας ἔναυσμα προσεῖναι δοκεῖν. Ἀποουσι δὲ πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο. Ἐπειδὴ γάρ φησὶ, τὸ λαθραίως ψιθυρισθὲν, ἔφθασάς τε ῦσιν, ἥνπερ ἂν ἴσως προσηγάγομεν ἡμεῖς ντες τὸ μαθεῖν, ἅπερ ἔλεγες ἀρτίως, πεπιμεν, ὅτι καὶ ἐξῆλθες ἀπὸ Θεοῦ. Τὸ γὰρ εἰησὶ, τὰ ἐν τῷ παραβύστῳ, καὶ λεληθότα, τοῦ ἂν εἴη Θεοῦ, καὶ οὐχ ἑτέρου τινός. Ἐπειδὴ ι τὰ πάντα αὐτὸς, πῶς οὐκ ἀναμφίλογον ὡς τὰ πάντα εἰδότος ἐξέλαμψας Θεοῦ; Πίστεως τῆς ἀνενδοιάστου τροφὴ κατέστη τοῖς μαθηετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο τὸ θεοπρεπὲς καὶ παράδοξον σημεῖον, ὡς ἔστι μέν πως B ' αὐτῶν ἀληθὲς τὸ, « Δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, ώτερος ἔσται· γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει εσθαι. » Φασὶ δὲ τὸ, « νῦν πιστεύομεν, » οὐ πάντως τὴν τοῦ πιστεύειν ἀρχὴν ἐν ἑαυτοῖς αντες, ὅτε τῶν τοιούτων ἠκροάσαντο λόγων, εθέανται τὸ σημεῖον, τὸ εἰδέναι φημὶ τὰ πάντα

sermone esse fatentur, tamque evidentem demonstrationem esse concedunt, ut ne levis quidem proverbii scintilla appareat. Illud insuper addunt: Cum occultas cogitationes agnoscas, et interrogationem quam ipsi facturi eramus præveneris, te exisse a Deo credidimus. Mentis enim penetralia et cordis arcana perspecta habere solius Dei est. Cum autem ipse omnia noris, quis dubitet te ex Deo qui omnia novit effulsisse? Divinum ergo illud et admirabile signum certissimæ inter alia fidei discipulis fomes exstitit, ut de iis vere dici possit: « Da sapienti occasionem, et sapientior erit: notifica justo, et addet ad recipiendum [6]. » Aiunt vero, « nunc credimus, » non quod credere tum primum cœpisse dicant Dominum cuncta nosse, cum hæc verba audierunt, aut miraculum viderunt; sed quod fidei initio susceptæ radices in suis animis altius agere incipiant, ac firmiter credere Deum esse, et ex Deo secundum naturam, ac vero. Intelligemus ergo illud, « nunc credimus, » non de credendi initio, sed de stabili in fide et sententia jam suscepta perseverantia.

ριον, ἀλλ' ὡς τότε λοιπὸν τὴν ἐν ἀρχαῖς εἰσδεχθεῖσαν πίστιν ῥιζοῦν ἐν οἰκείαις ψυχαῖς ἀρχόμενοι κεῖσθαι λοιπὸν ἀραρότως ἀναπεπεισμένοι, ὡς Θεός τε εἴη καὶ ἐκ Θεοῦ τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθιραδεξόμεθα τοίνυν τὸ « νῦν πιστεύομεν, » οὐκ εἰς τὴν τοῦ πιστεύειν ἀρχὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ βεαι παγίως εἰς τὴν ἤδη τετιμημένην τῇ συναινέσει διάληψιν.

κρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἄρτι πιστεύετε· ιχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, κἀμὲ μόνον ἀφῆτε· ι εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν.

ειότατα πάλιν ἐπέδειξεν ὁ Σωτὴρ τὸν τῆς ἐφ' C τοῖς ἀγαθοῖς βεβαιότητος οὔπω παρόντα καιὄτος δὲ ἦν ὁ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξ οὐκαταφοίτησιν εἰσκομίζων αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐξ ύναμιν, καθὰ γέγραπται. Καθαρῶς γὰρ τότε θρωπίναις μικροψυχίαις ἐῤῥῶσθαι φθάσαντες άσαντες], ἀκαταγωνίστοις διέπρεψαν εὐτολοὐ τὰς τῶν Ἰουδαίων ἐπαναστάσεις, οὐ τὸν ι τῶν Φαρισαίων θυμὸν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν δεδιότες, ἀλλ' ἐν παῤῥησίᾳ προεστηκότες τοῦ ηρύγματος, καὶ διαῤῥήδην λέγοντες· « Πειθδεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις. Οὐ δυνάμεθα μεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν μὴ λαλεῖν. » τῷ τοιγαροῦν καθιδρύσθαι μὲν οὔπω πρὸς τὴν τελείαν ἀπέδειξε, διὰ τὸ μήπω γεγεῦσθαι νωνίας τοῦ Πνεύματος, παραθεὶς εἰς ἔλεγχον, D ν οὐδέπω παρεσομένην δουλείαν, καὶ ὅτι δὴ συμβήσεσθαι προειπὼν, οὐ μετρίως αὐτοὺς ὠφελεῖσθαι. Διακείσονται γὰρ μειζόνως τε καὶ ημένως, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐδὲν τῶν των ἠγνοηκότα καταλαμβάνοντες. Ἰδοὺ τοιπαρέσται, φησὶν, οὐκ εἰς μακρὰν ὁ καιρὸς, δὲ εἴσω βέβηκε θυρῶν, ὅτε μόνον ἀφέντες πελεύσεσθε πρὸς τὰ ἴδια· τοῦτο δέ ἐστιν εὐόλως εἰπεῖν, ὅτε δειλίαις ἀνάνδροις κεκρατημένης τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς προνοήσετε, καὶ τὴν ισκάλῳ χρεωστουμένην ἀγάπησιν κατόπιν τῆς

XVI, 31, 32. *Respondit eis Jesus: Modo creditis: ecce venit hora, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis: et non sum solus, quia Pater mecum est.*

Scite denuo Servator ostendit nondum adesse tempus quo in bonis omnibus firmandi essent, quo tempore descensurus erat in eos Spiritus, et virtutem ex alto daturus, ut scriptum est [7]. Tunc enim, rejecta animi angustia, invicti robore fulserunt, non Judæorum incursus, non Pharisæorum intemperiem, non aliud quodvis periculum veriti, sed libere ac intrepide prædicationi divinæ præpositi, palamque et aperte dicentes: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus [8]. Non possumus enim nos quæ vidimus et audivimus non loqui [9]. » Simul ergo nondum eos ad perfectam fidem firmatos ostendit, **943** propterea quod participationem Spiritus nondum gustarant, ejus argumentum et indicium afferens jamjam adfuturum timorem, eoque quod eventurum erat prædicto non parum eis conducere videtur: firmius enim ac certius credent Deum esse secundum naturam, cum nihil futurum eum ignorare deprehendent. Ecce igitur, inquit, non longe tempus abest, imo vero jam intra portas est, cum me solo relicto ad sua quisque revertemini, id est, ut paucis complectar, cum imbelli metu victi vestræ tantummodo animæ consuletis, et dilectione quam magistro debetis vestræ saluti postposita, ad quæcunque loca vobis dabitur dilabemini. Quomodo ergo nunc creditis, nondum timiditatis probro repudiato, propterea quod, non-

ov. IX, 9. [7] Luc. XXIV, 49. [8] Act. V, 29. [9] Act. IV, 20.

dum fortitudinem illam animi per Spiritum consecuti estis? Quod autem fugæ se dederint beati discipuli, nec Judæorum impetum tulerint, cum proditor adesset impia militum cohorte et principum satellitibus stipatus, Christo solo relicto, omnibus manifestum est. Solum autem relictum dicimus, quia nemo eorum aderat, qui sequi et adhærere ei solebant. Solus enim non erat, quatenus Deus ex Deo, et in Deo, naturaliter et divulse. Hoc autem propter nos humano more Christus quoque dixit, ut doceret tentatione, aut persecutione, sive alio quodam istiusmodi nobis ingruente, et glorioso periculo propter pietatem proposito, illius tamen vitandi spe non excidere, licet nulli forsan nobis fratres quantum in se est opitulentur, et significatione benevolentiæ periculum nobiscum patiantur. Tametsi enim fugæ se dederint, ignavia prævalente, scire tamen conveniet non propterea Deum defuturum. Solus quippe sufficiet ut salvare possit eum qui sibi adhæret. Soli autem nos non sumus, licet nemo adesse cernatur, sicuti modo dixi, cum adjutorem et opitulatorem atque protectorem habeamus cunctipotentem Deum, qui nos benignissimo suo munit auxilio, juxta illud Psalmistæ: « Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos [10]. » Atque hæc quidem nunc dicimus, non quasi animæ parcere præclarum **944** putemus, cum vitam corporis gloriose licet profundere, simul certando et condolendo iis qui propter Deum periclitantur: sed ut credamus potius, tametsi nulli sint qui nobiscum id facere velint, non tamen esse desperandum. Soli quippe non erimus, cum Deus nobiscum sit.

A ἑαυτῶν σωτηρίας ποιησάμενοι, πρὸς οὕσπερ ἂν εὕρητε διοιχήσεσθε τόπους. Πῶς οὖν ἄρτι πιστεύετε, τῶν εἰς ἀνδρείαν ἐλέγχων οὔπω τὸν ψόγον διακρουσάμενοι, διὰ τὸ μήπω μεταλαχεῖν τῆς διὰ Πνεύματος εὐτολμίας; Ὅτι δὲ ἐτράποντο πρὸς φυγὴν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, τὴν τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἐνεγκόντες ἔφοδον, ὅτε παρῆν ὁ προδότης, τὴν ἀνόσιον τῶν στρατιωτῶν ἐπαγόμενος σπεῖραν, καὶ τοὺς τῶν ἡγουμένων ὑπηρέτας, οὐδαμόθεν ἀμφίλογον. Μόνον δὲ τότε καταλελοίπασι τὸν Χριστόν· μόνον δέ φαμεν, ὅσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς τὸ παρεῖναι μηδένα, τῶν ἕπεσθαί τε καὶ προσεδρεύειν εἰωθότων αὐτῷ. Μόνος γὰρ οὐκ ἦν, καθὸ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ἐν Θεῷ φυσικῶς τε καὶ ἀδιαστάτως. Ἀνθρωπινώτερον δέ πως, καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς ἐφθέγξατο Χριστὸς, ἐκεῖνο διδάσκων, ὅτι πει- B ρασμὸν, ἢ διωγμὸν, ἤγουν ἕτερόν τι τῶν τοιούτων, ἐπιφέροντος ἡμῖν ἔσθ' ὅτε καιροῦ καὶ εἰς εὐκλεᾶ καλοῦντος κίνδυνον, φημὶ δὲ τὸν δι' εὐσέβειαν, οὐκ ἀποπίπτειν ἐλπίδος τῆς ἐπὶ τῷ δύνασθαι διαφεύγειν ἀκόλουθον, καὶ εἰ μή τινες τυχὸν τῶν ὁμοψύχων ἡμῖν συμπαρατρέχοιεν ἀδελφῶν, ἐπαμύνοντές τε κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, καὶ ταῖς ὁμονοίαις μονονουχὶ τὸν ἐπηρτημένον ἡμῖν μεριζόμενοι κίνδυνον. Εἰ γὰρ καὶ τράποιντο πρὸς φυγὴν δυσαχθῆ, καὶ ἀφόρητον τὴν ἐκ τῆς δειλίας πλεονεξίαν ἐν αὐτοῖς ποιησάμενοι, διακεῖσθαι προσῆκεν, ὡς οὐ διὰ ταύτην ἀτονήσει τὴν αἰτίαν Θεός. Ἀρκέσει γὰρ μόνος εἰς τὸ διασῶσαι δύνασθαι τὸν αὐτῷ προσκείμενον. Μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν, καὶ εἰ μή τις ὁρῷτο παρὼν, καθάπερ εἶπον ἀρτίως, C συμπαραστάτην καὶ ἐπαρηγὸν, καὶ σύνοπλον ἔχοντες τὸν πάντα ἰσχύοντα Θεὸν, ἀπλεονεκτήτοις τισὶν ἐπικουρίαις ἡμᾶς περιφράττοντα, κατὰ τὸν λέγοντα Ψαλμῳδόν· « Κύριε, ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. » Καὶ ταῦτα νῦν περὶ τούτου φαμὲν, οὐχ ὡς χρῆμα καλὸν θαυμάζοντες τὴν φιλοψυχίαν, ὅταν ἐξῇ καταλύειν ἡμᾶς εὐκελεῶς τὸν μετὰ σώματος βίον συστρατευομένους τε καὶ συναθλοῦντας τοῖς διὰ Θεὸν κινδυνεύουσιν· ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ἐκεῖνο πιστεύσωμεν, ὡς εἰ καὶ μή τινες εἶεν οἱ τοῦτο δρᾷν σὺν ἡμῖν ἐθέλοντες, καὶ προθυμούμενοι, ἀπογινώσκειν οὐ χρή. Μόνοι γὰρ οὐκ ἐσόμεθα συμπαρόντος ἡμῖν τοῦ Θεοῦ.

XVI, 33. *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.*

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε· ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.

Totam hic, ut verbo dicam, dissertationem superius ad eos factam utiliter repetit, et dictorum vi et ratione paucis comprehensa, brevissimam suæ voluntatis cognitionem eis præbuit. Istiusmodi quippe sermones, inquit, ad vos habui, ut vos ad pacem mecum habendam exhortarer, atque ut præterea notum vobis esset multas vos manere in hoc mundo ærumnas, et tribulationes multas propter me. Verumtamen nequaquam malis succumbetis: « Ego vici mundum. » Verum ut manifestior tibi sit loci hujus sententia, age, dicamus primum quid sit illud, in Christo pacem habere. Mundus enim, sive rerum mundanorum cupidi alii quidem erga alios pacem interdum colunt, sed nequaquam in Christo. Exempli gratia, qui voluptatibus corporis totos se dedunt, amicissimi sunt iis qui iis-

Ὅλην ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐν τούτοις εὖ μάλα Χριστὸς ἀνακεφαλαιοῦται χρησίμως τὴν πρὸς αὐτοὺς γενομένην διάλεξιν, καὶ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν ἐν ὀλίγοις συλλαβὼν, συντομωτάτην αὐτοῖς τῆς οἰκείας βουλήσεως παρατέθεικε γνῶσιν. Πεποίημαι γὰρ, φησὶ, νυνὶ πρὸς ὑμᾶς τοὺς τοιούτους λόγους, εἰ- D ρήνην ἔχειν ἐν ἐμοὶ παραινῶν, καὶ ἵν' εἰδείητε πρὸς τούτῳ σαφῶς, ὅτι μοχθηρὰ μὲν ὑμῖν τὰ ἐν τῷ κόσμῳ συμβήσεται, καὶ θλίψεσιν ὁμιλήσετε πολλαῖς δι' ἐμέ. Πλὴν οὐχ ἁλώσεσθε τοῖς δεινοῖς· « Ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Ἀλλ' ἵνα σοι σαφὲς ὅτι μάλιστα ποιήσω τὸ εἰρημένον, φέρε δὴ πρῶτον λέγωμεν τί τὸ ἔχειν ἐστὶν εἰρήνην ἐν Χριστῷ. Ὁ μὲν γὰρ κόσμος, ἤτοι τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων οἱ ἐρασταὶ, τὴν μὲν πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην ἐπιτηδεύουσιν ἔσθ' ὅτε, πλὴν οὐ πάντως ἐν Χριστῷ. Οἷον φέρε εἰπεῖν, οἱ πρὸς τὰς ἐκ

[10] Psal. v, 13.

τῶν σωμάτων φιληδονίας ἔκλυτοι, τοῖς ὁμοτρόποις εἰσὶ διὰ τοῦτο φίλτατοι καὶ λίαν ἡδεῖς· ὁ χρημάτων τῶν μηδὲν αὐτῷ προσηκόντων ἐπιθυμῶν, ὑπάρχων τε διὰ τοῦτο πλεονέκτης, ἢ κλεπτίστατος, καθ' ἡδονὴν ἔσται πάντως τῷ τὴν ἴσην αὐτῷ κακίαν ἐπιτηδεύοντι. « Ἕκαστον γὰρ ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τῷ ὁμοίῳ αὐτοῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ. » Ἀλλ' ἐν τούτοις ἅπασι, τὸ σεμνὸν τῆς εἰρήνης ὄνομα καπηλεύεται, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. Ἐπὶ δὲ τῶν ἁγίων οὐχ οὕτως. Οὐ γὰρ ἁμαρτία τῆς εἰρήνης ὁ σύνδεσμος, ἀλλὰ πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἡ δύναμις. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἐν Χριστῷ. Κεφάλαιον οὖν ἡμῖν πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡ ἐν Χριστῷ πέφηνεν εἰρήνη, τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην ἀδελφὴν ὥσπερ τινὰ B συνεισάγουσα. Παντὸς δὲ τοῦ Θείου νόμου τὴν πλήρωσιν ἔχειν ὁ Παῦλος τὴν ἀγάπην φησίν. Ὅτι δὲ τοῖς ἀγαπῶσιν ἀλλήλους ἕψεται δὴ πάντως τὸ καὶ αὐτὸν πρὸ πάντων ἀγαπῆσαι τὸν Θεὸν, οὐκ ἀμφίλογον, Ἰωάννου λέγοντος ὡς εἴ τις ἀγαπήσαι τὸν ἀδελφὸν, αὐτὸν δή που πάντως ἀγαπήσει τὸν Θεόν. Δηλοῖ δὲ δή τι καὶ τὸ ἕτερον, φημὶ δὴ πάλιν τὸ, « Θλίψιν ἔχετε ἐν τῷ κόσμῳ· ἀλλὰ θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. » Ἁπλούστερον μὲν γὰρ εἴ τις ἕλοιτο νοεῖν, ἐρεῖ δὴ πάντως· Πάσης ἁμαρτίας, καὶ περιστάσεως κοσμικῆς, κρείττων ἅμα καὶ δυνατώτερος ἀπεφάνθη Χριστός. Ἐπειδὴ δὲ νενίκηκε, καὶ τοῖς δι' αὐτὸν πειραζομένοις ἐπιδώσει τὸ νικᾷν. Εἰ δέ τις τῶν εἰρημένων ἐννοεῖν ἐθέλοι τι πικρότερον, ἐκεῖνο δὴ πάντως διενθυμηθήσεται. Ὄνπερ γὰρ τρόπον φθορᾶς, καὶ C θανάτου διὰ τοῦτο κεκρατήκαμεν, ἐπείπερ ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεβίω Χριστὸς, τῆς κατὰ τοῦ θανάτου πλεονεξίας ἀρχὴν τὴν ἰδίαν ἀνάστασιν ποιησάμενος, διήκοι ἂν πάντως καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ τοῦ πράγματος δύναμις, ἐπείπερ ἦν ὁ νικήσας ἐξ ἡμῶν, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, καὶ ὥσπερ τῆς ἁμαρτίας περιγιγνόμεθα νεκρωθείσης πάντως ἐν πρώτῳ Χριστῷ, παραπέμποντος δηλονότι καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἴδιον γένος, τὸ ἀγαθόν· οὕτω καὶ θαρσεῖν ὀφείλομεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς περιεσόμεθα τοῦ κόσμου· νενίκηκε γὰρ ὁ Χριστὸς, ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, ἀρχὴ καὶ θύρα, καὶ ὁδὸς τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, κἀν τούτῳ γιγνόμενος. Οἱ γὰρ πάλαι πίπτοντές τε καὶ νικώμενοι, κεκρατήκαμέν τε καὶ νενικήκαμεν, διὰ τὸν ἐξ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς νικήσαντα. Εἰ μὲν γὰρ D ἐνίκησεν ὡς Θεὸς, πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν, εἰ δὲ ὡς ἄνθρωπος, ἡμεῖς ἐν αὐτῷ νενικήκαμεν. Δεύτερος γὰρ ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ πέφηνεν Ἀδὰμ, κατὰ τὰς Γραφάς.

A dem sunt moribus : et rapax avarus ac furacissimus, gratus erit idem scelus profitenti. « Omne enim animal diligit sibi simile, » ut scriptum est, « et homo simili sibi sociabitur [11]. » Sed in his omnibus venerandum pacis nomen vere adulteratur. In sanctis vero non item. Nec enim peccatum pacis est vinculum, sed fides, spes, charitas, et vis pietatis erga Deum. Atque hoc est in Christo. Caput igitur et summa bonorum omnium exstitit illa nobis in Christo pax, quæ mutuam in nos charitatem sororem veluti quamdam secum invehit. Paulus autem totius divinæ legis plenitudinem charitatem continere ait [12]. Dubium autem non est quin si charitatem habeamus invicem, ante omnia quoque Deum simus amaturi, Joanne dicente quod, si quis fratrem diligat, ipsum quoque Deum sit amaturus [13]. Porro aliud quoque declarat, **945** illud nempe, « Pressuram habebitis in mundo : sed confidite, ego vici mundum. » Si quis enim simplicius id accipiat, ita dicet : Omni peccato et mundi afflictione superior ac potentior Christus evasit. Quoniam autem vicit, etiam iis qui propter se tentantur victoriam largietur. Si quis autem aliquid his subtilius excogitare velit, tale quid forsan proferet. Quemadmodum corruptionem et mortem ex eo vicimus quod, in quantum homo, propter nos et pro nobis Christus revixit, mortis imperium per suam resurrectionem evertendo [14], omnino etiam istius rei vis ad nos pertinebit, quia is qui vicit erat ex nobis, in quantum homo apparuit : et quemadmodum peccatum devincimus quoniam in primo Christo victum fuit, et ab eo ad nos, tanquam ad genus suum, hoc bonum transfunditur : ita confidere oportet, a nobis quoque mundum victum iri, cum Christus ut homo propter nos vicerit, qui principium, et ostium, et via naturæ humanæ in hoc factus est. Nam qui olim cadebamus et vincebamur, modo propter Christum, qui ex nobis est et propter nos vicit, superiores facti sumus ac vicimus. Si enim ut Deus vicit, nihil ad nos : sin autem ut homo, nos in ipso vicimus. Alter enim Adam, ut Scriptura testatur [15], de cœlo nobis apparuit. Sicut ergo portavimus imaginem terreni, juxta similitudinem illius peccati jugo subjecti, sic omnino portabimus quoque similitudinem cœlestis, id est Christi, tyrannidem peccati vincendo, et omnem tribulationem mundanam superando : vicit enim Christus.

Ὥσπερ οὖν πεφορέκαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, καθ' ὁμοιότητα τὴν ἐκείνου, τῷ τῆς ἁμαρτίας ὑποπεσόντες ζυγῷ, οὕτω δὴ πάντως φορέσομεν, καὶ τὴν τοῦ ἐπουρανίου μόρφωσιν, τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ, νικῶντες τῆς ἁμαρτίας τὴν τυραννίδα, καὶ ἁπάσης θλίψεως κατευμεγεθοῦντες κοσμικῆς· νενίκηκε γὰρ ὁ Χριστός.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι τῆς θεοπρεποῦς δόξης οὐκ ἐπιδεᾶ θεωρῆσαι τις ἂν τὸν Υἱὸν, κἂν εὑρίσκηται λέγειν· « Πάτερ, δόξασόν τὸν Υἱόν σου. »

Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπάρας τοὺς

CAP. III.

3. *Quod Filium convenienti Deo gloria destitutum esse nemo dixerit, licet his verbis Patrem alloqui comperiatur : « Pater, clarifica Filium tuum. »*

XVII, 1. *Hæc locutus est Jesus, et sublevatis ocu-*

[11] Eccli. XIII, 19. [12] Rom. XIII, 10. [13] I Joan IV, 20, 21. [14] Hebr. II, 14. [15] I Cor. XV, 45.

lis in cœlum, dixit : Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.

Cum suis discipulis Servator viaticum ad salutem abunde tribuisset, congruisque rationibus ac verbis ad accuratiorem **946** dogmatum perceptionem acuisset, eosque adversus tentationes egregie confirmasset, ac generosam unicuique mentem indidisset, sermonis genus statim mutat, et in precandi modum transfert utiliter, nec ullum tempus intercedere patitur, quin sermonem ad discipulos et ad Deum ac Patrem faciat, formam nobis exquisitæ conversationis seipsum vel in hoc rursus exhibens. Nec enim ignorandum illi opinor qui pie vitam instituere satagit, ad fratres utilia semper ac necessaria loqui se debere, vel nisi hoc fecerit, conari precationibus ad Deum sermonis usum impendere, ut nullus inanis sermo subrepat: sic enim rectus et congruus erit sermonis usus. Cui enim non manifestum est vanos ut plurimum sermones culpa non carere ? Quippe, ut sapiens quidam dixit : « Ex multiloquio non effugies peccatum : si vero labiis peperceris, sensatus eris [16]. » Porro aliud quiddam mirabere, ex quo non parum utilitatis capere liceat. Precandi quippe initium facit pro sua et Patris gloria ; post quod illico subjungit precationem pro nobis. Cur ita ? Instigat nimirum probos ac Dei amantes, et precandi rationem apprime edocet. Quemadmodum enim necesse est nos in omnibus bene agere, non ad nostram id convertendo, sed ad Dei ac Patris gloriam : « Luceat enim lux vestra coram hominibus, inquit, ut videant opera vestra, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [17]; » sic etiam tempore nos ad precandum hortante, prius decet petere quæ ad Dei gloriam, quam quæ ad nostram pertinent, sicut ipse Christus nimirum. « Sic, inquit, vos orabitis : Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie [18]. » Quod ergo hic agitur, precandi forma nobis est ac typus. Decebat enim omnis boni institutique ad Deum revocantis ducem nobis ac magistrum, non legatum, non angelum, sed ipsum Christum exsistere. Vocamur enim, ac sumus revera, juxta prophetæ vocem, « docibiles Dei [19]. » Quid porro ad suum Patrem dicat, operæ pretium est subtilius **947** expendere. Existimo enim acri quadam animi attentione veritatem dogmatum imprimis investigandam.

A *ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπε· Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε.*

Ἀποχρώντως τοῖς μαθηταῖς τὰ εἰς σωτηρίαν ἐφόδια δωρησάμενος, καὶ τοῖς καθήκουσι λογισμοῖς τε καὶ λόγοις, εἰς ἀκριβεστέραν τῶν δογμάτων ἀκονήσας διάληψιν, καὶ καταστήσας ὅτι μάλιστα μαχιμωτάτους εἰς πειρασμοὺς, φρόνημά τε τὸ νεανικὸν εὖ μάλα ῥιζώσας ἐν ἑκάστῳ, χρησίμως μεθίστησιν εὐθὺς τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, καὶ εἰς προσευχῆς διαπλάττει τρόπον, οὐδένα καιρὸν διὰ μέσου χωρεῖν ἐπιτρέψας τῆς τε πρὸς αὐτοὺς διαλέξεως καὶ τῆς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα, τύπον ἡμῖν πολιτείας ἐξόχου κἀν τούτῳ δὴ πάλιν τὰ καθ' ἑαυτὸν ὑποφαίνων. Χρῆναι γὰρ οἶμαι μὴ ἀγνοεῖν τὸν ᾧπερ ἐστὶ πρὸς εὐσέβειαν ὁ B σκοπὸς, ὅτι προσήκοι δὴ πάντως ἢ πρὸς ἀδελφοὺς λυσιτελῆ τε καὶ ἀναγκαῖα διαλέγεσθαι φιλεῖν, ἤγουν εἰ μὴ τοῦτο δρῴη τυχὸν, ταῖς εἰς Θεὸν ἱκετείαις τὴν τοῦ λόγου χρείαν ἐπείγεσθαι δαπανᾷν, ὡς μηδεμίαν ἐκ τούτου περισσολογίας ὁρᾶσθαι περείσδυσιν· οὕτω γὰρ ἂν ἴοι κατὰ λόγον τὸν πρέποντα τῆς γλώττης ἡ εὐκοσμία. Τίνι γὰρ οὐ σφόδρα καταφανὲς, ὡς εὔκολος λίαν ἐν ταῖς εἰκαιολογίαις μάλιστα τῶν οὐκ ἔξω ψόγων ἡ ἐπεισφορά ; Καὶ γοῦν ἔφη τις σοφός· « Ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν· φειδόμενος δὲ χειλέων, νοήμων ἔσῃ. » Ἀποθαυμάσεις δέ τι πρὸς τούτῳ καὶ ἕτερον οὐ μετρίως ἡμῖν ἐμποιοῦν τὴν ὄνησιν. Ποιεῖται γὰρ τὴν τῆς προσευχῆς ἀπαρχὴν ὑπὲρ δόξης τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῆς τοῦ Πατρός· συναναπλέκει C δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ παρεισκομίζει παραχρῆμα τὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Καὶ τίς ἡ πρόφασις ; Ἀναπείθει δὴ πάλιν τὸν ἐπιεικῆ καὶ θεοφιλέστατον, καὶ τεχνίτην ἀληθῶς εἰς προσευχὴν ἐργάζεται. Ὥσπερ γὰρ ἀγαθουργεῖν ἡμᾶς, καὶ πάντα δρᾷν ἀναγκαῖον, οὐκ εἰς δόξαν τὴν ἡμετέραν τὴν εἰς τοῦτο σπουδὴν παρατρέποντας, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων φημὶ δὴ τοῦ Θεοῦ· « Λαμψάτω γὰρ, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » οὕτω καὶ εἰς εὐχὴν διανιστάντος ἡμᾶς τοῦ καιροῦ πρὸ τῶν ἡμετέρων τὰ εἰς Θεοῦ δόξαν αἰτεῖν πρεπωδέστατον, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός. Οὕτω, φησὶν, ὑμεῖς προσεύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, D ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. » Τύπος οὖν ἄρα προσευχῆς εἰς ἡμᾶς τὸ πραττόμενον. Ἔδει γὰρ, ἔδει παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ πρὸς Θεὸν ἀνακομίζοντος τρόπου ἡγεμόνα, καὶ καθηγητὴν, οὐ πρέσβυν, οὐκ ἄγγελον, ἀλλ' αὐτὸν ἀναφαίνεσθαι τὸν Χριστόν. Κεκλήμεθα γὰρ καὶ ἐσμὲν ὄντως κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, « διδακτοὶ Θεοῦ. » Τί δὲ δὴ καί φησι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, πρέπον ἂν εἴη νουνεχέστατα κατιδεῖν. Δεῖν γὰρ οἶμαι μετὰ δριμείας τινὸς τῆς ἐπιτηρήσεως τῇ τῶν λεγομένων θεωρίᾳ προσβάλλοντας φιλοθηρεῖν εὖ μάλα τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν.

« Pater, igitur inquit, venit hora : clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te. » Quorum verborum contextum si quis prima fronte spectaverit,

« Πάτερ, τοίνυν, φησὶν, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Καὶ ὅσον μὲν ἧκεν εἰς τὴν τῶν εἰρημένων διασκευὴν, οἰη-

[16] Prov. x, 19. [17] Matth. v, 16. [18] Matth. vi, 9-11. [19] Isa. LIV, 13; Joan. vi, 45.

ἄν τις εὐκλείας ἐπιδεᾶ καθιστάναι τυχὸν τὸν λέγοντα. Ἐννοήσας γε μὴν τὸ τοῦ Μονογε-ίωμα, ῥᾳδίως ἄν, οἶμαι, τῶν οὕτως ἀθλίων σαι λογισμῶν. Ἠλίθιον γὰρ κομιδῇ τὸ δόξης σθαι ἐπιδεᾶ, καὶ τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἀμοιβῆς τὸν Υἱὸν, καίτοι τῆς δόξης ὄντα Κύριον. ὰρ αὐτὸν αἱ θεόπνευστοι καλοῦσι Γραφαί. τε καὶ ἑτέρωθί που θεωρῆσαι τις ἂν λέγοντα ν Πατέρα· « Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ ρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. » Εἶτα ὸν ἀμφίλογον, τίς δὲ οὕτω τὸν νοῦν ἀπόπληὶ πάσης ἀληθείας ἐχθρὸς, ὡς μὴ συνιέναι τε ογεῖν, ὅτι δόξης μὲν οὐκ ἐστέρηται τῆς θεο-, ὅσον εἰς οἰκείαν φύσιν ὁ Μονογενής. Ἐπειδὴ ων ἐν μορφῇ, καὶ τῇ κατὰ πᾶν ἰσότητι τοῦ ὶ Πατρὸς, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι B , καταβέβηκε μὲν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ταπεί- αυτὸν δὲ κεκένωκε, τὸ ἀδοξότατον τουτὶ πε- σῶμα, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σμικρότητος τὴν ἐξ ἀγάπης ὑποδὺς, ὡς ἤδη παρόντος τε καὶ κότος τοῦ καθήκοντος χρόνου, καθ' ὃν ἔδει πά- ν τὴν τοῦ μυστηρίου χρείαν ἀποπληρώσαντα, ειαν τε καὶ οὐσιώδη μεταμφιέσασθαι δόξαν, ασώσαντα τὴν οἰκουμένην, ἀνασώσαντά τε ὴν καὶ θεογνωσίαν τοὺς ἐν αὐτῇ, συνευδοκη- συνεθελητὴν πάλιν κἀν τούτῳ δεικνὺς τὸν τὴν πρὸς αὐτὸν ποιεῖται διάλεξιν, χρῆναι ως ἑαυτὸν ἀνακομίζεσθαι λέγων εἰς τὸ τῆς σεως ἀξίωμα. Ἄνεισι δέ πως, ἡ δηλονότι θεότητος ἔργων ἀποτελεστὴς καὶ μετὰ σαρ- C κικνύμενος, οὐχ ὡς ὑπουργὸς τῆς ἑτέρου τυ- γείας, ἀλλ' ὡς σοφία καὶ δύναμις ὑπάρχων καὶ Πατρός. Οἰησόμεθα γὰρ οὕτω, καὶ οὐχ ὸν τὰ τῆς θεότητος ἔργα μετ' ἐξουσίας ἀπο- . Πάντα μὲν γὰρ παρὰ Πατρὸς, πλὴν οὐ δίχα . Πῶς γὰρ ἂν ἐργάσαιτό τι τῶν αὐτῷ πρε- ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὐχὶ δὴ συνούσης τε αὐτῷ ποτελούσης τὰ ἐφ' οἷς ἂν νοοῖτο τυχὸν ἡ κατ' ν κίνησις, τῆς τε σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως, μι δὴ τοῦ Υἱοῦ; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς εὐ- ῆς, ὁ τὴν τοῦδε τοῦ βιβλίου συγγραφὴν πη- , ἐν ἀρχαῖς τοῦ λόγου φησὶν, ὅτι « Πάντα δι' γένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » τοίνυν ὁ τῆς ὁμοουσιότητος ἀναπείθει λόγος ς ἡμᾶς ἐννοεῖν ὅτι πάντα μὲν ἐκ Πατρὸς, δι' D πάντως ἐν Πνεύματι· νεκρώσας δὲ θάνατον, ρὰν, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου τυραννίδα περι- ην ἔμελλε τὴν ὑφ' ἡλίῳ ταῖς διὰ τοῦ Πνεύ- καταιδρύνειν φωταγωγίαις, ἀναδείκνυσθαί τε ου λοιπὸν Θεὸς ὄντως κατὰ φύσιν καὶ ἀληθι- γκαίως φησί· « Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε. » Καὶ οὐ δή τις νοῦν , δόξαν μὲν αἰτεῖν παρὰ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου τυχὸν, διδόναι δὲ ν, ὡς ἐξ ἀμοιβῆς ἐπαγγέλλεσθαι (σμικροπρε- λίαν, μᾶλλον δὲ ἀσύνετον παντελῶς, τὸ τοι- ειν ἐπὶ Θεοῦ τὴν διάληψιν), ἀναγκαιοτάτην

A existimabit forsan claritate destitutum eum qui talia dicat. Verumtamen si dignitatem Unigeniti apud se perpenderit, facile, ut reor, miseras illas ratiocinationes ablegabit. Stupidi enim est gloria ulla sibique convenienti honore carere Filium existimare, tametsi gloriæ sit Dominus. Sic enim eum divinitus inspiratæ Scripturæ nominant. Cæteroquin alibi quoque videre est eum ad Patrem dicentem : « Pater, clarifica me gloria quam habui, antequam mundus esset, apud te. » At quis adeo mentis est inops et omnis veritatis hostis, qui non fateatur Unigenitum, quod ad suam quidem naturam spectat, gloria sibi convenienti non esse destitutum? Sed quia cum in forma et omnimoda cum Deo ac Patre æqualitate esset, non rapinam arbitratus est esse se æqua- B lem Deo, descendit quidem ad nostram humilitatem, et semetipsum exinanivit, vilissimo hoc corpore indutus, et humanæ tenuitatis similitudinem præ charitate subiens [20], quasi jam instante ac præsente congruo tempore, quo debebat rursus impleto ipso mysterii negotio pristinam illam et substantialem gloriæ vestem recipere, servato universo terrarum orbe, servatisque ad vitam et Dei cognitionem ejus incolis, Patrem in hoc rursus astipulatorem ostendens, ad eum sermonem convertit, dicens sibi redeundum esse ad suæ naturæ dignitatem. Revertitur vero quodammodo perfectis etiam cum carne deitatis operibus, non ut minister in operando forsan alterius, sed ut sapientia et virtus exsistens Dei ac Patris [21]. Non enim arbitrabimur eum C aliter deitatis opera cum potestate implere. Omnia quippe a Patre, sed non absque Filio. Quomodo enim aliquid se dignum fecerit Deus ac Pater, si non adsit ei sapientia et virtus, ipsius, inquam, Filius, simulque cum eo perficiat quæ agenda susceperit? Proindeque sapiens evangelista, qui libri hujus auctor, in ejus primordio sic ait : « Omnia per ipsum **948** facta sunt, et sine ipso factum est nihil [22]. » Quoniam ergo consubstantialis ratio nos adigit ut deinceps existimemus omnia quidem esse in Patre, sed omnino per Filium in Spiritu, corruptionis autem ac mortis interitu, eversaque diaboli tyrannide, omnem quæ sub cœlo est regionem Spiritu illustratione fulgere, et per hoc ostendi D ipsum Deum esse secundum naturam, ac verum, idcirco necessario ait : « Pater, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te. » Neque vero cordatus quisquam dixerit Filium a Patre gloriam petere, sicut homo forsan petierit ab alio homine, ac vicem redditurum se polliceri (nimis enim abjectum et stultum esset tale quid de Deo sentire), sed ista dixit Servator, significans Patri suam gloriam esse necessariam, ut et consubstantialis agnosceretur. Quemadmodum enim ignobilitatis notam Deus ac Pater incurret, si talem non habeat ex se genitum Filium, qualem esse oporteat Deum de Deo secundum naturam : sic, opinor, gloria ei et clari-

ilipp. II, 6-8. [21] I Cor. I, 24. [22] Joan. I, 3.

tas eveniet ex eo quod talem suum habeat Filium, qualis intelligitur esse ipse ac dicitur. Clarificatur itaque Pater in Filii gloria, sicuti modo dicebam, dans illi gloriam dum ex operibus ejus intelligitur quali et quo ex Patre sit natus Unigenitus, recipiens vero eamdem, in eo quod cognoscitur cujusnam et qualis Filii Pater sit vere. Substantialis itaque et naturalis a Patre in Filium, et a Filio ad Patrem gloriæ decus permeabit. Quod si quis forsan id propter humanitatis assumptionem humilius quam pro ejus majestate dictum existimet, id non sine ratione quidem faciet, sed exactum horum verborum sensum non attinget. Nam si Patris gloriam ipse tantummodo peteret, non abs re humanitatis mediocritati petitionem illam ascriberemus: sed cum Patrem quoque vicissim clarificaturum se polliceatur, nunquid necesse est ita locum interpretari ut dictum est?

A δὲ τῷ Πατρὶ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐπιδεικνὺς, ἵνα γινώσκηται καὶ ὁμοούσιος, ταυτὶ λελάληκεν ὁ Σωτήρ. Ὥσπερ γὰρ ἀδοξίας ἔσται παραίτιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ μὴ τοιοῦτον ἔχειν τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα τε καὶ γεγεννημένον Υἱὸν, ὁποῖον ἂν εἶναι πρέποι τὸν ἐν Θεοῦ Θεὸν κατὰ φύσιν, οὕτως, οἶμαι, καὶ δόξαν αὐτῷ περιποιήσει, καὶ καύχημα, τὸ ἐν τούτοις ὄντα τὸν ἴδιον ἔχειν Υἱὸν, ἐν οἷσπερ ἂν ὑπάρχειν αὐτὸς καὶ νοοῖτο καὶ λέγοιτο. Δοξάζεται τοίνυν ὁ Πατὴρ ἐν τῇ τοῦ γεννήματος δόξῃ, καθάπερ ἔλεγον ἀρτίως, διδοὺς μὲν τὴν δόξαν ἐν τῷ νοεῖσθαι διὰ πραγμάτων ποίου τε καὶ τίνος ἐξέφυ Πατρὸς ὁ Μονογενὴς, ἀντικομιζόμενος δὲ ὥσπερ ἐν τῷ νοεῖσθαι πάλιν, τίνος τε καὶ Υἱοῦ Πατὴρ ὑπάρχει κατὰ ἀλήθειαν. Οὐσιῶδες οὖν ἄρα καὶ φυσικὸν, παρὰ μὲν τοῦ Πατρὸς εἰς Υἱὸν, παρὰ δὲ τοῦ B Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα διαβήσεται τῆς δόξης τὸ καύχημα. Εἰ δέ τις δοίη τυχὸν, καὶ διὰ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ταπεινὸν, ἐλάττονά πως, ἢ καθ' ἑαυτὸν, κἀνθάδε λαλεῖν τὸν Κύριον· κατείθισται γὰρ καὶ τοῦτο αὐτῷ, λογισμοῦ τε πρέποντος ἀμοιρήσει μὲν οὐδαμῶς· τῶν γε μὴν ἐξ ἀκριβείας θεωρημάτων οὐ λίαν ἐφάψεται. Εἰ μὲν γὰρ ἐξῄτει μόνον αὐτὸς τὴν περὶ τοῦ Πατρὸς δόξαν, οὐδὲν ἀπεικὸς τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις τὴν αἴτησιν ἐγκαλεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀντιδοξάζειν ἐπαγγέλλεται τὸν Πατέρα, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ἤδη φαίνεται τοῖς ἀρτίως ἡμῖν προαποδεδειγμένοις θεωρήμασι προθυμότερον ἐπιπηδᾷν;

949 CAP. IV.

Quod Filii gloriæ nihil officiat quod accepisse aliquid a Deo ac Patre dicatur, cum pia sit ejus rei ratio.

XVII, 2. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod ei dedisti, det eis vitam æternam.*

Exponit rursus his quoque verbis Christus gloriæ modum, per quem quidem Deus ac Pater illustraturus et clarificaturus est Filium suum, et ipse vicissim a suo Filio clarificabitur. Latius autem et clarius hunc locum explicat, ad nostram ædificationem et utilitatem. Deum quippe ac Patrem cuncta scientem quid opus erat petitionis modum edoceri? Bonitatem igitur et clementiam Patris in nos invocat. Nam cum sit animarum nostrarum pontifex [23], in quantum homo apparuit, quamvis Deus existens natura cum Patre, pro nobis eum convenientissime compellat, nos ut credamus adigens nunc se quoque propitiationem esse pro peccatis nostris, et justum advocatum, ut Joannes testatur [24]. Quapropter Paulus volens nos ita sentire, scribit: « Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia, pro similitudine absque peccato [25]. » Igitur, quia pontifex est, quatenus homo apparuit, simulque immaculatam hostiam semetipsum obtulit redemptionem vitæ omnium Deo ac Patri [26], veluti quasdam primitias humanitatis, ut in omnibus sit primatum tenens, sicuti Paulus ait [27]. Rursus autem offert genus nostrum rebelle, sanguine suo purificatum, et ad novitatem

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅτι κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικήσει τοῦ Υἱοῦ τὴν δόξαν, τὸ εἰληφέναι τι λέγεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἔχοντος εὐσεβῆ τοῦ πράγματος λόγον.

Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.

C Ἐξηγεῖται πάλιν καὶ διὰ τούτων ἡμῖν ὁ Χριστὸς τὸν τῆς δόξης τρόπον, δι' οὗπερ ἂν ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ, εὐκλεᾶ, καὶ ἐπιδοξότατον ἀποφανεῖ τὸν ἴδιον Υἱόν· ἀντιδοξασθήσεται δὲ καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος. Ἐκπλατύνει δὲ τὸν λόγον καὶ διαφανὲς ἐργάζεται τὸ θεώρημα, πρὸς ἡμετέραν οἰκοδομήν τε καὶ ὄνησιν. Πάντα γὰρ εἰδότι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τίς ἡ τοῦ διδάσκεσθαι χρεία τὸν τῆς αἰτήσεως τρόπον; Καλεῖ τοιγαροῦν τὴν παρὰ Πατρὸς εἰς ἡμᾶς εὐμένειαν. Ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ἀρχιερεὺς τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, καίτοι Θεὸς ὑπάρχων φύσει μετὰ Πατρὸς, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν διαλέξεις ποιεῖται πρεπωδέστατα, πιστεύειν ἡμᾶς ἀναπείθων, D ὅτι καὶ νῦν ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παράκλητος δίκαιος, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος τοῦτον ἡμᾶς διακεῖσθαι τὸν τρόπον ἐθελήσας, ἐπιστέλλει· « Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. » Οὐκοῦν ἐπείπερ ἐστὶν ἀρχιερεὺς, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, ἐν ταυτῷ δὲ καὶ ἄμωμον θῦμα προσκεκόμικεν ἑαυτὸν ἀντίλυτρον τῆς ἁπάντων ζωῆς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καθάπερ ἀπαρχήν τινα τῆς ἀνθρωπότητος, ἵν' ἐν πᾶσι γένηται πρωτεύων, ὡς ὁ Παῦλός φησι. Προσκομίζει δὲ πάλιν

[23] I Petr. ii, 25. [24] I Joan. ii, 1, 2. [25] Hebr. iv, 15. [26] I Timoth. ii, 6; Hebr. ix, 14. [27] Coloss. i, 18.

τὸ ἀποσκιρτῆσαν γένος ἐπὶ τῆς γῆς, αἵματι τῷ ἰδίῳ καθαρὸν ἀποδείξας, ἀναμορφώσας δὲ πρὸς καινότητα ζωῆς, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐπειδὴ δὲ, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, πάντα τελεῖται παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι, πλάττεται τῶν ἀγαθῶν εἰς ἡμᾶς τὴν αἴτησιν, ὡς μεσίτης καὶ ἀρχιερεὺς, καίτοι συνδοτὴρ καὶ συγχορηγὸς ὑπάρχων τῷ ἰδίῳ Γεννήτορι τῶν θείων τε καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων. Διαιρεῖ γὰρ κατ' ἰδίαν βούλησίν τε καὶ ἐξουσίαν οἷσπερ ἂν ἐθέλοι τὸ Πνεῦμα Χριστός. Καὶ ταυτὶ μὲν ἐν τούτοις. Τί δὲ δὴ βούλεται δηλοῦν τὸ τῆς αἰτήσεως σχῆμα, δοκιμαζέτω πάλιν ὁ λόγος. «Πάτερ, τοίνυν φησὶ, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε.» Πῶς οὖν, ἢ τίνα τρόπον, ὅπερ ἔφη διανυσθήσεται; «Βούλομαι, φησὶν, ἵνα ὥσπερ δέδωκάς μοι τὴν ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, οὕτω καὶ πᾶν, ὃ δέδωκάς μοι ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.» Ἐδόξασε μὲν γὰρ ὁ Πατὴρ τὸν ἴδιον Υἱὸν, πᾶσαν ὑποθεὶς τὴν ὑφ' ἡλίῳ τοῖς σκήπτροις αὐτοῦ, ἀντεδοξάσθη δὲ καὶ αὐτὸς, δι' αὐτοῦ. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ἐδοξάσθη παρὰ τοῦ Πατρὸς, πιστευθεὶς παρὰ πάντων, ὅτι γέννημα καὶ καρπός ἐστι τοῦ πάντα ἰσχύοντος, καὶ ἀμογητὶ τὰ πάντα τοῖς τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὑποτιθέντος ζυγοῖς· ἀντεδοξάσθη δὲ ὥσπερ παρὰ τοῦ ἰδίου γεννήματος ὁ Πατήρ. Ἐπειδὴ γὰρ πάντα ἰσχύον ἐπιτελεῖν εὐκόλως ἐγνώσθη τὸ γέννημα, διαβέβηκε τῆς εὐκλείας ἡ χάρις εἰς τὸν τεκόντα αὐτό. Ὥσπερ οὖν, φησὶ, ἐδόξασάς τε καὶ ἐδοξάσθης, δοὺς αὐτῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν, καὶ κυριότητα, κατὰ τὸν εἰρημένον δηλονότι τρόπον· οὕτω θέλω, ἵνα μηδὲν τῶν δοθέντων ἀπόληται· δόξα γὰρ καὶ αὕτη παρὰ μὲν τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν Υἱὸν, παρὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ εἰς τὸν Πατέρα διαδραμεῖται πάλιν. Ἔδει γὰρ, ἔδει τὸ ὑπεξούσιον ὅλως καὶ ὑπὸ χεῖρα γεγενημένον τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ Λόγου, διασεσωσμένον ἅπαξ, καὶ ἐν ἀτελευτήτοις μεῖναι τοῖς ἀγαθοῖς, ὡς μηκέτι μὲν τυραννεῖσθαι θανάτῳ, μὴ φθορᾷ κρατεῖσθαι καὶ ἁμαρτίαις, ἤγουν ἔτι τοῖς ἀρχαίοις ὑποχεῖσθαι κακοῖς. Ἐπειδὴ δὲ τὸ, «Δέδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς,» θορυβήσειν εἰκὸς τῶν ἁπλουστέρων τινὰς, φέρε δὴ πάλιν ὀλίγα ἄττα χρησίμως εἰς τοῦτο λέγωμεν, οὐκ ὀκνοῦντες διὰ τὴν χρείαν, εἰ καὶ ἀσθενεῖ πᾶς λόγος εἰς τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἐξήγησιν. Μάλιστα μὲν γὰρ ἐρεῖ καὶ τοῦτο πρεπόντως ὁ Κύριος τῷ ληφθέντι σχήματι, τῷ τῆς ταπεινώσεως λέγω καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις. Καὶ δέχου τὸν λογισμόν. Εἰ μὲν γὰρ ἐρυθριῶμεν ἀκούοντες, ὅτι δοῦλος κεχρημάτικε δι' ἡμᾶς, καίτοι τῶν ὅλων Κύριος ὢν μετὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὅτι κεχειροτόνηται βασιλεὺς ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, καίτοι τὸ κατάρχειν δύνασθαι τῶν ὅλων ἐν ἰδίᾳ φύσει, καὶ οὐκ ἐπίκτητον ἔχων, ἐρυθριᾷν ἀκόλουθον, κἂν εἴ τι λέγῃ δέχεσθαι πάλιν, ὡς ἄνθρωπος. Εἰ δὲ θαυμάζομεν ἐν ἐκείνοις τὴν ἑκούσιον ὑποταγὴν, τὸ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς οὐκ ἀγνοοῦντες ἀξίωμα, τί μὴ πρὸς ἐκείνοις καὶ τοῦτο τεθαύμασται; Πάντα γὰρ ἔχων, ὡς Θεὸς, δέχεσθαί φησιν, ὡς ἄνθρωπος, ᾧ τὸ βασιλεύειν οὐκ

A vitæ reformatum, per sanctum Spiritum. Quoniam autem, sicuti sæpe diximus, omnia perficiuntur a Patre per Filium in Spiritu, bona tamen pro nobis postulat, ut mediator, et pontifex, quamvis una cum genitore divinas spiritalesque gratias largiatur. Pro sua enim voluntate ac potestate quibus velit Spiritum Christus dividit [28]. Atque hæc quidem sunt istiusmodi. Quid autem sibi velit istud petitionis genus, rursus expendamus. «Pater, **950** inquit, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te.» Quomodo vero id peragetur? «Volo, inquit, ut sicut dedisti mihi potestatem omnis carnis, sic et omne quod dedisti mihi habeat vitam æternam.» Clarificavit enim Pater Filium suum, universo terrarum orbe ejus B sceptris subjecto: et ipse vicissim clarificatus est per eum. Filius quippe clarificatus est a Patre, dum creditus est ab omnibus proles et fructus esse cunctipotentis Dei, et imperii sui jugo cuncta nullo negotio subjicientis; vicissim vero clarificatus quodammodo est a sua prole Pater. Nam cum Filius cognitus sit omnia facile perficere posse, celebritatis illius gloria in Genitorem etiam redundavit. Quemadmodum igitur, inquit, glorificasti, et glorificatus es, potestatem ei in omnia, ac principatum dando, eo nimirum modo qui dictus est; sic volo ut nihil eorum quæ data sunt mihi pereat: nam et gloria ista a Patre quidem in Filium, et a Filio in Patrem permanabit. Oportebat enim, oportebat omnino subditos et sub omnipotentis Verbi Dei C manu constitutos, in salutem semel assertos in sempiternis quoque bonis firmos permanere, nec mortis ultra potentiæ corruptionive aut peccatis subjici, nec antiquis malis premi. Quoniam autem illud, «Dedisti ei potestatem omnis carnis,» turbaturum nonnullos videtur, age rursus, quædam utiliter ea de re denuo dicere non gravemur, licet ad ea explicanda jejuna sit omnis oratio. Id enim Dominus convenienter assumptæ formæ, humilitatis dico, et humanitatis mediocritati dixit. Cujus rei rationem accipe. Si enim erubescimus audientes servum vocatum esse propter nos, licet universi Dominus sit cum Patre, et constitutum esse Regem super Sion montem sanctum ejus [29], licet a natura D sua, non autem aliunde habeat in cuncta imperium, erubescere consentaneum est, si accipere se aliquid rursus dicat, ut homo. Sin autem illic miramur voluntariam subjectionem, non ignorantes dignitatem substantialiter insitam, quidni et istud miramur? Cum enim cuncta habeat, ut Deus, accipere se ait, ut homo cui regnare non substantiale, sed adventitium est. «Quid enim habes quod non accepisti [30]?» creaturarum conditioni conveniet, creatura vero quoque Christus est, in quantum factus homo est, licet natura sit increatus, quatenus ex Deo **951** effulsit. Omnia quippe in Deo naturaliter et proprie bona intelliguntur, ac vere in-

[28] I Cor. xii, 11. [29] Psal. ii, 6. [30] I Cor. iv, 7.

sunt, in nobis autem adventitia, et per divinam gratiam tradita. Quando igitur, ut homo princeps noster constitutus, sibi a Patre in omnem carnem potestatem datam esse ait, noli scandalizari : decet enim incarnationis rationem in animum revocare. Quod si juvat ea quæ dicuntur interpretari divinitus, in mentem tibi veniat rursus ejus quod ad Judæos alicubi Dominus dixit : « Amen, amen dico vobis, nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum [31]. » Nam quos vivificare vult Pater, hos vivificæ suæ virtuti vivificandos offert, suo nempe Filio, adeoque per ipsum eos corroborat, et sapientiam eis indit; quin et si quosdam sub imperii sui jugum mittere velit, non aliter id facit, quam per viventem omnipotentemque virtutem, per quam universis imperat, hoc est per suam prolem. Homines quippe cum nihil ex seipsis eorum quæ sunt supra se facere queant, a Deo habent imperandi potentiam : « Per ipsum enim reges regnant, ut scriptum est, et tyranni per ipsum terræ dominantur [32]. » Universi vero Deus genus hominum quod ab sua dilectione recesserit, et jugum suum excusserit, non ab alio quam a seipso potestate accepta, sibi subjicit, suæ virtuti potestatem in omnia quodammodo largiens, et per eam sibi quodcunque voluerit subjiciens. Subjicit enim Deus ac Pater tanquam suæ virtuti Filio, nec aliter quam per eum, quodcunque velit ei obedire ac subjici. Sicut enim omnibus sapientiam largitur, et vitam per eum; sic etiam universis per eum imperat. Observandum tamen est non Israele tenus supernæ benignitatis gratiam esse contractam, sed in omnem permanasse carnem. Quodcunque enim Servatoris potestati se subjicit, utique particeps erit vitæ, quæ ab ipso, et gratiæ.

A οὐσιῶδες, ἀλλὰ δοτόν. « Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; » τοῖς τῶν γενητῶν ἁρμόσει μέτροις· γενητὸς δὲ καὶ ὁ Χριστὸς, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καίτοι τὴν φύσιν ἀγένητος ὢν, καθὸ πέφηνεν ἐκ Θεοῦ. Πάντα μὲν γὰρ ἐν Θεῷ φυσικῶς τε καὶ ἰδίως τὰ ἀγαθὰ νοεῖταί τε καὶ ἔστι κατὰ ἀλήθειαν, εἰσποιητὰ δὲ ἐν ἡμῖν καὶ διὰ θείας χορηγούμενα χάριτος. Ὅταν τοίνυν ὡς ἄνθρωπος εἰς τὴν καθ' ἡμῶν τεθειμένος ἀρχὴν δεδόσθαι λέγῃ παρὰ Πατρὸς τὴν κατὰ πάσης σαρκὸς ἐξουσίαν αὐτῷ, σκανδαλιστέον οὐδαμῶς· χρὴ γὰρ ἐννοῆσαι τὴν οἰκονομίαν. Εἰ δέ σοι δοκεῖ καὶ θεοπρεπέστερον ἐπαΐειν τῶν λεγομένων, σύνες δὴ πάλιν, ὅπερ ἔφη που πρὸς Ἰουδαίους ὁ Κύριος· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Οὓς γὰρ B ἐὰν θέλῃ ζωοποιεῖν ὁ Πατὴρ, τούτους, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει τῇ ζωοποιῷ, προσάγει τῷ ἰδίῳ γεννήματι, δυναμοῖ δὲ πάλιν καὶ σοφοῖ δι' αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ εἴ τινας ὑπὸ ζεύγλην τῆς ἰδίας ἀρχῆς ποιῆσαι βούλεται πάλιν, αὐτοὺς οὐχ ἑτέρως εἰς τοῦτο καλεῖ, ὡς δὲ διὰ ζώσης ἰσχύος καὶ παντουργοῦ, δι' ἧς κατάρχει τῶν ὅλων, φημὶ δὴ τοῦ ἰδίου γεννήματος. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ οὐδὲν ἐξ ἑαυτῶν τῶν ὑπὲρ ἑαυτοὺς κατορθοῦν ἰσχύοντες δανείζονται παρὰ Θεοῦ τὸ τῶν ἄλλων δύνασθαι κρατεῖν. « Δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τύραννοι δι' αὐτοῦ κρατοῦσι γῆς. » Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς τὸ ἀποσκιρτῆσαν γένος τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπ' αὐτῷ βασιλείας τὸν ζυγὸν ἀποτινάξαν, οὐ παρ' ἑτέρου τὸ δύνασθαι λαβὼν, ὑποτίθησιν ἑαυτῷ τὰ πάντα, τῇ ἰδίᾳ δυνάμει C τὴν κατ' αὐτῶν ἐξουσίαν οἱονεὶ δωρούμενος, καὶ δι' αὐτῆς χειρούμενος, ὅπερ ἂν ἐθελήσῃ λαβεῖν. Ὑπάγει γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὡς ἰδίᾳ δυνάμει τῷ Υἱῷ· δι' αὐτοῦ δὲ πάντως, καὶ οὐχ ἑτέρως, πᾶν ὅπερ ἐστὶν ὑποπίπτειν ἐθέλον αὐτῷ διὰ τῆς ὑποταγῆς. Ὥσπερ γὰρ τὰ πάντα σοφοῖ, καὶ ζωοποιεῖ δι' αὐτοῦ, οὕτω καὶ τῶν ὅλων κατάρχει δι' αὐτοῦ. Σημειωτέον γε μὴν ὡς οὐκ εἰς μόνον ἔτι τὸν Ἰσραὴλ, ἡ τῆς ἄνωθεν φιλανθρωπίας συνεστέλλετο χάρις, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσαν ἐξετείνετο σάρκα. Τὸ γὰρ ὅλως ὑποτρέχον τοῦ Σωτῆρος τὴν ἐξουσίαν, μεθέξει δὴ πάντως καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ ζωῆς τε καὶ χάριτος.

952 CAP. V.

Quod Filius verus esse Deus non desinet, licet solum ac verum nominet Deum Patrem.

XVII, 3. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.*

Æternæ vitæ matrem fidem esse statuit, ac veræ Dei cognitionis virtutem causam fore ait perpetuæ felicitatis ac sanctimoniæ. Veram autem Dei cognitionem esse dicimus, cui falsi et alieni cultus crimen objici nequit. Quidam enim creaturam loco Creatoris coluerunt [33], et ligno dicere ausi sunt : « Pater meus es tu; et lapidi : Tu genuisti me [34]. » Eo quippe vecordiæ infelices corruerunt, ut et sensus experti materiæ deitatis appellationem tribuerint, eique omnia exsuperantis substantiæ ineffabilem gloriam affinxerint. Solum igitur ac verum

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὅτι τοῦ εἶναι Θεὸς ἀληθινὸς ὁ Υἱὸς οὐκ ἔξω κείσεται, κἂν μόνον καὶ ἀληθινὸν ὀνομάζῃ Θεὸν τὸν Πατέρα.

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί D *σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.*

Μητέρα τῆς αἰωνίου ζωῆς τὴν πίστιν ὡρίσατο, καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὴν δύναμιν, παραίτιον ἔσεσθαί φησι τῆς εἰς αἰῶνα διαμονῆς τῆς ἐν ἀφθαρσίᾳ δηλονότι καὶ μακαριότητι καὶ ἁγιασμῷ. Ἀληθῆ δὲ θεογνωσίαν εἶναί φαμεν, ἣ τῶν ἐγκλημάτων ἀπήλλακται, τῆς πρὸς ἕτερόν τι παρατροπῆς, καὶ ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ἀποδρομῆς. Λελατρεύκασι γάρ τινες τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ τῷ ξύλῳ τετολμήκασιν εἰπεῖν· « Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ· Σύ με ἐγέννησας. » Πρὸς γὰρ δὴ τοσοῦτον οἱ δείλαιοι κατώλισθον ἀμαθίας μέτρον, ὡς καὶ ταῖς αἰ-

[31] Joan. VI, 44. [32] Prov. VIII, 15, 16. [33] Rom. I, 25. [34] Jerem. II, 27.

σθήσεως ἀμοιρούσαις ὕλαις, τὴν θείαν ἁπλῶς ἐπωνυμίαν χαρίσασθαι, καὶ τῆς τὰ πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας τὴν ἄῤῥητον περιθεῖναι δόξαν. Μόνον οὖν καὶ ἀληθινὸν ὀνομάζει Θεὸν τὸν Πατέρα, τοῖς ψευδωνύμοις ἀντιτιθεὶς, καὶ τοῖς πεπλανημένως ὠνομασμένοις θεοῖς ἀντιπαρεξάγων ὥσπερ τὸν ἀληθῆ. Σκοπὸς γὰρ οὗτος τῷ λόγῳ. Χρησίμως δὲ λίαν ἕνα, καὶ μόνον εἰπὼν τὸν Πατέρα, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαμέμνηται δόξης λέγων· « Καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως τις ἕλοι τὴν τελείαν τοῦ Πατρὸς γνῶσιν, εἰ μὴ συνειστρέχοι προσεχῶς τε καὶ συνημμένως, καὶ ἡ περὶ τοῦ γεννήματος, τοῦτ' ἔστι τοῦ Υἱοῦ. Ἅμα γάρ τις ἔγνω τί ἐστι Πατὴρ, ἔγνω δὴ πάντως καὶ τὸν Υἱόν. Ἕνα τοιγαροῦν, καὶ ἀληθινὸν εἰπὼν τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν, οὐχ ἔξω τέθεικεν ἑαυτόν. Ὢν γὰρ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν, ἀληθινὸς ἔσται, καὶ ὁ αὐτὸς, καὶ μόνος ἐν μόνῳ. Παρ' αὐτὸν γὰρ ἕτερος οὐδεὶς Θεὸς ἀληθινὸς ἔσται καὶ μόνος. « Οἱ γὰρ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· » δούλη δὲ καὶ ἡ κτίσις, ἣν οὐκ οἶδ' ὅπως προσκυνοῦσί τινες, εἰς ἀδόκιμόν τε καὶ λίαν ἐμπαθῆ κατασυρόμενοι γνώμην. Πολλοῖς οὖσιν ἄρα τοῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ νομισθεῖσιν ἐξ ἀπάτης εἶναι θεοῖς, καὶ νόθην λαχοῦσι τὴν ἐπωνυμίαν, ὁ μόνος καὶ ἀληθινὸς Θεὸς, ὁ ἐν αὐτῷ τε καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς, διῃρημένως τε ἅμα καὶ συμφυῶς καθ' ἑνότητα φυσικήν. Διῃρημένως μὲν γὰρ, διὰ τὸ ἐν ὑπάρξει νοεῖσθαι τῇ καθ' ἑαυτόν. Υἱὸς γάρ ἐστιν ὁ Υἱὸς καὶ οὐχὶ Πατήρ· συμφυῶς δὲ πάλιν, ὅτι τῇ τοῦ τεκόντος ὑπάρξει συμπαρομαρτήσει δὴ πάντως ὁ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν. Ἅμα γὰρ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, εἴπερ ἔστι τε καὶ λέγεται διὰ τοῦτο Πατὴρ, ἐπειδὴ νοεῖται γεγεννηκώς. « Αὕτη τοίνυν ἐστὶ, φησὶν, ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Ἆρ' οὖν, ἐρεῖ τις τῶν φιλακροαμόνων, οἷς τὸ μὴ παρέργως τοῖς θείοις δόγμασιν ὁμιλεῖν ἐσπούδασται, τὴν γνῶσιν εἶναί φαμεν τὴν αἰώνιον ζωὴν, ἐξαρκέσει δέ τινι τὸ εἰδέναι τὸν ὄντως τε καὶ φύσει ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, εἰς τὸ πᾶσαν ἔχειν τῆς ἐλπίδος τὴν ἀσφάλειαν, δεήσεται δὲ τῶν ἄλλων οὐδενός; Εἶτα πῶς ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι; Πίστιν δὲ ὅταν λέγωμεν, τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, καὶ οὐχ ἕτερόν τι σημαίνομεν· διὰ γὰρ τοῦ πιστεύειν ἡ γνῶσις. Καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ προφήτης Ἡσαΐας πρός τινας· Ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. Ὅτι δὲ τὴν ἐν ψιλοῖς θεωρήμασι γνῶσιν, χρῆμα παντελῶς ἀνόνητον, αἱ τῶν ἁγίων ἡμῖν ἀποφαίνουσι συγγραφαὶ, συνήσειν οἶμαι κἀντεῦθεν. Ἔφη γάρ πού τις τῶν ἁγίων μαθητῶν· « Σὺ πιστεύεις, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καλῶς ποιεῖς, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι. » Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Πῶς ἀληθεύσει Χριστὸς, ζωὴν αἰώνιον εἶναι λέγων τὸ γνῶναι, τὸν ἕνα καὶ ἀληθῆ Πατέρα καὶ Θεὸν, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Υἱόν; Ἀλλ' οἶμαι δὴ δεῖν πρὸς τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι δὴ πάντως ἀληθὴς ἔσται τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος. Ζωὴ γὰρ ἡ γνῶσις, ὡς ὅλην ὠδίνουσα τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καὶ εἰσ-

A Deum nominat Patrem, eum falso nuncupatis diis quodammodo verum opponens. Hic enim est verborum illorum scopus. Utilissime vero unum ac solum cum ait Patrem, suæ quoque gloriæ mentionem facit, cum dicit : « Et quem misisti Jesum Christum. » Nec enim aliter perfectam Patris cognitionem quis accipiet, quam si Filius etiam una cognoscatur, ejus semper cognitione cum genitoris notitia concurrente. Nam simul ac quis novit Patrem, novit et Filium. « Cum unum igitur, et verum dixit Patrem ac Deum, non exclusit seipsum. » Nam cum in ipso sit et ex ipso, secundum naturam, verus etiam idem erit, ac solus in solo. Præter ipsum enim nullus Deus verus erit, ac solus : « Dii enim gentium dæmonia[35]; » serva autem est B creatura, quam nescio quomodo nonnulli adorant, in reprobum et stupidum plane sensum aversi. Multis itaque diis qui falso dii creduntur, et spurio nomine ita nuncupantur, unus ac verus Deus opponitur, et qui in ipso, et ex ipso est secundum naturam Filius, distincte quidem et conjunctim secundum unionem naturalem. Distincte quidem, quia in propria persona subsistere intelligitur, Filius enim est, **953** non Pater; conjunctim vero, quia Patris exsistentiam omnino comitatur, et qui ex eo est secundum naturam. Simul enim Pater et Filius est, cum sit ac dicatur idcirco Pater quia genuisse intelligitur. « Hæc est igitur, inquit, vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et C quem misisti Jesum Christum. » Num ergo, inquiet aliquis eorum qui non perfunctorie divina dogmata sequuntur, cognitionem æternam vitam esse dicimus ? aut quomodo nosse verum et naturalem Deum sufficiet, ut totam spei certitudinem habeas, nec alia ulla re tibi sit opus? At quomodo fides absque operibus mortua est[36]? Fidem vero cum dicimus, nihil aliud quam veram de Deo cognitionem significamus : per fidem enim est cognitio. Cujus rei testis erit Isaias propheta dicens ad quosdam : « Nisi enim credideritis, non intelligetis[37]. » Quod autem cognitio quæ in nuda doctrinæ cognitione constat, res sit prorsus inutilis, sanctorum nobis scripta declarant, quod vel hinc, opinor, intelliges. Dixit enim alicubi sanctorum D discipulorum aliquis : « Tu credis quoniam unus est Deus : bene facis : et dæmones credunt, et contremiscunt[38]. » Quid ergo ad hæc respondemus? Quomodo vere loqui comperietur Christus, vitam æternam esse dicens cognoscere unum verumque Patrem ac Deum, et cum ipso Filium? Verum ad hoc ego dicendum arbitror, vere utique Servatorem esse locutum. Vita enim est cognitio: quippe totam mysterii vim parturit, et mysticæ quidem eulogiæ participationem infert, per quam viventi ac vivifico Verbo conjungimur. Concorporales enim et comparticipes Christi ob istam, ut reor, causam Paulus gentes quoque fuisse ait[39],

[35] Psal. xcv, 5. [36] Jac. II, 20. [37] Isa. VII, 9. [38] Isa. II, 19. [39] Ephes. III, 6.

utpote quæ factæ sint etiam sanctæ ejus carnis et A sanguinis participes. Sic et membra nostra membra Christi debent intelligi [40]. Vita igitur est cognitio, quæ spiritalem nobis præterea benedictionem infert. In nostris enim cordibus spiritus habitat [41], reformans in adoptionem filiorum quotquot eum suscipimus, et in incorruptionem ac pietatem per conversationem evangelicam refingens. Itaque Dominus noster Jesus Christus, cum sciret cognitionem illam unius ac veri Dei, parariam esse, atque, ut ita dicam, eorum bonorum quæ dicimus pronubam, ait ipsam esse vitam æternam, utpote matrem, et nutricem æternæ vitæ, in sua quodammodo virtute et natura causas vitæ parturientem et ad eum referentem. Observandum autem **954** studiose arbitror quo pacto Christus B in nobis dixerit perfectissimam unius ac veri Dei cognitionem impleri. Adverte enim quomodo fiat non sine cognitione Filii, adeoque sancti Spiritus. Unitas enim sic in Trinitate intelligitur et creditur, juxta Scripturas. Judæi quippe Mosaicis præceptis a cultu multorum ac falsorum deorum ad unius ac veri cultum sunt deducti. « Dominum enim Deum tuum adorabis, lex inquit, et ei soli servies [42]. » Sed qui solum ac verum hactenus adorarunt, eique adhæserunt, quasi nondum perfectam ejus quem adorabant cognitionem haberent, Servatoris nostri verbis nunc ad eam vocantur, discentes non modo solum et unum ac verum esse universi opificem, sed et Patrem, et cujusnam C Pater sit, imo vero ipsum exacte spectantes in perfectissima et omnimoda imagine, hoc est Filio. Per characterem enim ad perfectam archetypi notitiam facile est devenire. Necessario itaque Dominus noster Jesus Christus iis qui per fidem vocati sunt in filiorum adoptionem et vitam æternam, non solum discendum esse dixit solum esse ac verum Deum, sed et Patrem esse, et cujusnam sit Pater, ejus nimirum qui propter nos factus est caro, et ad emendationem corruptæ naturæ rationalis, id est humanitatis, missus est.

A κομίζουσα μὲν τῆς μυστικῆς εὐλογίας τὴν μέθεξιν, δι' ἧς τῷ ζῶντι καὶ ζωοποιῷ προσοικειούμεθα Λόγῳ. Σύσσωμα γὰρ καὶ συμμέτοχα τοῦ Χριστοῦ διὰ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν, καὶ ὁ Παῦλος τὰ ἔθνη γενέσθαι φησὶν, ἅτε δὴ καὶ μετεσχηκότα τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκός τε καὶ αἵματος. Νοηθείη δ' ἂν οὕτω καὶ μέλη. Ζωὴ τοιγαροῦν ἡ γνῶσις εἰσκομίζουσα πρὸς τούτῳ τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος εὐλογίαν. Κατοικεῖ γὰρ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἀναμορφοῦν εἰς υἱοθεσίαν τοὺς δεχομένους αὐτὸ, καὶ ἀναπλάττον εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ εὐσέβειαν διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς. Πρόξενον τοίνυν, καὶ οἱονεὶ προμνήστριαν τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν τὴν εἰς Θεὸν τὸν ἕνα καὶ ἀληθινὸν ἐπιστάμενος γνῶσιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ζωὴν εἶναί φησιν αὐτὴν τὴν αἰώνιον, ἅτε δὴ καὶ μητέρα καὶ B τροφὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὠδίνουσαν ὥσπερ ἐν ἰδίᾳ δυνάμει καὶ φύσει τὰ τῆς ζωῆς αἴτια, καὶ εἰς αὐτὸν ἀποφέροντα. Οἶμαι δὲ δεῖν ἐπιτηρῆσαι φιλομαθῶς, κατὰ τίνα τρόπον ἐν ἡμῖν εἴρηκεν ὁ Χριστὸς τὴν τελειοτάτην ἀποπληροῦσθαι γνῶσιν τοῦ μόνου καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος Θεοῦ. Θέα γὰρ ὅπως οὐ δίχα τῆς ἐφ' Υἱῷ θεωρίας γίγνεται, δῆλον δὲ ὅτι καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἡ μονὰς γὰρ οὕτως ἐν Τριάδι νοεῖται, καὶ πιστεύεται κατὰ τὰς Γραφάς. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ταῖς διὰ Μωσέως ἐντολαῖς πρὸς ἀπόστασιν ποδηγούμενοι τῶν πολλῶν τε καὶ ψευδωνύμων [θεῶν] προσῆεσάν τε καὶ λατρεύειν ἀνεπείθοντο τῷ μόνῳ, καὶ ἀληθινῷ. « Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, ὁ νόμος φησὶ, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ἀλλ' οἱ C τῷ μόνῳ, καὶ ἀληθινῷ λελατρευκότες τε ἤδη καὶ προσκείμενοι, ὡς οὔπω τελείαν ἔχοντες τοῦ προσκυνουμένου τὴν γνῶσιν, διὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ῥημάτων καλοῦνται νυνὶ πρὸς αὐτὴν, οὐχ ὅτι μόνος, εἷς τε καὶ ἀληθὴς ὁ πάντων δημιουργὸς μανθάνοντες, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατὴρ, καὶ τίνα γεγέννηκε, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ ἀκριβῶς αὐτὸν ἐν ἀπαραλλάκτῳ θεωρήσαντες εἰκόνι, τοῦτ' ἔστι τῷ Υἱῷ. Διὰ γὰρ τοῦ χαρακτῆρος, ἴοι τις ἂν καὶ μάλα ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν τῶν ἀρχετύπων ἀκραιφνῆ θεωρίαν. Ἀναγκαιότατα τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τοὺς διὰ πίστεως κεκλημένους εἰς υἱοθεσίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον, οὐ μόνον ἔφη χρῆναι μαθεῖν, ὅτι μόνος ἐστὶ καὶ ἀληθινὸς ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατὴρ, καὶ τίνος ἐστὶ Πατὴρ, τοῦ δι' ἡμᾶς δηλονότι σαρκὸς γεγονότος, ἀπεσταλμένου τε πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς κατεφθαρμένης φύσεως λογικῆς, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἀνθρωπότητος.

D

CAP. VI.

Quod gloriæ Deo dignæ expers non sit Filius, licet ad Patrem dicere comperiatur : « Et nunc clarifica me claritate quam habui priusquam mundus esset. »

XVII, 4, 5. *Ego te clarificavi super terram : opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me, tu, Pater, apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te.*

Humana rursus divinis conjungit, et mista est quodammodo oratio, utraque respiciens, quæ nec dicentis personam ad integram potestatem et glo-

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Ὅτι δόξης τῆς θεοπρεποῦς οὐ γυμνὸς ἦν ὁ Υἱὸς, κἂν εὑρίσκηται λέγων πρὸς τὸν Πατέρα· « Καὶ νῦν δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. »

Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω αὐτό. Καὶ νῦν δόξασόν με, σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί.

Ἀναπλέκει πάλιν τῷ θεοπρεπεῖ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ μέμικταί πως ὁ λόγος, ἐπ' ἄμφω βλέπων, οὔτε λίαν ἐξαίρων εἰς ὁλόκληρον ἐξουσίαν τε καὶ δόξαν τὴν

[40] I Cor. VI, 15. [41] I Cor. III, 16. [42] Deut. VI, 3; Matth. IV, 10.

θεοπρεπῆ τὸ τοῦ λέγοντος πρόσωπον, οὔτε μὴν εἰσάπαν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ἐνιζάνειν ἐῶν, ἀλλ' ἕν τι τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἀνακεραννὺς, οὐδενὸς τῶν εἰρημένων ἀπηλλαγμένον. Ὤετο γὰρ δεῖν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐχ ὅτι μόνον ἐστὶ Θεὸς Μονογενὴς, ἐκπαιδεύειν τοὺς πεπιστευκότας, ἀλλ' ὅτι καὶ δι' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα πάντας κατακτήσηται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἀναμορφώσῃ πρὸς καινότητα ζωῆς, ἐκπριάμενος αἵματι τῷ ἰδίῳ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ τῆς ἁπάντων προκινδυνεύσας ζωῆς, εἷς ὁ πάντων ἀξιώτερος. Δοξάσαι τοίνυν φησὶν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν Πατέρα, τελειώσας τὸ ἔργον ὃ δέδωκεν αὐτῷ. Καὶ φέρε δὴ πάλιν, διπλῆν ὥσπερ τινὰ τοῖς περὶ τούτων θεωρήμασιν ἐπινοοῦντες τρίβον, ἀνθρωπίνως τε λέγωμεν καὶ θεοπρεπῶς εἰρῆσθαι καὶ τοῦτο. Εἰ μὲν οὖν ὡς ἄνθρωπος τὰ τοιαῦτα λέγοι, παραδέξῃ τοιῶσδε· Τύπος ἡμῖν καὶ ἀρχὴ καὶ εἰκὼν τῆς ἐνθέου πολιτείας κατέστη Χριστὸς, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ἡμᾶς διαζῆν ἀκόλουθον, παρέδειξε σαφῶς. Διὰ γάρ τοι τοῦτο λεπτοτάτην ἐπ' αὐτῷ ποιοῦνται τὴν ἐξήγησιν οἱ τῶν θείων Γραμμάτων δημιουργοί. Παιδεύει τοίνυν ἡμᾶς καὶ δι' ὧν ἐνθάδε φησὶν, ὅτι τὴν τεταγμένην αὐτῷ λειτουργίαν ἕκαστος ἡμῶν ἀποπληρῶν, καὶ διεξάγων εἰς τέλος τὰ κεκελευσμένα παρὰ Θεοῦ, τότε δὴ πάντως αὐτὸν διὰ τῶν ἰδίων δοξάζει κατορθωμάτων, οὐχ ὡς μὴ ἔχοντι προστιθεὶς (πλήρης γὰρ δόξης ἡ θεία τε καὶ ἄῤῥητος φύσις), ἀλλ' ὅτι πρὸς τῶν ὁρώντων τε καὶ ὠφελουμένων δοξολογεῖσθαι ποιεῖ. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ, « Λαμψάτω, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἀνδριζόμενοι γὰρ, καὶ ἀγαθουργεῖν ἐθέλοντες διὰ τὸν Θεὸν, τὴν ἐντεῦθεν εὔκλειαν οὐχὶ ταῖς οἰκείαις μνηστευόμεθα κεφαλαῖς, ἀλλὰ τῇ τοῦ πάντων κρατοῦντος τιμῇ τε καὶ δόξῃ τὴν εὐφημίαν πραγματευόμεθα. Ὥσπερ γὰρ, ὅτε τὴν ἀπᾴδουσαν τῷ Θεῷ καὶ βδελυρωτάτην ζωὴν ἐπιτηδεύοντες, ὡς τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ παραλύοντες δόξαν, εὐθυνόμεθά τε δικαίως, καὶ τιμωρίαις ἔνοχον τὴν οἰκείαν ἀποτελοῦμεν ψυχὴν, διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ἀκούοντες· « Δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· » κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, λόγον, ὅτε περιφανεστάτην ἐξανύομεν ἀρετὴν, τότε δὴ πάντως καὶ δοξολογεῖσθαι παρασκευάζομεν. Ἀποπληρώσαντες τοίνυν τὸ δοθὲν ἡμῖν ἔργον παρὰ Θεοῦ, τότε καὶ μάλα δικαίως, εἰς τὴν τοῖς γνησίοις πρεπωδεστάτην ἀναβαίνοντες παῤῥησίαν, τὴν ἴσην ὥσπερ ἀνταπαιτήσομεν δόξαν παρὰ τοῦ πρὸς ἡμῶν δοξασθέντος Θεοῦ. « Ζῶ γὰρ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ ὁ ἐξουθενῶν με ἐξουθενηθήσεται. » Ἵνα τοίνυν ἀποδείξῃ Χριστὸς, ὅτι πρεπόντως δὴ τότε τὴν παρὰ τοῦ μόνου [ἴσ. Θεοῦ] δόξαν ἀπαιτήσομεν, τὴν εἰς αἰῶνά φημι τὸν μέλλοντα, ὅταν αὐτῷ τὴν εἰς ἅπαν ὑποταγὴν ἀνυπαίτιον ἐπιδείξωμεν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ προστεταγμένων ἀκμαιότατοι φύλακες εὑρισκώμεθα, δοξάσαι μὲν αὐτὸς τὸν Πατέρα φησὶ, τὸ ἔργον τελειώσας ἐπὶ τῆς γῆς, ὃ δέ-

A riam Deo dignam nimis evehit, nec in humanitatis statu subsidere prorsus sinit, sed unum quoddam ex utrisque temperat, ab iis quæ jam dicta sunt haudquaquam diversum. Existimabat enim Dominus noster Jesus Christus edoceri fideles oportere, non solum Unigenitum Deum esse, sed et propter nos factum **955** hominem, ut omnes Deo et Patri acquireret, et ad vitæ novitatem reformaret, proprio sanguine humanitatem redimens et pro vita omnium unus omnium dignissimus mortem subiens. Clarificasse igitur ait Patrem super terram, consummato opere quod dedit ei. Agedum vero, duplici quodammodo via qua hæc explicemus inventa, dicamus et humano more et Deo convenienter istud quoque dictum esse. Si ergo ut B homo talia dicat, sic intelliges. Typus nobis, et principium, et imago divinæ conversationis Christus constitutus est, et quomodo nos vivere deceat, clare exhibuit. Idcirco enim subtilissime istud explicant evangelistæ. Docet igitur his verbis unumquemque nostrum, si traditum nobis ministerium impleamus, et jussa Dei perficiamus, tunc nostris operibus eum nos clarificare, non quasi addamus aliquid non habenti (plena enim est gloriæ divina et ineffabilis natura), sed quia facimus ut a spectatoribus atque ab iis qui utilitatem hinc percipiunt, glorificetur. Et quidem Servator: « Luceat lux vestra, inquit, coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [43]. » Nam, cum fortiter C ac bene propter Deum agimus, gloriam quæ hinc oritur nequaquam nostris capitibus arcessimus, sed omnipotentis Dei honori et gloriæ celebritatem conciliamus. Quemadmodum enim cum Deo invisam ac nefariam vitam ducimus, quasi ineffabilem ejus gloriam violemus, jure plectimur, pœnisque obnoxiam nostram animam reddimus, illud prophetæ audientes: « Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus [44]: » sic, opinor, cum eximiæ virtutis opus agimus, tunc utique facimus ut clarificetur. Impleto igitur opere quod nobis a Deo datum est, tunc jure ad libertatem verorum ac legitimorum filiorum evecti, parem, ut ita dicam, a Deo qui per nos clarifica- D tus est gloriam repetemus. « Vivo enim ego, dicit Dominus, quoniam glorificantes me glorificabo: et qui spernit me spernetur [45]. » Ut igitur Christus ostendat nos tunc a Deo gloriam in æternum duraturam convenienter repetituros, cum omnimodo sincerum et inculpatum ei obsequium præstiterimus, **956** et mandata ejus strenue observaverimus, ipse quidem se clarificare Patrem ait, opere consummato super terram, quod sibi ab eo datum fuit: sed gloriam claritatemque sibi vicissim rependi postulat, non alienam, nec ascititiam, sicuti nos, sed propriam. Id enim petere nobis conveniret, ei vero non item. Vide porro quo pacto

[43] Matth. v, 15. [44] Isa. LII, 6. [45] I Reg. II, 30.

in seipso rursus, et per seipsum naturæ nostræ utriusque fiduciam innovet. In ipso enim primo et per ipsum consecuti sumus, ut et implere possimus quæ a Deo nobis mandata sunt, et recte agentibus debitum honorem poscere. Olim siquidem propter illud quod regnavit in nos peccatum, et defectionem in Adam, nil boni poteramus agere, sed et a fiducia illa erga Deum longissime aberamus. Et quidem nos ad hanc Christus revocans magna sua bonitate per prophetæ vocem consolabatur his verbis : « Noli timere, quia confusa es, neque confundaris, quia exprobratum tibi est [46]. » Quemadmodum igitur in aliis omnibus bonis, primitiæ [47], et janua [48], et via [49] nobis Dominus noster Jesus Christus factus est, ita et hic. Quod si propriam et ante mundi conditum sibi insitam gloriam Servator quærit, et exemplo ad nos translato, nobis quoque Dei placitum strenue exsequendum esse asserimus, atque ita gloriam nobis supernam cum fiducia petendam, nemo putet nos illud dicere, quod hominem deceat ad imitationem Christi gloriam quamdam petere mundo antiquiorem, tanquam illa sibi debeatur : sed cogitet potius quod cuique conveniat eum loqui decere. Nam si in Christo, sicut in nobis, sola concipiatur humanitas, ea tantum loqui debet quæ terrenis hominibus conveniunt, nec ultra hominis conditionem efferri. Sin autem Deus, Verbum cum sit, caro factus est [50], cum aliquid Deo convenienter dixerit, istud ei soli conveniet, aliis vero qui nequaquam ei sunt similes, non item. Quapropter, eo sensu quem jam diximus, humano more videlicet, dictum illud accipiemus : sed, divinam Christi dignitatem rursus apud nos reputantes, majus aliquid demum quam pro natura hominis jure merito cogitamus.

A δωκεν αὐτῷ· ζητεῖ γε μὴν ἀντικομίζεσθαι καὶ αὐτὴς οὐκ ἀλλοτρίαν οὐδὲ ἐπακτὴν, καθάπερ ἡμεῖς, τὴν ἰδίαν δὲ μᾶλλον εὔκλειάν τε καὶ δόξαν. Ἔδει γὰρ ἐκεῖνο ἡμᾶς μὲν αἰτεῖν, αὐτὸν δὲ οὐκέτι. Θέα δὲ ὅπως τὴν ἐπ' ἄμφω παῤῥησίαν ἐν ἑαυτῷ πάλιν καὶ δι' ἑαυτοῦ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει καινοτομεῖ. Ἐν αὐτῷ γὰρ πρώτῳ καὶ δι' αὐτοῦ πεπλουτήκαμεν, καὶ τὸ δύνασθαι πληροῦν τὰ πρὸς κατόρθωσιν ἡμῖν ἐγκεχειρισμένα παρὰ Θεοῦ, καὶ τὸ χρῆναι λοιπὸν ἐκ παῤῥησίας τὴν τοῖς εὐδοκιμοῦσι χρεωστουμένην αἰτῆσαι τιμήν. Πάλαι μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐφ' ἡμᾶς βασιλεύσασαν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν γενομένην ἀπόστασιν ἐν Ἀδὰμ, οὔτε τὸ δύνασθαί τι κατορθοῦν τῶν τελούντων εἰς ἀρετὴν ἐκεκτήμεθα, ἀλλὰ καὶ παῤῥησίας τῆς πρὸς Θεὸν ὡς ποῤῥωτάτω ἦμεν. Καὶ γοῦν εἰς B ταύτην ἡμᾶς ἀνακομίζων Θεὸς ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς ἡμερότητος, διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς παρεμυθεῖτο λέγων· « Μὴ φοβοῦ ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ ἐντραπῇς, ὅτι ὠνειδίσθης. » Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγαθοῖς, καὶ ἀπαρχὴ, καὶ θύρα καὶ ὁδὸς γέγονεν ἡμῖν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὕτω κἀνθάδε. Εἰ δὲ τὴν ἰδίαν καὶ προκόσμιον δόξαν ὁ Σωτὴρ ἐπιζητεῖ, καὶ εἰς τύπον τὸν καθ' ἡμᾶς, τὴν τοῦ θεωρήματος περιενεγκόντες δύναμιν, σὺν πολλῇ τῇ προθυμίᾳ κατεργάζεσθαι δεῖν καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διαβεβαιούμεθα τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ, δόξαν δὲ οὕτω τὴν ἄνωθεν ἐκ παῤῥησίας αἰτεῖν, οἰέσθω μηδεὶς ἐκεῖνο λέγειν ἡμᾶς, ὅτι προσήκοι τὸν ἄνθρωπον κατὰ μίμησιν τοῦ Χριστοῦ, προκόσμιόν τινα καὶ ἀρχαίαν ὡς ὀφειλομένην καὶ αὐτῷ δόξαν ἐπιζητεῖν· C ἐννοείτω δὲ μᾶλλον, ὅτι τὸ ἑκάστῳ πρέπον, αὐτῷ καὶ λέγειν ἁρμοδιώτατον. Εἰ μὲν γὰρ μόνον ἐν Χριστῷ νοεῖται τὸ ἀνθρώπινον καθ' ἡμᾶς, λαλείτω δὴ μόνα καὶ τὰ τοῖς γηγενέσι πρέποντα, καὶ τὸ ἀνθρώπινον μὴ παρεξίτω μέτρον. Εἰ δὲ Θεὸς ὢν ὁ Λόγος γέγονε σάρξ, ὅταν τι λέγῃ καὶ θεοπρεπῶς, αὐτῷ μὲν ἁρμόσει μόνῳ, τοῖς δὲ μὴ κατ' αὐτὸν, οὐκέτι. Οὐκοῦν νοοῦντες ἀνθρωπινώτερον, κατὰ τὴν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν, τὴν τῶν προκειμένων ἐκληψόμεθα δύναμιν· ἀναλογιζόμενοι δὲ πάλιν τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα τοῦ Χριστοῦ, μεῖζόν τι λοιπὸν ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν ἐννοοῦμεν εἰκότως.

Clarificasse igitur suum Patrem ac Deum dicimus, consummato opere quod accepit ab eo, non tanquam servus, aut in ordinem ministrorum
957 redactus, idque velut ex necessitate, ne Dominus omnium in servorum quoque numero censeatur servilisque naturæ : hominum quippe aut angelorum est supplicum et servorum more divinis nutibus subjici, eisque ministrare : sed quod virtus ac sapientia Genitoris sui exsistens, eam quæ sibi quodammodo demandata erat nostri emendationem cumulatissime perfecerit, siculi nimirum et divinus nobis Psaltes in Spiritu mysterii vim explicans, aiebat : « Manda, Deus, virtuti tuæ ; confirma hoc, Deus, quod perfecisti in nobis [51]. » Ut enim liquido demonstraret Filium virtutem esse Patris, non quidem alium ab ipso identitate substantiæ et naturæ, postquam dixit, « manda virtuti tuæ, » et personarum dualitatem induxit, mandan-

Δοξάσαι τοίνυν φαμὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ Θεὸν, πεπληρωκότα τὸ ἔργον, ὅπερ ἔλαβε παρ' αὐτοῦ, οὐχ ὡς ὑπηρέτην, ἢ ὡς ἐν τάξει γεγονότα τῇ ὑπουργικῇ, καὶ τοῦτο ὡς ἐξ ἀνάγκης, ἵνα μὴ φαίνηται καὶ ὁ πάντων Κύριος ἐν μέτρῳ τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς δουλευούσης κτίσεως· ἀνθρώπων γὰρ ἢ ἀγγέλων τὸ ἱκετικῶς ὑποτάττεσθαι, καὶ τοῖς θείοις νεύμασι δουλοπρεπῶς ὑπουργεῖν· ἀλλ' ὅτι δύναμις ὑπάρχων, καὶ σοφία τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν, εὖ μάλα D πεπλήρωκεν ἐγχειρισθεῖσαν ὥσπερ αὐτῷ τὴν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπανόρθωσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Μελῳδὸς ἐν Πνεύματι τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν ἐξηγούμενος ἔφασκεν· « Ἔντειλαι, ὁ Θεὸς, τῇ δυνάμει σου· δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω ἡμῖν. » Ἵνα γὰρ ἐπελέγξῃ σαφῶς δύναμιν μὲν οὖσαν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, οὐχ ἕτερόν γε μὴν ὄντα παρ' αὐτὸν, ὅσον εἰς ταυτότητά φημι τὴν ἐν οὐσίᾳ καὶ φύσει, πρότερον εἰρηκὼς τὸ, « Ἔντειλαι τῇ δυνάμει σου, »

[46] Isa. xxxiv, 4. [47] I Cor. xv, 23. [48] Joan. x, 9. [49] Joan. xiv, 6. [50] Joan. i, 14. [51] Psal. lxvii, 29.

καὶ προσώπων δυάδα παρενεγκὼν, τοῦ τε ἐντελλομένου φημὶ, καὶ πρὸς ὃν ἡ ἐντολὴ, παραχρῆμα πρὸς ἑνότητα συνάπτει τὴν φυσικὴν, ὁλοκλήρως τῇ θείᾳ τε καὶ ἀῤῥήτῳ φύσει τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν ἀνατιθεὶς, διὰ τοῦ πανσόφως εἰπεῖν· « Δυνάμωσον, ὁ Θεὸς, τοῦτο ὃ κατειργάσω [al. κατηρτίσω] ἡμῖν. » Ἐγχειρίζεται τοίνυν ἤτοι δέχεται παρὰ τοῦ ἰδίου Πατρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἔργον ὁ Υἱός. Κατὰ τίνα δὲ τρόπον, ἢ πῶς ἐντέλλεται τῇ ἰδίᾳ δυνάμει Θεὸς, περιαθρῆσαί τε καὶ εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὡς ἂν ἐνδέχηται κατά γε τὸ ἀνθρωπίνως διερμηνεῦσαι τὰ ὑπὲρ νοῦν. Ὑποκείσθω τοιγαροῦν ἀνήρ τις τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ τοῦτον εἶναι πιστεύωμεν τέχνης ἐπιστήμονα τῆς χαλκευτικῆς· εἶτα πρὸς ἀνδριάντος ἐκτύπωσιν, ἤγουν ἤδη παθόντος καὶ λελωβημένου τετράφθω πρὸς ἐπανόρθωσιν. Πῶς οὖν ἐργάσεται; κατορθώσει δὲ ὅπως τὸ δοκοῦν; Ἐπιτρέψας δηλονότι τῇ δυνάμει τῶν ἰδίων χειρῶν, καὶ σοφίᾳ τῇ κατὰ τέχνην, τὴν ἐφ' οἷς ἂν ἕλοιτο δρᾷν ἀποπλήρωσιν. Ἀλλ' εἰ καὶ ταῖς ἐπινοίαις ὥσπερ ἕτερόν τι παρ' αὐτὸν διαφαίνεσθαι δοκεῖ πως ἥ τε σοφία καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ ἕτεραι παρ' αὐτὸν ἂν εἶεν· ἐν γὰρ τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ καὶ ταῦτα κεκτήσεται. Καὶ νοήσεις μέν τι τοιοῦτον ἐπὶ Θεοῦ, δέξῃ γε μὴν οὐχ εἰσάπαν ἐμφερῆ τὴν τοῦ παραδείγματος δύναμιν. Θεὸς γὰρ ὁ ὑπὲρ πάντα, καὶ ὑπὲρ τοῦτο νοηθήσεται. Ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος, ἐν εἴδει καὶ τρόπῳ ληφθεὶς παραδείγματος ἐπί τε ἡλίου καὶ πυρός. Ἐντέλλεται μὲν γὰρ οἱονεὶ καὶ ὁ ἥλιος τῷ ἐξ αὐτοῦ προχεομένῳ φωτὶ καταλαμπρῦναι τὰ σύμπαντα· ἔργον δὲ ὥσπερ τῇ τῶν ἀκτίνων ἐνεργείᾳ δίδωσι τὴν τῆς θερμότητος δύναμιν τοῖς αὐτὴν δεχομένοις ἐμβαλεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πῦρ ἐντέλλεταί τε καὶ ἐπιτρέπει τρόπον τινὰ τῇ τῆς οἰκείας φύσεως ἰδιότητι τὰ αὐτῇ πρέποντα πληροῦν· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτό φαμεν ἐν ὑπουργίας τάξει τῆς δουλοπρεποῦς τὴν ἀκτῖνα μὲν καὶ τὸ φῶς τῷ ἡλίῳ, τὴν δὲ καυστικὴν ἐνέργειαν γενέσθαι τῷ πυρί· ἐνεργεῖ μὲν γὰρ ἑκάτερον δι' ὧν ἔχει φυσικῶς τὰ οἰκεῖα. Ἀλλ' εἰ καὶ φαίνεταί πως οὐχ αὐτουργὰ, πλὴν οὐχ ἕτερα παρὰ τὰ ἐξ αὐτῶν φυσικῶς. Τοιοῦτόν τι νοήσεις ἐπί τε Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος Λόγου, ὅταν τι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐγχειρίζεσθαι λέγηται. Ἐδόξασε τοίνυν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν ἡ σοφία, καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ, τουτ' ἔστιν ὁ Χριστὸς, τελειώσας τὸ ἔργον ὃ δέδωκεν αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς πέρας ἤδη τὸ αὐτῷ πρέπον, τὸ ἔργον ἐκτελευτᾷ, τὴν αὐτῷ προσοῦσαν ἀεὶ δόξαν αἰτεῖ, καὶ τῆς ἀρχαιοτάτης εὐκλείας τὴν ἐπανάληψιν καιροῦ καλοῦντος ἤδη ζητεῖ. Καὶ ποῖον ἄρα πεπλήρωκεν ἔργον, δι' οὗ δοξάσαι φησὶ τὸν Πατέρα; Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ἀληθινὸς, εὐδοκίᾳ καὶ θελήσει τοῦ Πατρὸς, γέγονεν ἄνθρωπος, ὅλην ἀνασῶσαι τὴν οἰκουμένην, ἀνακαινίσαι τε πρὸς ζωὴν τὴν ἀπέραντον καὶ θεογνωσίαν τὴν ἀληθῆ, τὸ διολισθῆσαν γένος ἐπὶ τῆς γῆς προθυμούμενος. Ὃ δὴ καὶ πεπέρασται δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ τοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, ἀνα-

A tis nimirum, et ejus cui mandatur, statim eos in naturalem unitatem conjungit, divinæ et ineffabili naturæ rei exitum tribuens, cum sapientissime dicat : « Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. » Mandatur itaque Filio, sive a suo Patre nostræ salutis opus Filius accipit. Quomodo suæ virtuti mandet Deus, operæ pretium est, quantum naturæ fert imbecillitas, explicare atque perspicere. Supponamus igitur hominem quemdam nostri similem, eumque fingamus esse fabrum ærarium : is ad fingendam statuam, aut mutilam emendandam aggrediatur. Quomodo, quæso, operabitur, aut quo pacto quod in animo habet perficiet? Virtuti nempe manuum suarum et artis sapientiæ mandando perficere quod statuerit. Atqui, licet sapientia et virtus **B** ejus aliquid aliud ab ipso quodammodo ratione conceptus esse videantur, nequaquam tamen aliæ sunt ab ipso : hæc enim ei sunt in ratione substantiæ. Tale quid de Deo intelliges : non tamen per omnia similem exempli vim et rationem esse putaveris. Deus enim qui cuncta exsuperat, supra omne exemplum intelligi debet. Idem etiam de sole et igne dici potest. Mandat enim quodammodo sol lumini ex se procedenti illustrare universa, et radiorum virtuti officium quodammodo tradit caloris vim ejus capacibus immittendi. Similiter etiam ignis suæ **958** naturæ proprietati quodammodo imperat ut quæ sui sunt muneris impleat : non tamen idcirco dicimus radium et lucem servilis **C** ministerii vicem ratione solis tenere, sed inesse igni vim urendi : utrumque enim per ea quæ naturaliter ei propria sunt operatur. Verum etsi quodammodo videantur nequaquam ipsa id facere, non tamen alia sunt natura quam quæ sunt ex ipsis. Tale quid de Deo ac Patre intelliges, et Verbo quod ex ipso secundum naturam est genitum, cum aliquid ei humanum demandari dicitur. Clarificavit ergo in terra Patrem ac Deum sapientia et virtus ejus [81], id est Christus, perfecto opere quod dedit ei. Quoniam vero ad convenientem exitum ejus opus tendit, insitam sibi ab æterno gloriam petit, et tempore jam ad id vocante, vetustissimam sibi claritatem repetit. Quodnam vero exigit opus quo suum Patrem clarificare se dicit? Nempe cum **D** Deus sit verus, voluntate ac beneplacito Patris factus est homo, totum orbem servare volens, et lapsum genus hominum ad vitam sempiternam ac veram Dei cognitionem instaurare cupiens. Quod utique factum est virtute et potestate divina Christi, qui mortem quidem destruxit, ac diaboli tyrannidem evertit, deletoque peccato charitatem erga nos incomparabilem exhibuit, omnibus remittendo peccata, et in errore positos illuminando unius Dei ac veri cognitione. Cum ergo sua vi talia Christus egerit, clarificatus est Pater ab omnibus, agnoscentibus videlicet sapientiam et virtutem, ejusque bonitatem ac misericordiam erga homi-

[81] I Cor. I, 24.

nes. Refulsit enim, et manifestatus est demum, velut in imagine et charactere suæ naturæ, Filio, et a fructu arbor est agnita, sicuti scriptum est [53]. Perfectis autem operibus, et dispensatione ad congruum finem tendente, ad suam gloriam revertitur, et veterem claritatem recipit: verumtamen ut jam adhuc hominis forma indutus, ac tanquam qui non habeat id petit. Omnia quippe a Deo sunt homini. Tametsi enim, in quantum Deus ex Deo genitus est Patre, gloriæ divinæ expers non erat, sed ignobili hoc assumpto corpore dispensationis tempore eam quodammodo contraxit, idcirco recte eam ceu **959** revera absentem quærit, idque ut homo. Tale quid in animo habens ipse Paulus nobis de eo scribit : « Hoc enim sentite in vobis, inquit, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris [54]. » Sublimem quippe Filium, quatenus effulsit ex ipso Deus videlicet ac Dominus, nihilominus tamen ut hominem exaltare scribitur, cui natura sua propter ejus humilitatem incumbit, ut exaltatione indigeat. Gloriam itaque suam, incarnatus nempe, repetit : neque vero hæc dicit quod gloriæ suæ expers sit, licet eam forsan non acceperit (nec enim dignationum suarum expers unquam Verbum fuit, cum sit Deus verus), sed quod ipsum suum templum ad gloriam sibi perpetuo inhærentem referat, imo vero cum sua carne seipsum ad illam recipiat, propter quam ignobilitatem illam interea subiit. Ne videretur enim quibusdam novam et insolitam sibi gloriam petere, eam mundo ipso antiquiorem ostendit, idque apud suum Patrem. Nec enim a Patris claritate exclusus unquam est Filius, qui una cum eo regnat, et glorificatur, et cum eo a nobis et sanctis angelis adoratur, ut Deus de Deo, et in Deo, et cum Deo. Quod cum divinus ille evangelista Joannes doceat, infit : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum [55]. »

A τρέψαντος δὲ τὴν τοῦ διαβόλου πλεονεξίαν, καὶ καθελόντος μὲν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀγάπην τὴν εἰς ἡμᾶς ἀσύγκριτον ἐπιδείξαντος, διὰ τοῦ πᾶσιν ἀνεῖναι τὰ ἐγκλήματα, καὶ φωτίσαι τοὺς πεπλανημένους, συνέντας ἤδη Θεὸν τὸν ἕνα καὶ ἀληθινόν. Κατορθώσαντος τοίνυν ἰδίᾳ δυνάμει τὰ τοιαῦτα Χριστοῦ, δεδόξασται παρὰ πάντων ὁ Πατὴρ, συνέντων δηλονότι τῶν ἐν κόσμῳ πάντων, τήν τε σοφίαν καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ γαληνότητα καὶ φιλανθρωπίαν. Διέλαμψε γὰρ καὶ πεφανέρωται λοιπὸν ὡς ἐν εἰκόνι καὶ χαρακτῆρι τῆς ἰδίας φύσεως τῷ Υἱῷ, καὶ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐγνώσθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Τετελεσμένων δὲ ἤδη τῶν ἔργων, καὶ εἰς πέρας ἥκοντος τὸ πρέπον αὐτῷ τοῦ καθ' ἡμᾶς οἰκονομηθέντος καλῶς, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπάνεισι δόξαν, B καὶ τῆς ἀρχαίας εὐκλείας ἐπιλαμβάνεται· πλὴν ὡς ἔτι τὴν ἀνθρώπου μορφὴν περικείμενος, τὸ τῆς αἰτήσεως πλάττεται σχῆμα, καὶ ὡς οὐκ ἔχων αἰτεῖ. Πάντα γὰρ ἀνθρώπῳ παρὰ Θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα καθὸ Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεγένηται Πατρὸς, δόξης τῆς θεοπρεποῦς οὐκ ἔρημος ἦν, ἀλλ' ἐπείπερ ἐν καιρῷ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκονομίας συνέστειλέ πως αὐτὴν, τὸ ἀδοξότατον τουτὶ σῶμα λαβὼν, ὡς ἀποῦσαν ἀληθῶς εὐλόγως ἐπιζητεῖ, καὶ τοῦτο λέγων ὡς ἄνθρωπος. Τοιοῦτον δέ τι συνεὶς καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σοφὸς ἐπιστέλλει Παῦλος περὶ αὐτοῦ· «Τοῦτο γὰρ φρονείτω, φησὶν, ἕκαστος ὑμῶν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, δούλου μορφὴν λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος· καὶ σχήματι C εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Ὑψηλὸν γὰρ ὄντα τὸν Υἱὸν, καθὸ πέφηνεν ἐξ αὐτοῦ Θεὸς δηλονότι καὶ Κύριος, οὐδὲν ἧττον ὡς ἄνθρωπον ὑψῶν ἀναγέγραπται, ᾧ τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ταπεινὸν τὸ δεῖσθαι πάντως ὑψοῦσθαι περιποιεῖται. Δόξης οὖν ἄρα τῆς ἰδίας τὴν ἐπανάληψιν καὶ μετὰ σαρκὸς ἀπαιτεῖ· καὶ οὐχὶ πάντως τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἔρημος ὢν, εἰ καὶ μὴ λάβοι τυχὸν, τὰ D τοιαῦτά φησιν (οὐ γὰρ ἔξω τῶν ἰδίων ἀξιωμάτων ὁ Λόγος ἦν πώποτε Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινός), ἀλλ' ὡς εἰς δόξαν τὴν αὐτῷ προσοῦσαν ἀεὶ, καὶ αὐτὸν τὸν ἴδιον ἀναφέρων ναὸν, μᾶλλον δὲ μετὰ τῆς ἰδίας ἑαυτὸν ἀνακομίζων σαρκὸς, δι' ἣν ἡ μεταξὺ παρηκολούθησεν ἀδοξία. Ἵνα γὰρ μὴ δοκοίη τισὶ τὴν ἀτριβῆ τε καὶ ξένην καὶ οὐ πάλαι κατειθισμένην αὐτῷ δόξαν αἰτεῖν, προκόσμιον οὖσαν αὐτὴν ἀποφαίνει, καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Πατρί. Οὐ γὰρ ἔξω ποτὲ τῆς τοῦ Πατρὸς εὐκλείας γέγονεν ὁ Υἱὸς, ἀεὶ συμβασιλεύων καὶ συνυμνούμενος καὶ συμπροσκυνούμενος πρός τε ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ἐν Θεῷ καὶ μετὰ Θεοῦ. Τοῦτο γὰρ, οἶμαι, διδάσκων καὶ ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐπιλέγει· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. »

[53] Matth. XIII, 33. [54] Philipp. II, 5-11. [55] Joan. I, 1, 2.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'

Ὅτι τὸ λέγεσθαί τι δεδόσθαι τῷ Υἱῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἐξοικιεῖ τῆς θεοπρεποῦς ἀξίας αὐτὸν, ἀλλ' ὢν ὁμοούσιός τε καὶ ἐξ αὐτοῦ διαφαίνεται, καὶ εἰ λέγεταί τι λαβεῖν.

Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου (σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας), καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι. Νῦν ἔγνωκαν, ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν· ὅτι τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς. Καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

Φθάσας ἤδη προεῖπον ἐν τοῖς ἔναγχος ἡμῖν οὐκ ἀβασανίστως, ὥς γέ μοι φαίνεται, προεξητασμένοις, ὅτι θεοπρεπῶς τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνως τὴν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα διάλεξιν ἐποιεῖτο Χριστός. Διακυβερνᾷ γὰρ ἐπ' ἄμφω τὸν λόγον, οὔτε τῶν τῆς ἀνθρωπότητος ὅρων εἰσάπαν εἴσω τιθεὶς, οὔτε μὴν ὁλοτρόπως τῆς θεοπρεποῦς ἁπτόμενος δόξης· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον κἀνθάδε πάλιν ἡμῖν ὁ αὐτὸς τετήρηται χαρακτήρ. Ὡς μὲν γὰρ Θεὸς κατὰ φύσιν, καὶ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως χαρακτὴρ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα φησίν· « Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, » ἀντὶ τοῦ τὴν δόξαν εἰπεῖν, τὸ *ὄνομα* θείς· μεμελέτηκε γάρ πως ὡδὶ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς συνήθεια λέγειν. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος ἔγραψε Σολομών· « Αἱρετὸν ὄνομα καλὸν, ἢ πλοῦτος πολὺς, » τοῦτ' ἔστιν, ἀμείνων ὑπόληψις ἀγαθὴ καὶ δόξα τῆς ἐν πλούτῳ φαιδρότητος καὶ περιφανείας ἐστί. Καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν ὁ Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου τοῖς εὐνουχίσασιν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· « Μὴ λεγέτω ὁ εὐνοῦχος, ὅτι Ἐγώ εἰμι ξύλον ξηρόν. Τάδε λέγει Κύριος τοῖς εὐνούχοις· Ὅσοι ἂν φυλάξωνται τὰ προστάγματά μου, καὶ ποιήσωσιν ἃ ἐγὼ θέλω, δώσω αὐτοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου καὶ ἐν τῷ τείχει μου τόπον ὀνομαστὸν, κρεῖσσον υἱῶν καὶ θυγατέρων ὄνομα αἰώνιον δώσω αὐτοῖς. » Καὶ οὐ δή τις οἰήσεται, κατά γε τὸ εἰκὸς, εἴ γε σωφρονοίη, τῆς ἐκ Θεοῦ φιλοτιμίας τὴν ἀντίδοσιν ἐν ψιλαῖς ὀνομάτων ἀπονεμηθήσεσθαι κλήσεσι, τοῖς ἐξ ἀγαθοῦ καὶ φιλαρέτου φρονήματος, ἁπάσης μὲν τῆς ἐν κόσμῳ καταθλήσασιν ἡδονῆς, νεκρώσασι δὲ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ μόνα τετιμηκόσι τὰ τοῖς θείοις οὐκ ἀπᾴδοντα νόμοις. Ἀλλ' ὄνομα πάλιν ἀντὶ τῆς δόξης φησίν· ζηλωτοὶ γὰρ ἔσονται, καὶ ἀπόβλεπτοι συμβασιλεύοντες τῷ Χριστῷ. Πεφανερωκέναι τοιγαροῦν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Σωτὴρ εὖ μάλα διισχυρίζεται, τοῦτ' ἔστι, διαφανεστάτην τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καταστῆσαι τὴν δόξαν αὐτοῦ. Πῶς ἢ τίνα τρόπον; Ἑαυτὸν δὲ δηλονότι διὰ τῶν ὑπὲρ λόγον κατορθωμάτων παραθεὶς εἰς ἀπόδειξιν. Δοξάζεται γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, καθάπερ ἐν εἰκόνι καὶ τύπῳ τῆς ἰδίας μορφῆς· ἀπὸ γὰρ τοῦ χαρακτῆρος τὸ τῶν ἀρχετύπων ἀεὶ διαφαίνεται κάλλος. Πεφανέρωται τοίνυν ὁ Μονογενὴς, οὐσιωδῶς ὑπάρχων σοφία, καὶ ζωὴ, τεχνίτης τῶν ὅλων καὶ δημιουργὸς, θανάτου κρείτ-

960 CAP. VII.

Quod licet dicatur aliquid a Patre datum esse Filio, non tamen idcirco dignitate Deo convenienti sit excludendus, sed pateat ejusdem esse substantiæ, et ex ipso, licet aliquid accepisse dicatur.

XVII, 6-8. *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo (tui erant, et mihi eos dedisti) et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti.*

Accurate jam, ut reor, docuimus divino simul et humano more Christum Patrem qui in cœlis est allocutum esse. Ad utrumque enim sermonem dirigit, nec intra humanitatis terminos prorsus consistens, nec in gloria Deo soli conveniente duntaxat hærens; at idem hic character servatus est. Nam ut natura sua Deus, et ineffabilis naturæ character, ad suum Patrem ait: « Manifestavi nomen tuum hominibus, » pro gloria nomen usurpans, quod usitatum est apud nos trito loquendi modo. Unde sapientissimus Salomon: « Optabilius, inquit, nomen bonum quam divitiæ multæ [56]: » hoc est, melior est existimatio et gloria, quam divitiarum claritas et splendor. Ipse quoque alicubi Deus ait per Isaiæ vocem, iis qui se castraverint propter regnum cœlorum [57]: « Ne dicat eunuchus, Quia lignum ego sum aridum. Hæc dicit Dominus eunuchis: Quicunque custodierint mandata mea, et fecerint quæ ego volo, dabo eis in domo mea et in muro meo locum nominatum, meliorem filiis et filiabus: nomen æternum dabo eis [58]. » Neque vero sanæ mentis quisquam putaverit nuda ac simplici nominis appellatione retributionem illam constare, quæ benignitate divina tradenda est iis qui boni virtutisque studio voluptatem omnem mundi hujus expugnarint, et membra sua mortificarint, et ea sola coluerint quæ divinis legibus non repugnant. At nomen rursus dicit pro gloria: illustres 961 enim et spectabiles erunt qui cum Christo regnaturi sunt. Salvator itaque nomen Dei ac Patris se clarificasse asserit, hoc est, illustrem et conspicuam ejus gloriam toto orbe terrarum fecisse. Quomodo? Dum seipsum videlicet per ineffabilia opera ejus testem ac præconem exhibuit. Clarificatur enim Pater in Filio, ut in imagine suæ formæ ac figura: a charactere enim archetyporum pulchritudo semper elucet. Clarificatus ergo est Unigenitus, substantialiter exsistens sapientia ac vita, universi creator et opifex, morte et corruptione superior, purus, immaculatus, misericors, sanctus, bonus. Quæ omnia Genitorem ejus esse compertum est: nec enim natura sua diversus esse potest ab eo qui ex ipso naturaliter processit. Effulsit igitur, tanquam in imagine et typo suæ formæ, in gloria Filii. Apud

[56] Prov. XXII, 1. [57] Matth. XIX, 12. [58] Isa. LVI, 3-5.

veteres quidem talis de eo sermo fuit: nunc vero etiam oculis nostris est manifestatus, quod autem cernitur, ad fidem faciendam potentius est quam quod auditur. Hæc quidem non abs re dicta esse puto: alia tamen observandi ratione ac methodo ad hujus loci explicationem eundum.

των καὶ φθορᾶς, ὅσιος, ἄκακος οἰκτίρμων, ἅγιος. ἀγαθός. Ἐγνώσθη ταῦτα ὑπάρχων καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως ἔχοι κατὰ τὴν φύσιν παρὰ τῶν [γρ. τὸν] ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς. Διέλαμψε τοίνυν ὡς ἐν εἰκόνι καὶ τύπῳ τῆς ἰδίας μορφῆς, ἐν τῇ τοῦ γεννήματος δόξῃ. Λόγος μὲν γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις τοιοῦτος ἦν τις περὶ αὐτοῦ· νυνὶ δὲ καὶ δι' αὐτῆς ἡμῖν ὄψεως πεφανέρωται· μεῖζον δὲ εἰς πίστιν ἀεί πώς ἐστι τῶν ἐν λόγοις τὸ θεωρούμενον. Οἶμαι μὲν οὖν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὸν ἐπὶ τούτοις ἡμῖν γεγενῆσθαι λόγον· ἰτέον γε μὴν καὶ δι' ἑτέρας οἴμου, τοῦτ' ἔστιν, ὁδοῦ θεωρημάτων

Manifestavit nomen Patris Filius, non solum certiores nos faciendo et exactam doctrinam dando de ejus divinitate (istud enim etiam ante adventum per Scripturam divinitus inspiratam prædicabatur); sed præterquam quod est vere Deus, Patrem quoque vere esse, ac dici, habentem in seipso, et ex seipso suum Filium, suæ naturæ coæternum. Genuit enim non in tempore sæculorum conditorem. Nomen autem Patris magis proprie Deo convenit quam nomen Dei: hoc enim dignitatis, illud autem substantialis proprietatis est significativum. Nam qui Deum dicit, Dominum universi; qui vero Patrem nominat, de proprietate sermonem tangit: cum quippe genuisse ostendit. Verius autem et magis proprium Deo quodammodo nomen illud, Pater, ipse quoque Filius attribuens, modo dicebat: Non quidem ego et Deus, sed « Ego et Pater unum sumus [59]; » modo vero de seipso: « Hunc enim Pater signavit Deus [60]. » Sed et quando suis discipulis præcepit ut baptizarent omnes gentes, non in nomine Dei, sed in nomine Patris, et Filii, et sancti Spiritus, expresse id fieri mandavit [61]. Moses enim divinus hujus mundi opificium enarrans, non uni personæ creationem attribuit, cum ita **962** scribat: « Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, et ad similitudinem [62]. » Dicendo quippe, « faciamus, » et, « ad imaginem nostram, » sancta Trinitas significatur. Creavit enim, et ad esse cuncta vocavit Pater per Filium in Spiritu. Verum non admodum captu facilia hæc erant, sed obscura potius veteribus: nec enim peculiariter vocatus est Pater, nec Filii persona manifeste illata est. Dominus autem noster Jesus Christus absque circuitione verborum, et cum multa fiducia, Patrem quidem suum vocabat Deum, sed se nominando Filium, et fructum verum supremæ omnium naturæ ostendendo, clarificavit nomen Patris, et ad perfectam cognitionem nos revocavit. Plenissima enim cognitio de Deo in hoc sita non est ut Deum esse tantum cognoscamus, sed et Patrem, et cujus sit Pater, una quoque subeunte cognitione sancti Spiritus. Scire quippe Deum tantum esse, nobis non magis quam iis qui sub lege sunt convenit: nec enim id sapientiæ Judaicæ modum excedit. Et quemadmodum lex nihil ad perfectum adduxit [63], quæ nobis erat instar pædagogi [64], nec ad perfectam pietatis rationem sufficiebat, sic imperfectam quoque de Deo cognitionem inserebat, quippe quæ

Πεφανέρωκε γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, εἰς ἔννοιαν δηλονότι, καὶ εἰς ἀκραιφνῆ θεωρίαν καταστήσας ἡμᾶς, οὐχ ὅτι μόνον εἴη Θεὸς (ἐκηρύττετο γὰρ τοῦτο καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας διὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς), ἀλλ' ὅτι πρὸς τῷ Θεὸς εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ Πατήρ ἐστιν οὐ ψευδωνύμως, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ ἴδιον γέννημα, σύνδρομόν τε καὶ συναΐδιον τῇ ἰδίᾳ φύσει. Γεγέννηκε γὰρ οὐκ ἐν χρόνῳ τὸν τῶν αἰώνων δημιουργὸν, κυριώτερον δέ πως ὄνομα τῷ Θεῷ τὸ, Πατὴρ, ἢ Θεός· τὸ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀξίας σημαντικὸν, τὸ δὲ τῆς οὐσιώδους ἰδιότητος ἔχει τὴν δήλωσιν. Θεὸν μὲν γάρ τις εἰπὼν, τὸν τῶν ὅλων ἔδειξε Κύριον· Πατέρα γε μὴν ὀνομάσας, τῶν τῆς ἰδιότητος ἅπτεται λόγων· πεφανέρωκε γὰρ ὅτι γεγέννηκεν. Οἰκειότερον δέ πως καὶ ἀληθέστερον ὄνομα τῷ Θεῷ τὸ, Πατὴρ, καὶ αὐτὸς ἀπονέμων ὁ Υἱὸς, ποτὲ μὲν ἔλεγεν, οὐχ, Ἐγὼ καὶ ὁ Θεὸς, ἀλλ', « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· » ποτὲ δὲ πάλιν περὶ ἑαυτοῦ· « Τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός. » Ἀλλὰ καὶ βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπιτάξας, οὐκ εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦτο δρᾷν, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διαῤῥήδην ἐνομοθέτει. Μωσῆς μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος, τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου ποίησιν ἐξηγούμενος, οὐχ ἑνὶ προσώπῳ τὴν δημιουργίαν ἀνετίθει γράφων· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Καὶ διὰ μὲν τοῦ « ποιήσωμεν » καὶ « καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν » εἰπεῖν, ἡ ἁγία Τριὰς σημαίνεται. Δεδημιούργηκε γὰρ καὶ πρὸς τὸ εἶναι τὰ πάντα κέκληκεν ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Ἀλλ' οὐκ εὐσύνοπτά πως τοῖς ἀρχαιοτέροις ἦν τὰ τοιαῦτα, μᾶλλον δὲ ἀσυμφανὴς ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἰδικῶς ὠνόμασται Πατὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τὸ τοῦ Υἱοῦ παρεκομίσθη πρόσωπον ἐναργῶς. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, περιστολῆς τινος δίχα, καὶ ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ Πατέρα μὲν ἴδιον ἐκάλει τὸν Θεὸν, ἑαυτόν γε μὴν ὀνομάζων Υἱὸν, καὶ καρπὸν ὄντως ἀληθῆ τῆς τῶν ὅλων κρατούσης ἐπιδείξας φύσεως, πεφανέρωκε τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ εἰς τελείαν ἡμᾶς ἀνεκόμισε γνῶσιν. Πληρεστάτη γὰρ γνῶσις ἡ περὶ Θεοῦ καὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς, οὐκ ἐν τῷ εἰδέναι μόνον, ὅτι Θεός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατὴρ, καὶ τίνος ἐστὶ Πατὴρ, συνεισβαίνοντος δηλονότι καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Τὸ μὲν γὰρ εἰδέναι μόνον ὄντα τὸν Θεὸν, οὐχ ἡμῖν ἂν πρέποι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑπὸ νόμον· φρονήσεως γὰρ Ἰουδαϊκῆς οὐχ ὑπερίσχει τὸ μέτρον. Καὶ ὥσπερ οὐδὲν τετελείωκεν ὁ νόμος, παιδαγωγικὸν

[59] Joan. x, 30. [60] Joan. vi, 27. [61] Matth. xxviii, 19. [62] Gen. i, 26. [63] Hebr. vii, 19. [64] Galat. iii, 24.

εἰσφέρων τὸ μάθημα, καὶ οὐκ ἀρκοῦνεἰς κατόρθωσιν A τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀρετῆς, οὕτως ἀτελῆ καὶ τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν ἐνετίθει, μόνης ἀφιστὰς τῆς εἰς θεοὺς τοὺς ψευδωνύμους ἀγάπης, καὶ τὸν ἕνα καὶ ἀληθινὸν προσκυνεῖν ἀναπείθων· « Οὐκ ἔσονται γάρ σοι, φησὶ, θεοὶ ἕτεροι, πλὴν ἐμοῦ. Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῖς διὰ Μωσέως προστεταγμένοις τὰ ἀμείνω προστιθεὶς, καὶ λαμπροτέραν τῆς νομικῆς ἐντολῆς παρατιθεὶς τὴν παίδευσιν, τῆς ἀρχαίας ἐκείνης γνώσεως τὴν ἀμείνω καὶ λαμπροτέραν προσεχαρίζετο. Φανερὸν γὰρ ἡμῖν κατέστησεν, οὐχ ὅτι μόνον ἐστὶ Θεὸς ὁ τῶν ὅλων γενεσιουργὸς καὶ Κύριος, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατήρ· καὶ ἡ δεῖξις ἐν πράγμασιν. Ἑαυτὸν γὰρ εἰς εἰκόνα παρακατέθηκε, λέγων· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν B Πατέρα. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Καὶ ταυτὶ μὲν εἰκότως, ἅτε δὴ καὶ Θεὸς ὑπάρχων ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, ἀνηγμένως [*Ισ.* ἀνεῳγμένως] τε καὶ θεοπρεπῶς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα φησίν. Ἐπισυνάπτει δὲ παραχρῆμα, λέγων ἀνθρωπινώτερον· « Οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν, κἀμοὶ αὐτοὺς δέδωκας. » Οἰησόμεθά γε μὴν ταυτὶ δὴ φάναι τὸν Κύριον, οὐχ ὡς ἰδίᾳ καὶ μεμερισμένως ἀπονεμηθέντος τινὸς, ἤγουν διαφέροντος τῇ δεσποτείᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὃ μὴ καὶ αὐτοῦ τυχόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ· « Βασιλεὺς γάρ ἐστι πρὸ αἰώνιος, » κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνὴν, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς δεσποτείας ἀΐδιος κοινωνός. Καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης αὐτῷ διαφέρειν καὶ ὑπεζεῦχθαι τὰ πάντα, δῆλον δὲ C ὅτι βασιλεύοντος σὺν αὐτῷ τοῦ Πατρὸς, ἀναδιδάσκων ἔγραφεν· « Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον· » ἴδια λέγων αὐτοῦ καὶ τοὺς μήπω συνέντας αὐτὸν, ἀποσειομένους δὲ ὥσπερ τῆς ὑπ' αὐτῷ βασιλείας τὸν ζυγόν. Ἔφη δὲ τὰ τοιαῦτα νυνὶ, φανερὸν ἐκεῖνο καθιστὰς τοῖς ἀκροωμένοις, ὡς ἦσαν μέν τινες ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, Θεὸν μὲν τὸν ἕνα καὶ ἀληθινὸν οὐδ' ὅσον εἰς νοῦν δεξάμενοι, λατρεύοντες δὲ τῇ κτίσει καὶ δαιμονίοις, καὶ τοῖς διαβολικοῖς εὑρήμασιν. Ἀλλ' εἰ καὶ τὸν τῶν ὅλων οὐκ ᾔδεσαν δημιουργὸν, ἔξω που τῆς ἀληθείας πλανώμενοι, Θεοῦ πάλιν ἦσαν, καθὸ πάντων ἐστὶ Δεσπότης, ὡς Δημιουργός. Ἴδια γὰρ τὰ πάντα Θεοῦ, καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐν τοῖς γεγονόσιν ἐστὶν, ὃ μὴ Δεσπότην ἔχει τὸν ἕνα, καὶ εἰ μὴ τοῦτο τυχὸν εἰδείη τὸ ποιηθέν. Οὐ γὰρ D δήπου φαίη τις ἄν, ὡς τῆς κατὰ πάντων ἀρχῆς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν παραιρήσεται, τὸ πεπλανῆσθαί τινας, ὑποζεύξει δὲ μᾶλλον καὶ ὑποθήσει τὰ πάντα αὐτῷ τὸ δι' αὐτοῦ πεποιῆσθαι καὶ παρῆχθαι πρὸς γένεσιν. Οὕτω τοιγαροῦν τῆς ἀληθείας ἐχούσης, Θεοῦ μὲν ἦσαν τοῦ κατὰ φύσιν καὶ οἱ ταῖς τοῦ διαβόλου συνεχόμενοι πλάναις καὶ ταῖς κοσμικαῖς ἀτοπίαις ἐγκατειλημμένοι· δίδονται δὲ τῷ Υἱῷ, πῶς ἢ τίνα τρόπον; Βασιλεύειν γὰρ ἐπ' αὐτοὺς τὸν Ἐμμανουὴλ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, οὐχ ὡς ἄρτι τῆς κατ' αὐτῶν βασιλείας ἀρχόμενον (ἦν γὰρ ἀεὶ Κύριός τε καὶ βασιλεὺς, καθὸ φύσει Θεὸς), ἀλλ' ὅτι γενόμενος

a solo falsorum deorum cultu avocaret, unumque ac verum adorandum suaderet: « Non enim erunt tibi, inquit, dii alieni præter me. Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies [65]. » Dominus autem noster Jesus Christus mandatis Mosaicis apponens meliora, et legali præcepto clariorem doctrinam afferens, meliorem prisca illa cognitionem nobis largitus est. Palam enim nobis fecit non solum universi parentem Dominum ac Deum esse, sed et Patrem: quod rebus quidem probavit ipsis. Se ipsum enim imaginem exhibuit, dicens: « Qui videt me, videt et Patrem [66]. Ego et Pater unum sumus [67]. » Atque hæc quidem jure merito, utpote cum etiam Deus exsistat ex Deo secundum naturam, aperte et pro eo ac Deum decet, ad suum Patrem ait. Subjungit vero statim, idque humano more: « Quos dedisti mihi de mundo, tui erant, et mihi eos dedisti. » Hæc vero Dominum dixisse putabimus, non quasi peculiariter ac seorsim eximium aliquid tributum sit dominationi Dei ac Patris, quod non et ipsius sit Filii. « Rex **963** enim est ante sæcula, » juxta Psalmistæ vocem [68], et dominationis Patris ab æterno particeps. Et quidem sapientissimus evangelista Joannes omnia referri ad eum, et ei subjecta esse, Patre nimirum una cum eo regnante, scripsit: « In propria venit, et sui eum non receperunt [69], » propria nominans eos qui nondum eum norant, sed qui jugum ejus quodammodo excusserant. Ista vero nunc ait, palam faciens auditoribus esse quidem in hoc mundo aliquos qui Deum unum ac verum ne animo quidem susceperunt, sed qui creaturam et dæmonia colunt, ac inventa diabolica. Verum tametsi creatorem universi non norant, a veritate nimirum alieni, Dei tamen erant, quatenus omnium est Dominus, ut creator. Omnia quippe Dei sunt propria, et nihil creatum est prorsus quod Dominum non habeat illum unum, etsi forte id creatura nesciat. Nec enim quisquam dixerit imperium in cuncta ideo tolli Creatori, quod quidam in errorem abducantur, sed potius ei cuncta subjici atque submitti, quod ab eo facta sint, et in ortum educta. Cum ergo ita se veritas habeat, Dei quidem naturalis erant, et qui diaboli erroribus, et qui mundanis vitiis erant obnoxii, sed dati sunt Filio; quæso, quomodo? Deo enim ac Patri placuit in eos regnare Emmanuel, non quasi tunc in eos regnare cœperit (semper enim erat Dominus ac rex in quantum natura Deus), sed quia homo factus, et pro vita omnium se periculis objiciens, sibi omnes redemit, et per seipsum Deo ac Patri obtulit. Qui olim igitur, et a principio regnabat ut Deus, una cum suo genitore rex electus est, ut homo, cui cum aliis regnare datum est, juxta naturæ humanæ modum. Non enim sicut homo rationale est animal, mentis et scientiæ capax, in naturalibus isthæc habens dotibus, ita quoque rex

[65] Exod. xx, 3; Deut. vi, 13. [66] Joan. xiv, 9. [67] Joan. x, 30. [68] Psal. lxxiii, 12. [69] Joan. i, 11.

erit. Illa quippe in definitione sumuntur substantiæ : hoc autem extraneum est atque additum, nec ex eorum numero esse videtur quæ inseparabiliter inhærent. Adsunt enim, et absunt ratione substantiæ nullo modo violata. Adventitia est igitur, et extrinsecus inducitur regia dignitas homini a Deo.
964 « Per me enim, inquit, reges regnant, et tyranni per me terræ imperant [70]. » Qui ergo una cum Patre omnibus imperat, in quantum erat, et est, ac erit natura Deus, hominum suscipit imperium, humano more ac forma. Idcirco enim ait : « Quia omnia quæcunque dedisti mihi, abs te sunt [71]. » Proprie enim ac peculiariter Dei sunt omnia; sed nobis ab eo creatis tradita. Et omnia quidem possidere, omnibusque imperare naturæ divinæ imprimis convenit : nobis autem rursus maxime proprium est suscipere. Veros autem servos et ad obsequium promptissimos testatus est eos qui constanter credunt in ipsum. Ait enim : « Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti [72] : » verba Dei ac Patris aperte suas voces nominans, propter identitatem substantiæ, et quia Deus Verbum Patris voluntates enuntiat, quemadmodum nempe sermo qui ex nostro ore erumpit, et vicinorum aures ferit, et cordis arcanum patefacit. Proindeque nomen ejus prophetæ voce dicitur, « magni consilii Angelus [73]. » Admirabile quippe revera ac stupendum, magnumque Genitoris consilium Verbum quod in ipso et ex ipso est enuntiat, per prolationem quidem verborum, ut homo, factus nostri similis : per cognitionem autem et illustrationem spiritalem, postquam in cœlos ascendit. Revelat enim dignis sua mysteria; cujus rei testis erit Paulus, dicens : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christi [74] ? » Testificatus est ergo susceptum se esse ab iis a quibus diligitur, et sermones sibi a Patre datos ab eis servatos esse; præterea persuasum eis esse, se ab eo exisse, et missum esse, adversariis non ita sentientibus. Hi enim nec suscipientes ejus sermonem, nec liberam fidem custodientes, non crediderunt exisse a Deo, et missum esse. Unde Judæi modo quidem aiebant : « Si esset hic homo a Deo, non utique solveret Sabbatum ; » modo vero : « Nos Mosi discipuli sumus. Nos scimus quia Mosi locutus est Deus : hunc autem nescimus unde sit [75]. » Vides ut missionem negaverint, adeo ut ne scire quidem se unde sit impudenter
965 vociferentur. Quod autem ineffabilem ejus et sæculis antiquiorem generationem, ex Deo Patre nimirum, non admiserint, miseris nixi ratiunculis, ac velut in lapidem offendentes, propter incarnationem duntaxat, facile perspicies, cum evangelistam dicentem audies : « Idcirco Judæi quærebant eum interficere, quia non solum solvebat Sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem

A ἄνθρωπος, καὶ τῆς ἁπάντων προκινδυνεύσας ζωῆς, ἑαυτῷ πάντας ἐξεπρίατο, καὶ δι' ἑαυτοῦ προσκεκόμικε τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ὁ τοίνυν πάλαι καὶ ἀπ' ἀρχῆς βασιλεύων ὡς Θεὸς, ὁμοῦ τῷ ἰδίῳ γεννήτορι κεχειροτόνηται βασιλεὺς, ὡς ἄνθρωπος, ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων ἐστὶ καὶ τὸ βασιλεύειν δοτὸν, κατά γε τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. Οὐ γὰρ ὥσπερ ζῶόν ἐστι λογικὸν ὁ ἄνθρωπος, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἐν φυσικοῖς ἔχων τὰ τοιαῦτα πλεονεκτήμασιν, οὕτως ἂν εἴη καὶ βασιλεύς. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἐν τῷ τῆς οὐσίας ὅρῳ παραλαμβάνεται, τὸ δὲ ἔξωθέν τέ ἐστι καὶ προστεθειμένον, καὶ οὐχὶ τῶν ἀχωρίστως προσπεφυκότων φαίνεται. Προσγίνεται γὰρ καὶ ἀπογίγνεται μηδὲν τὸ παράπαν. ὅσον ἧκεν εἰς οὐσίας λόγον, τὸ ὑποκείμενον ἀδικοῦν. Δοτὸν οὖν ἄρα καὶ
B θύραθεν ἐπεισκρίνεται τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ Θεοῦ. « Δι' ἐμοῦ γὰρ, φησὶ, βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς. » Ὁ τοίνυν τῶν πάντων βασιλεύων μετὰ Πατρὸς, καθόπερ ἦν τε καὶ ἔστι καὶ ἔσται φύσει Θεὸς, δέχεται τῶν ἐν κόσμῳ τὸ κράτος, κατά γε τὸ πρέπον ἀνθρώπῳ σχῆμά τε καὶ μέτρον. Διὰ γὰρ τοῦτό φησιν· « Ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοί εἰσι. » Κυρίως μὲν γάρ τε καὶ ἰδικῶς τὰ πάντα ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· δοτὰ δὲ ἡμῖν τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσι. Καὶ τὸ μὲν πάντα κεκτῆσθαι, καὶ κατάρχειν τῶν ὅλων, τῇ θείᾳ φύσει πρεπωδέστατον· ἡμῖν δὲ αὖ πάλιν τὸ λαβεῖν οἰκειότατον. Ἐπεμαρτύρησέ γε μὴν τὸ γνήσιον εἰς δουλείαν, καὶ τὸ πρόθυμον εἰς ὑπακοὴν, τοῖς ἀνενδοιάστως πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Φησὶ γὰρ, ὅτι « Τὰ
C ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ἔλαβον καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον· καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας· » ῥήματα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὰς ἑαυτοῦ διαῤῥήδην ὀνομάζων φωνὰς, διὰ τὸ ἐν οὐσίᾳ ταυτὸν, καὶ ἐπείπερ ἐστὶ Θεὸς Λόγος τῶν τοῦ Πατρὸς θελημάτων ἐκφαντικὸς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ ἐκ τῶν ἡμετέρων προκύπτων στομάτων, καὶ τῇ πρὸς τὸ ἔξω προφορᾷ τὴν τοῦ πέλας προσαράσσων ἀκοὴν, καὶ τὸ ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας διερμηνεύων μυστήριον. Τοιγάρτοι καὶ προφητικός τε περὶ αὐτοῦ λόγος ἔφη, ὅτι καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ « μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Τὸν γὰρ ὄντως ἐξαίσιόν τε καὶ ὑπερφυᾶ, καὶ μεγάλην τοῦ τεκόντος βουλὴν, ὁ ἐν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ δια-
D πορθμεύει λόγος· διὰ μὲν γὰρ ῥημάτων προφορᾶς, ὡς ἄνθρωπος, ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς, διὰ δὲ γνώσεως καὶ φωταγωγίας πνευματικῆς, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν. Ἀποκαλύπτει γὰρ τοῖς ἀξίοις τὰ ἑαυτοῦ μυστήρια, καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ Παῦλος· « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; » Μεμαρτύρηκε τοίνυν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὡς προσήκαντο καὶ τετηρήκασι τοὺς δοθέντας αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς λόγους· πεπληροφόρηνται δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθε καὶ ἀπέσταλται, διακειμένων οὐχ οὕτω τῶν τὴν ἐναντίαν νοσούντων ὑπόνοιαν. Οἱ γὰρ μήτε προσηκάμενοι τοὺς παρ' αὐτοῦ λόγους, μήτε μὴν ἐλευθέραν τηρήσαντες τὴν πίστιν,

[70] Prov. viii, 15. [71] Joan. xvii, 7. [72] Ibid. 8. [73] Isa. ix, 6. [74] II Cor. xiii, 3. [75] Joan. ix, 16, 28, 29.

οὔτε διετέθησαν, οὔτε πεπιστεύκασιν, ὡς ἐξῆλθέ τε παρὰ Θεοῦ καὶ ἀπέσταλται. Καὶ γοῦν ἔφασκον Ἰουδαῖοι, ποτὲ μέν· « Εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ Σάββατον· » καὶ πάλιν· « Ἡμεῖς τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί. Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. » Ὁρᾷς ὅπως ἠρνήσαντο τὴν ἀποστολὴν, ὡς μηδὲ εἰδέναι πόθεν ἐστὶν ἀναισχύντως ἀναφωνεῖν; Ὅτι δὲ καὶ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ καὶ προαιώνιον γέννησιν, φημὶ δὴ τὴν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς, οὐκ ἐδέχοντο, πολλὴν νοσοῦντες ἀθλιότητα λογισμῶν, καὶ ὥσπερ τινὶ λίθῳ περιπταίοντες διὰ μόνην τὴν ἐνανθρώπησιν, πληροφορηθήσῃ ῥᾳδίως, ὅταν ἀκούσῃ λέγοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ· « Καὶ διὰ τοῦτο οὖν ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ Σάββατον, ἀλλὰ καὶ Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. » Ἀναγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων φωνὴ πρὸς αὐτόν· « Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. » Συνιεῖς οὖν ἄρα καὶ μάλα σαφῶς, ὡς οἱ μὲν τῶν λόγων τῶν παρ' αὐτοῦ γεγονότων γνήσιοι φύλακες συνωμολόγησάν τε καὶ πεπιστεύκασιν, ὡς ἀνέλαμψε μὲν ἐκ Πατρὸς (τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ *ἐξῆλθον* δηλοῦν), καὶ ἀπέσταλται πρὸς ἡμᾶς διαγγέλλων (1) τὸ πρόσταγμα Κυρίου, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον· οἱ δὲ τὸν οὕτω θεῖόν τε καὶ ἐκ Πατρὸς διαγελάσαντες λόγον, συνηρνήσαντο τὴν πίστιν, καὶ ἀπειρήκασιν ἐναργῶς, ὅτι Θεός τε εἴη καὶ ἐκ Πατρὸς, καὶ τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας ὡς ἡμᾶς ἀφιγμένος, μετὰ τοῦ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς χωρὶς ἁμαρτίας. Δικαίως οὖν ἄρα τοὺς ἀγαθοὺς καὶ γνησίους, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν εὐπειθεστέραν ὑποθέντας αὐτῷ, περιτίθεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τῶν μὴ τοιούτων ἀμνημονήσας παντελῶς, ἵν' ὅπερ ἔφη φαίνηται σαφὲς, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀρξάμενον χρόνων. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστι; « Πᾶς οὖν, ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ὃ δὴ καὶ δράσειν ἐπηγγέλλετο καὶ πάλαι βοῶν διὰ φωνῆς Ἡσαΐου καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Γένεσθε γάρ μοι μάρτυρες, καὶ ἐγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς ὃν ἐξελεξάμην. » Διαλέγεται τοιγαροῦν ὁ Σωτὴρ θεοπρεπῶς τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνως. Θεὸς γὰρ ἦν ἐν ταυτῷ καὶ ἄνθρωπος, ἀνυπαίτιον ἔχων τὸν ἐπ' ἄμφω λόγον, καὶ ταῖς τῶν καιρῶν συναρμόττων χρείαις τὸ ἑκάστῳ πρέπον οἰκονομικῶς.

se faciens Deo [76]. » Ipsæ quoque impiorum Judæorum voces ad eum istiusmodi referuntur : « De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu, cum homo sis, facis teipsum Deum [77]. » Clare itaque intelligis quod quicunque sermones ejus sincera mente observant, et profitentur ac credunt ipsum ex Patre quidem effulsisse (hoc enim, opinor, signat illud vocabulum, *exivi*), et missum esse ad nos ut prædicaret mandatum Domini, sicut in Psalmis scriptum est [78] : hi vero, tam divinum et a Patre procedentem sermonem irridentes, fidem simul quoque abjiciunt, et aperte negant Deum esse, et ex Patre et nostræ salutis causa ad nos venisse, et nostri similem factum esse absque tamen peccato. Jure itaque bonos ac sinceros, et ad animi obsequium promptos ac faciles, Deo ac Patri ascribit, nulla eorum qui tales non sunt facta mentione, ut quod dixit nostris inchoatum temporibus verum esse comperiatur. Quodnam illud est ? Nempe, « Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est : qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est [79]. » Quod quidem ipse Deus ac Pater facturum se promittebat olim, per vocem Isaiæ clamans : « Estote enim mihi testes, inquit, et ego testis, dicit Dominus Deus, et puer quem elegi [80]. » Disserit ergo Salvator, deitati convenienter simul et humanitati. Deus enim idem est ac homo, inculpate de utroque verba faciens, et opportunitati temporum quid cuique conveniat ratione dispensationis accommodans.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Ὅτι οὐκ ἔξω κείσεται τῆς Χριστοῦ βασιλείας, κἂν εἴ τι λέγοιτο τοῦ Πατρός: ἅμα γὰρ αὐτῶν ἡ κατὰ πάντων ἀρχή.

Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ, οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκάς μοι, ὅτι σοί εἰσι. Καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμὰ, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. Καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσὶ, κἀγὼ πρὸς σὲ ἔρχομαι.

Μεσιτεύει πάλιν, ὡς ἄνθρωπος, ὁ Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπων διαλλακτὴς καὶ μεσίτης, καὶ ὁ μέγας ὄντως καὶ πανάγιος ἡμῶν ἀρχιερεὺς, ταῖς παρ' ἑαυτοῦ λιταῖς τὴν τοῦ ἰδίου Γεννήτορος ἐκμειλίσσεται

966 CAP. VIII.

Quod non excludatur Christi regnum, quamvis aliquid Patris esse dicatur : ipsorum enim est unum in omnes imperium.

XVII, 9-11. *Ego pro eis rogo : non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, et tua mea, et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio.*

Intercedit rursus, ut homo, Dei ac hominum reconciliator ac mediator [81], et vere magnus et sanctissimus pontifex noster [82], qui seipsum pro nobis offerens suis interpellationibus Genitoris pla-

[76] Joan. v, 18. [77] Joan. x, 33. [78] Psal. II, 6. [79] Matth. x, 32, 33. [80] Isa. XLIII, 10. [81] I Tim. II, 5. [82] Hebr. III, 1.

(1) Ed., δι' ἀγγέλων, et missum esse ad nos per angelos Dei mandatum. EDIT.

cat animum [82]. Ipse enim est hostia, et ipse sacerdos, ipse mediator, ipse immaculatum sacrificium, agnus verus qui tollit peccatum mundi [83]. Typus igitur veluti quidam et umbra mediationis Christi ultimis temporibus manifestatæ erat vetus illa Mosis mediatio, et legis pontifex eum qui supra legem est præfiguravit pontificem. Legalia quippe veritatis sunt umbræ. Moses enim divinus, adeoque cum illo spectabilis Aaron inter Deum et populi congregationem mediatores semper erant, modo quidem iram Dei placantes Israelitarum peccatis concitatam, et supernam bonitatem erga eos animo fractos invocantes : modo voventes ac benedicentes, et sacrificia secundum legem et munera ex ejus præscripto offerentes pro peccatis, modo vero gratiarum actiones ob beneficia a Deo suscepta. Qui vero supra typos et figuras novissimis temporibus effulsit pontifex simul ac mediator Christus, rogat quidem pro nobis, ut homo; benignitatem vero una cum Deo ac Patre, in quantum Deus, in nos exercet, qui dignis dona distribuit. Quod Paulus apertissime docuit, dicens : « Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo [84]. » Qui rogat igitur ut homo, simul distribuit rursus ut Deus. Sanctus enim cum sit pontifex, et immaculatus, et innocens, non pro infirmitate sua, sicut moris erat legis sacerdotibus, sed pro animarum nostrarum salute **967** seipsum offerens, idque semel propter nostrum peccatum, advocatus factus est pro nobis, et ipse propitiatio est pro peccatis nostris, juxta Joannis vocem [85], non pro nostris vero tantum, sed et pro universo mundo. Atenim objiciet forsan aliquis : Salvatoris vocibus adversari non debet dictum discipuli; Dominus enim noster Jesus Christus palam hic negare videtur se pro toto mundo rogare. Sapiens autem Joannes, inquit, contrarium his ait : non enim advocatum et propitiationem fore pro nostris tantum peccatis Salvatorem asserit, sed etiam pro universo mundo. Quæ sit ergo hujus objectionis solutio, aut quomodo Salvatori beatus Joannes astipuletur, non est explicatu difficile. Quia enim beatus Joannes Judæus erat, et ex Judæis, ne qui forsan existimarent Dominum pro Israelitis tantum advocatum esse apud Patrem, pro aliis vero gentibus, quæ per universum orbem sparsæ sunt, non item, quamvis fide erga ipsum conspicuæ futuræ essent, et brevi ad agnitionem salutis per Christum vocandæ, necessario dicit, non pro solis tantum Israelitis propitiationem fore Dominum, sed pro universo mundo, hoc est pro iis qui ex omni gente ac genere vocandi erant per fidem ad justitiam et sanctificationem. Dominus autem noster Jesus Christus legitimos a spuriis secernens, et qui divinos ejus sermones audiunt, cordisque cervicem subjiciunt, et se quodammodo servituti Dei mancipant, ab iis qui contumaci et præfracta indole

A γνώμην, ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἱερουργῶν. Αὐτὸς γὰρ τὸ θῦμα καὶ αὐτὸς ἱερεὺς, αὐτὸς ὁ μεσίτης, αὐτὸς τὸ πανάμωμον ἱερεῖον, ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ἦν οὖν ἄρα τύπος ὥσπερ τις καὶ σκιὰ διαφανὴς τῆς ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἀναδεδειγμένης τοῦ Χριστοῦ μεσιτείας, ἡ πάλαι διὰ Μωσέως, καὶ ὁ κατὰ νόμον ἀρχιερεὺς τὸν ὑπὲρ νόμον ἱερουργὸν ἐν ἰδίῳ γέγραφε σχήματι. Σκιαὶ γὰρ τῆς ἀληθείας εἰσὶ τὰ νομικά. Μωσῆς γὰρ ὁ θεσπέσιος, καὶ μὴν σὺν ἐκείνῳ καὶ ὁ περίβλεπτος Ἀαρὼν, μέσον διὰ παντὸς ἐχώρουν Θεοῦ τε καὶ τῆς συναγωγῆς, ἄρτι μὲν τὴν ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ δυσωποῦντες ὀργὴν, καὶ τὴν ἄνωθεν καλοῦντες ἐπὶ τοῖς ἀτονοῦσιν εὐμένειαν· ἄρτι δὲ πάλιν ἐπευχόμενοί τε καὶ εὐλογοῦντες αὐτοὺς, καὶ τὰς κατὰ νόμον θυσίας, καὶ B πρὸς τούτοις δωροφορίας κατὰ τὴν τῶν διατεταγμένων προσάγοντες τάξιν, ποτὲ μὲν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, ποτὲ δὲ καὶ χαριστήρια τὰ ἐφ' οἷς εὖ παθόντες ᾔδεσαν παρὰ Θεοῦ. Ὅ γε μὴν ὑπὲρ τύπους καὶ σχήματα νομικὰ πεφηνὼς ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, ἀρχιερεύς τε ἅμα καὶ μεσίτης Χριστὸς, ἐρωτᾷ μὲν ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος, συμφιλοτιμεῖται δὲ ὡς Θεὸς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, διανέμοντι τοῖς ἀξίοις τὰ ἀγαθά. Ἐμφανέστατα δὲ τοῦτο παρέδειξεν ἡμῖν ὁ Παῦλος, εἰπών· « Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ὁ τοίνυν ἐρωτῶν, ὡς ἄνθρωπος, συνδιανέμει πάλιν ὡς Θεός. Ὅσιος γὰρ ὑπάρχων ἀρχιερεὺς, ἄμωμός τε καὶ ἄκακος, οὐχ ὑπὲρ ἀσθενείας τῆς ἑαυτοῦ, καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς ἱερᾶσθαι λαχοῦσι κατὰ τὸν νόμον, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ C σωτηρίας τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἑαυτὸν προσενεγκὼν, καὶ τοῦτο εἰσάπαξ διὰ τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν, παράκλητος γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ δὴ πάντως τοῖς παρ' ἡμῶν τις ἀντιτιθεὶς λόγοις, Οὐ γὰρ ἐναντίως ἕξει, βοῶν, ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς τὸ διὰ τοῦ μαθητοῦ λελεγμένον· ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, διαῤῥήδην ἐν τούτοις ἀπαυδήσας φαίνεται τὸ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου χρῆναι παρακαλεῖν. Ὁ δέ γε σοφὸς Ἰωάννης, φησὶ, πολὺ δὴ τούτοις τὸ ἐναντίον ἐφθέγξατο· οὐ γὰρ περὶ μόνων ἔσεσθαι παράκλητόν τε καὶ ἱλασμὸν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν τὸν Σωτῆρα διισχυρίζεται, ἀλλ' ἤδη καὶ περὶ παντὸς τοῦ κόσμου. D Τίς οὖν ἄρα τούτοις ἕψεται λύσις, ἢ πῶς ἂν φαίνοιτο ταῖς τοῦ Δεσπότου φωναῖς συμπαρομαρτήσας ὁ μαθητὴς, ἀταλαίπωρον εἰπεῖν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἰωάννης, ἐπείπερ ἦν Ἰουδαῖος καὶ ἐξ Ἰουδαίων, ἵνα μή τινες οἰηθεῖεν τυχὸν ὑπὲρ μόνων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ παράκλητον εἶναι παρὰ τῷ Πατρὶ τὸν Κύριον, ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, τῶν ἀνὰ πᾶσαν κατεσπαρμένων τὴν οἰκουμένην οὐκ ἔτι, καίτοι μελλόντων τῇ εἰς αὐτὸν διαπρέψαι πίστει, καὶ ὅσον οὐδέπω κληθήσεσθαι πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας, ἀναγκαιότατά φησι λίαν οὐ περὶ μόνων ἔσεσθαι τῶν ἐκ γένους Ἰσραὴλ ἱλασμὸν τὸν Κύριον, ἀλλὰ περὶ ὅλου

[82] Hebr. VII, 25. [83] Joan. I, 29. [84] II Cor. I, 2. [85] I Joan. II, 1, 2.

τοῦ κόσμου, τοῦτ' ἔστι, τῶν ἐκ παντὸς ἔθνους τε καὶ A γένους κληθησομένων διὰ τῆς πίστεως εἰς δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμόν. Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀποδιελὼν τῶν γνησίων τοὺς μὴ τοιοῦτον ἔχοντας νοῦν, καὶ τῶν ἐξυβρίζειν ταῖς οὕτω σκληραῖς ἀπειθείαις ἑλομένων αὐτὸν, τοὺς ἐπιεικέστερον τῶν θείων αὐτοῦ καταχρωμένους λόγων, ὑποθέντας τε ἤδη τὸν τῆς καρδίας αὐχένα, καὶ μονονουχὶ περιδήσαντας ἑαυτοῖς τῆς ὑπὸ Θεῷ δουλείας τὸν ζυγὸν, περὶ αὐτῶν ἔφη μόνων πρεπωδέστερον ἐρωτᾷν. Ὧν γὰρ ὑπάρχει μεσίτης καὶ ἀρχιερεὺς, αὐτοῖς δὴ καὶ μόνοις ᾤετο δεῖν τὰ ἐκ τῆς μεσιτείας προξενεῖν ἀγαθὰ, οὓς καὶ δεδόσθαι μὲν ἑαυτῷ φησιν, εἶναί γε μὴν τοῦ Πατρὸς, οὐχ ἑτέραν ἐχούσης ὁδὸν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, εἰ μὴ δι' Υἱοῦ. Καί σε τοῦτο διδάξει λέγων αὐτός· « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. » Θέα B γὰρ ὅπως τῷ ἰδίῳ γεννήματι δοὺς ὁ Πατὴρ τοὺς ἐφ' οἷς ὁ λόγος, ἑαυτῷ κατεκτήσατο. Καὶ τοῦτο συνεὶς εὖ μάλα φησὶν ὁ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἐπιστημονικώτατος· « Ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. » Μεσιτεύοντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, δεχομένου τε τοὺς προσιόντας διὰ τῆς πίστεως καὶ προσάγοντος δι' ἑαυτοῦ τῷ Πατρὶ, κόσμος Θεῷ κατηλλάττετο. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, εἰρήνην ἡμᾶς ἑλέσθαι τὴν πρὸς Θεὸν ἐν Χριστῷ προεδίδασκε λέγων· « Ποιήσωμεν εἰρήνην αὐτῷ, ποιήσωμεν εἰρήνην, οἱ ἐρχόμενοι. » Ἀποστήσαντες γὰρ τῆς ἰδίας ψυχῆς τὰ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἀλλοτριοῦντα ἡμᾶς, τὸ αἰσχρουργόν φημι δὴ καὶ φιλήδονον εἰς ἁμαρτίαν καὶ τὸ λίαν εὐπετὲς εἰς κοσμικὴν ἡδονὴν, καὶ πρὸς C τούτοις ἔτι τὴν ἁπάσης φαυλότητος μητέρα καὶ τροφὸν ἀλλόκοτον πλάνην, οἰκεῖοί τε καὶ φίλοι γενησόμεθα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν εἰρήνην συνθήσομεν, αὐτῷ τῷ Πατρὶ δι' Υἱοῦ κολλώμενοι, ἅτε δὴ καὶ λαβόντες ἐν ἑαυτοῖς τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα Λόγον καὶ ἐν τῷ Πνεύματι κράζοντες· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οἱ δοθέντες οὖν ἄρα Χριστῷ, γεγόνασι μὲν τοῦ Πατρὸς, πλὴν οὐκ ἔξω διὰ τοῦτο Χριστοῦ. Βασιλεύει γὰρ σὺν αὐτῷ καὶ κατάρχει δι' αὐτοῦ τῶν ἰδίων ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. Βασιλεία γὰρ ἡ αὐτὴ κράτος τε τὸ κατὰ πάντων ἓν τῆς ἁγίας τε καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, καὶ ὅπερ ἂν γένοιτο τοῦ Υἱοῦ, τῇ τοῦ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς ὑποκείσεται δόξῃ· καὶ πάλιν, ὅπερ ἂν ὑποπίπτειν λέγεται τῷ Πατρὶ, τούτου δὴ πάντως κατάρξει καὶ ὁ Υἱός. Διὰ γάρ τοι τοῦτό φησι· « Καὶ τὰ D ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. » Ὅπου γὰρ φύσεως ἡ εἰσάπαν ταυτότης διαλάμπει καὶ φαίνεται, ἐκεῖ τῆς ἀξίας ἀπαράλλακτος ἡ δόξα, οὐ μεμερισμένως ἑνί τι τῶν ὄντων ἀνατιθεῖσα τυχὸν καὶ παρωθουμένη τὸν ἕτερον, ἀλλ' ἴσην, μίαν τε καὶ τὴν αὐτὴν τὴν εἰσάπαν ὁτιοῦν ἐκτείνουσα δόξαν. Ὁ γὰρ τῶν τοῦ ἰδίου Πατρὸς θείων ἀξιωμάτων οὐσιωδῶς κληρονόμος, ἔχων μὲν αὐτὸς πάντα φανεῖται τὰ τοῦ γεννήτορος, ἔχοντα δὲ δείξει πάντα τὰ αὐτοῦ τὸν γεννήτορα. Θάτερος γὰρ ἐν θατέρῳ φυσικῶς διαφαίνεται, καὶ διαλάμπει μὲν ὁ Υἱὸς ἐν Πατρὶ, Πατὴρ δὲ αὖ πάλιν ἐν τῷ Υἱῷ. Τοῦτον γὰρ ἡμᾶς τὸν τρόπον αἱ θεόπνευστοι

A eum offendunt, pro iis solis rogare se convenientius dixit. Quorum enim mediator est atque pontifex, iis tantum bona mediationis largienda putabat. Quos etiam datos sibi esse ait, esse tamen Patris, cum alia nulla ad Patrem accedendi via sit nisi per Filium. Quod quidem ipse te docebit, dicens: « Nemo venit ad Patrem, nisi per me [87]. » Animadverte enim quo pacto Pater eos de quibus sermo est suo tradens Spiritui, sibi eos acquisierit. Quod certe intelligens Paulus sacrarum Litterarum peritissimus, inquit: « Quia Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi [88]. » Christo enim mediante, et accedentes per fidem suscipiente, ac per **968** seipsum Patri offerente, mundus reconcilia-B tus est Deo. Ideoque propheta Isaias pacem cum Deo in Christo colendam præmonstrabat, dicens: « Faciamus pacem illi, faciamus pacem venientes [89]. » Ex animo quippe nostro ejectis quæ nos a dilectione Christi avocant, turpibus nimirum operibus, et voluptatis studio ad peccatum, ac præterea peregrino errore omnis improbitatis parente fomite, amici et familiares Christi erimus, et pacem cum Deo inibimus, ipsi Patri per Filium conglutinati, maxime qui Verbum ex ipso genitum in nobis susceperimus, et in Spiritu clamemus: « Abba, Pater [90]. » Qui ergo dati sunt Christo, Patris quidem fuerunt, sed non propterea extra Christum. Regnat enim cum ipso, et suis per ipsum Deus ac Pater imperat. Regnum enim idem et imperium in C omnes sanctæ et consubstantialis Trinitatis unum est, ac quodcunque Filii est, Filii ac Patris gloriæ subjacet, et vice versa, quodcunque subjectum Patri dicitur, Filii quoque dominationi subest. Idcirco enim ait: « Et mea omnia tua sunt, et tua mea. » Ubi enim naturæ perfectissima in omnibus relucet identitas, ibi dignitatis eadem est plane gloria, non seorsim uni aliquid tribuens, alio excluso, sed æqualem, unam et eamdem in omnibus gloriam impertiens. Nam, cum divinarum sui Patris dignationum substantialiter sit hæres, habere quidem cernetur ipse omnia quæ sunt Patris, et Patrem ostendet habere omnia quæ sua sunt. Alter enim in altero naturaliter elucet, et effulget quidem Filius in Patre, Pater autem vicissim in Filio. Hunc enim D modum nos divinitus inspiratæ Scripturæ docuerunt. Cum ergo ex Patris dignationibus una sit, in cuncta imperium habere, erit ista quoque in Filio. Character enim est substantiæ ejus [91], nullam plane dissimilitudinem aut mutationem admittens. Clarificatum autem se in iis qui semel dati sunt asseruit, justissimam veluti retributionem esse dicens, quod pro ipsis rogat. Quænam igitur est illa postulatio, et quam ob causam suis familiaribus Patrem benignitatem suam impertiri petit? « Non sum in mundo, inquit, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio. » Nam quandiu cum sanctis discipulis in carne adhuc versabatur in terris, manifesta et ocu-

[87] Joan. XIV, 5, 6. [88] II Cor. V, 19. [89] Isa. XXVII, 5. [90] Rom. VIII, 15. [91] Hebr. I, 3.

lis ipsis usurpata, atque, ut ita dicam, familiaris A
969 consolatio laborantibus præsto aderat, proindeque audaciores erant. Solet enim humanus animus non occultis, sed manifestis confidere. Quod quidem dicimus, non quod Dominum servandis aliquibus imparem putemus, nisi præsens cernatur: nugaretur enim qui sic sentiret. « Jesus enim Christus heri et hodie idem, et in sæcula [31]; » sed sciebat discipulos solos in terris relictos, animo non parum dejectum iri, mundo instar immanium fluctuum stridente, et intolerandis terroribus ac summis periculis divini sermonis præcones obsidente. Quia ergo venio ad te, inquit (jamjam enim tecum una sessurus, et ut Deus Deo ac Patri conregnaturus ascendam, et hi demum in mundo remanebunt), pro ipsis rogo. Tui enim sunt, quamvis dati mihi sint, eorumque tanquam tuorum ac meorum curam habeo, et clarificatus sum in eis, quia omnia quæ dedisti mihi tua sunt, et tua mea. Atque hoc vere quidem dictum est. Nec enim ex eo quod Christo dati sunt quidam eorum qui sunt in hoc mundo, atque idcirco Patris quoque fuerunt, clarificare eum renuerint, per quem Deo ac Patri conjuncti sunt, sed adducti per ipsum, nihilominus tamen semper ejus erunt. Communia enim ipsi omnia cum Patre, ipsaque naturalis deitas et potentia. Unus enim Deus inter nos, atque in sancta et consubstantiali Trinitate adoratur. Dei vero sumus omnes, unius, solius, ac veri, sanctæ et consubstantialis Trinitatis ratione servitutis subjecti. C

μεμυσταγωγήκασι Γραφαί. Ὅτε τοίνυν ἕν ἐστι τῶν ἀξιωμάτων τοῦ Πατρὸς, τὸ τὴν κατὰ πάντων ἔχειν ἀρχὴν, προσέσται τοῦτο καὶ τῷ Υἱῷ· χαρακτὴρ γάρ ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀνομοιότητα καὶ παραλλαγὴν εἰς οὐδέν τι τὸ παράπαν ἔχειν ἀνεχόμενος. Δεδοξάσθαι γε μὴν ἐν τοῖς ἅπαξ δοθεῖσι διϊσχυρίσατο, δικαιοτάτην ὥσπερ ἀντίδοσιν τὸ ὑπὲρ αὐτῶν ἐρωτᾷν ἀποφαίνων. Τίς οὖν ἡ αἴτησις, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς εὐμένειαν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις ὑπάρξαι ζητεῖ; « Οὐκ εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, φησὶ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσὶ, κἀγὼ πρὸς σὲ ἔρχομαι. » Συνδιαιτώμενος γὰρ καὶ συμπαρὼν ἔτι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις μετὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς, παράκλησις ἦν ἐμφανής τε καὶ ὁρωμένη, καὶ οἱονεὶ συνδιατρίβουσα καὶ παρακειμένη τοῖς κινδυνεύουσιν ἐξ ἑτοίμου λαβεῖν· εὐθαρσέστεροι B δὲ κατὰ τοῦτο ὑπῆρχον. Φιλεῖ γάρ πως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, οὐ τοῖς ἀφανέσι μᾶλλον, ἀλλὰ τοῖς ἐμφανεστέροις ἐπιθαρσεῖν καὶ ἐφήδεσθαι. Καὶ τοῦτό φαμεν, οὐκ ἀσθενῆ λέγοντες τὸν Κύριον εἰς τὸ διασώζειν δύνασθαί τινας, καὶ εἰ μὴ ὁρῷτο παρών· ληροίη γὰρ ἄν τις οὕτω φρονῶν, καὶ λίαν εἰκότως. « Ἰησοῦς γὰρ Χριστὸς ἐχθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· » ἀλλ' ᾔδει μικροψυχήσαντας οὐ μετρίως τοὺς μαθητὰς, μόνους ὥσπερ ἀπολειφθέντας ἐπὶ τῆς γῆς, κυμάτων δίκην ἀγρίων τοῦ κόσμου περιπαφλάζοντος, καὶ ἀφορήτοις δείμασι καὶ τοῖς εἰς ἄκρον κινδύνοις ἐκπολιορκεῖν εἰωθότος τοὺς τὸν θεῖον τοῖς ἀμυήτοις ἔτι διαπρεσβεύοντας λόγον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐγὼ μὲν ἔρχομαι, φησὶ, πρὸς σὲ (ἀναβήσομαι γὰρ, ὅσον οὐδέπω συγκαθεδούμενός τε καὶ συμβασιλεύ[σ]ων, C ὡς Θεὸς Θεῷ καὶ Πατρὶ, μενοῦσί τε οὗτοι τέως ἐν κόσμῳ), περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. Γεγόνασι γὰρ σοὶ δοθέντες ἐμοὶ, καὶ ὡς σῶν τε ἤδη καὶ ἐμῶν εὐλόγως κήδομαι, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς, ὅτι πάντα ἃ δέδωκάς μοι, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. Καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ἐπείπερ δέδονταί τινες τῶν ἐν κόσμῳ τῷ Χριστῷ, γεγόνασί τε καὶ διὰ τοῦτο τοῦ Πατρὸς, ἀπειρήκασι τὸ δοξολογεῖν τὸν δι' οὗ συνήφθησαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, προσαχθέντες δὲ δι' αὐτοῦ, διαμενοῦσιν οὐδὲν ἧττον ὄντες αὐτοῦ. Κοινὰ γὰρ αὐτῷ πάντα πρὸς τὸν Πατέρα, μετὰ τῆς κατὰ φύσιν θεότητός τε καὶ ἐξουσίας. Εἷς γὰρ Θεὸς ἐν ἡμῖν, ἐν ἁγίᾳ τε καὶ ὁμοουσίῳ Τριάδι προσκυνούμενος. Θεοῦ δὲ οἱ πάντες ἐσμὲν, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου καὶ ἀληθινοῦ, τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίᾳ Τριάδι, κατὰ τὸν τῆς δουλείας τρόπον ὑπεζευγμένοι.

CAP. IX.

Quod naturalis est in Filio deitatis dignitas, licet eam accepisse dicatur a Patre ratione humanitatis, et propter humilem habitum.

XVII, 11. *Pater sancte, serva eos in nomine tuo quod dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos.* D

Observa ubique duarum rerum in unum conjunctionem, humanitatis nimirum, quæ nostram tenuitatem in se continet, et divinitatis, quæ supremam omnium gloriam præ se fert. Ex utroque etenim temperata est oratio, et quemadmodum
970 superius dicebamus, nec in altitudinem prorsus evehitur Deo convenientem, nec in nostram conditionem penitus deducitur. Deus enim est, factus homo, arcana quadam et inexplicabili unione medium veluti quemdam locum tenens,

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὅτι φυσικὸν ἐν τῷ Υἱῷ τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, κἂν εἰληφέναι λέγηται τοῦτο παρὰ Πατρὸς, διὰ τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὸ τῆς ταπεινώσεως σχῆμα.

Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς.

Ἐπιτήρει πανταχῇ τοῖν δυοῖν πραγμάτοιν τὴν εἰς ἓν ἀναπλοκὴν, τοῦ τε ἀνθρωπίνου, φημὶ, τὸ καθ' ἡμᾶς ἔχοντος σμικροπρεπὲς, καὶ τοῦ θεϊκοῦ τὴν ἀνωτάτω πασῶν ὠδίνοντος δόξαν. Κεκέρασται γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ὁ λόγος, καὶ καθάπερ τὰ ἐν τοῖς ἀνωτέρω διειληφότες ἐλέγομεν, οὔτε πρὸς ὕψος τελείως ἀναπηδᾷ τὸ θεοπρεπὲς, οὔτε μὴν εἰς ἅπαν τῶν καθ' ἡμᾶς ἀπανίσταται μέτρων. Θεὸς γάρ ἐστι γενόμενος ἄνθρωπος, ἀῤῥήτῳ τινὶ καὶ ἀφράστῳ συνόδῳ μέσην ὥσπερ τινὰ χώραν ἐπέχων, ὡς μήτε τοὺς τῆς ἀληθοῦς

[31] Hebr. XIII, 8.

θεότητος ὅρους ἐκδραμεῖν, μήτε μὴν ὁλοτρόπως τοὺς A τῆς ἀνθρωπότητος ἀπολιπεῖν. Ἀνωθεῖ μὲν γὰρ αὐτὸν ἡ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπόῤῥητος γέννησις, καθὸ Λόγος ἐστὶ καὶ Μονογενής, εἰς οὐσίαν τὴν θεϊκὴν καὶ εἰς δόξαν τὴν τούτῳ παρεπομένην εἰκότως· ὑποβιβάζει δέ πως ἡ κένωσις εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς οὐχ ὥσπερ ἐκ βίας πλεονεκτεῖν ἰσχύσασα τὸν τῶν ὅλως βασιλέα μετὰ Πατρὸς (οὐ γὰρ ἂν ἐβιάσθη ποτὲ τὸ παρὰ γνώμην ὁ Μονογενής), αὐτόκλητος δὲ μᾶλλον, ἐξ ἀγάπης τῆς εἰς ἡμᾶς εἰσδεχθεῖσά τε καὶ τετηρημένη. Τεταπείνωκε γὰρ ἑαυτὸν, τοῦτ' ἔστιν ἑκὼν, καὶ οὐχ ἐξ ἀνάγκης τῆς τινος. Ἁλοίη γὰρ ἂν οὐχ ἑκὼν ἔτι τὸ τῆς ταπεινώσεως ὑπομείνας πάθος, εἴπερ ἦν τις ὅλως ὁ πλεονεκτεῖν ἰσχύων, καὶ ἀνεθελήτως ἰέναι πρὸς τοῦτο κελεύων. Τεταπείνωκε τοίνυν ἑαυτὸν ἑκὼν δι' ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἂν ὠνομάσθημέν ποτε καὶ ἡμεῖς υἱοὶ B κατὰ χάριν καὶ θεοὶ, μὴ οὐχὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς εἰσδεδηκότος ταπείνωσιν τοῦ Μονογενοῦς, πρὸς ὃν καὶ αὐτοὶ μορφούμενοι διὰ μετουσίας τοῦ Πνεύματος, καὶ τέκνα Θεοῦ καὶ θεοὶ χρηματίζομεν. Ὅταν οὖν τι λέγῃ συμπαραζεύξας τρόπον τινὰ τῷ θεϊκῷ καὶ τὸ ἀνθρώπινον, μὴ διὰ τοῦτο σκανδαλισθῇς, ἀσυνέτως ἀφεὶς τὸ θαυμάσαι καθηκόντως τὴν ἐπινοηθεῖσαν τοῖς λόγοις ἀσύγκριτον τέχνην, διὰ παντὸς ἡμῖν ἀνασώζουσαν τρόπου τὸ διπλοῦν ἀστείως, ὡς ὁρᾷν ἐν ταυτῷ τὸν λέγοντα Θεόν τε τῇ φύσει καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τῇ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως δόξῃ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ταπεινὸν εὖ μάλα συναναπλέκοντα, ἀνυπαίτιόν τε καὶ ψόγου παντὸς ἐλευθέραν τηρήσαντα παντελῶς τὴν ἐπ' ἄμφω σύμμετρον ἐκ- C δρομήν. Καὶ ταῦτά φαμεν, οὐκ εἰς τὸ μεῖον ἤπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς τὴν τοῦ Λόγου φύσιν κατεσπᾶσθαι διαβεβαιούμενοί ποθεν· ἀμαθείας γὰρ ἐσχάτης οὐκ ἀμοιρήσειεν ἂν τὸ οὕτω φρονεῖν, ἐπεὶ πάντῃ τε καὶ πάντως ἀπαθὲς τὸ Θεῖον, τῆς εἰς πᾶν ὁτιοῦν παρατροπῆς οὐκ ἀνεχόμενον, ἑδραιοτάτην δὲ μᾶλλον τὴν οἰκείαν ἀποσῶζον στάσιν· ἀλλ' ὅτι τῆς ἑκουσίου κενώσεως ὁ τρόπος, ὡς ἐξ ἀναγκαίου λόγου τὸ τῆς ταπεινώσεως περικείμενος σχῆμα, διὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐν ἐλάττοσί πως, ἢ ἐν οἷς ἐστιν ὁ Πατὴρ, φαίνεσθαι ποιεῖ, τὸν ἴσον αὐτῷ σύμμορφόν τε καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ ἐξ αὐτοῦ, πεφηνότα Θεὸν Μονογενῆ. Καὶ μὴ θαυμάσῃς ἀκούων, εἰ τῆς τοῦ Πατρὸς μεγαλοπρεπείας ἐν ἐλάττοσιν εἶναι δοκεῖ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ὁ Υἱὸς, ὅτε διὰ τοῦτο καὶ αὐτῶν ἡττῆσθαι τῶν ἀγγέλων ὁ Παῦλος D ἡμῖν αὐτὸν διισχυρίσατο γράφων ὧδε· « Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, » καίτοι τῶν ἁγίων ἀγγέλων προσκυνεῖν αὐτὸν ἐπιτεταγμένων. « Ὅταν γὰρ, φησὶν, εἰσαγάγῃ τὸν Πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Ἀλλὰ καὶ τῶν ἁγίων Σεραφὶμ κύκλῳ περιεστηκότων, καὶ τάξιν ἀποπληρούντων τὴν οἰκετικὴν, ὅτε καθήμενος ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου τοῖς προφήταις ἐφαίνετο. Οὐκοῦν ὅσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς τὴν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γνησίαν τε ὠδῖνα καὶ γέννησιν, οὐκ ἴδιον

A ut nec veræ deitatis terminos excedat, nec in totum humanitatis fines relinquat. Illa quippe ex Deo et Patre ineffabilis generatio, quatenus Verbum est ac Unigenitus, in substantiam divinam, et in gloriam quæ ipsum jure consequetur, eum evehit: inanitio vero in nostram conditionem quodammodo deducit, non quasi vi et necessitate quadam eum qui cum Patre cunctis imperat, possit adigere (nec enim vi adactus fuit unquam Unigenitus ut præter animi sententiam aliquid faceret), sed ultro potius, ob dilectionem erga nos suscepta atque servata. Humiliavit enim semetipsum [93], hoc est volens, et non ex necessitate ab ullo inducta. Nec enim volens inanitionem subiret, si quis vim afferret, et invitum eo adigeret. B Humiliavit ergo semetipsum, volens, propter nos: nec enim nuncupati unquam essemus filii per gratiam, ac dii, nisi pro nobis et propter nos humiliatus esset Unigenitus, ad quem ipsi quoque formati per participationem Spiritus, Dei filii et dii nuncupamur [94]. Cum aliquid ergo ait, divinum humano quodammodo conjungens, ne propterea offendaris, incomparabilis artis admiratione relicta, quæ duo hæc scite et convenienter observat, ut simul Deum natura et vere hominem loqui cernas ineffabilis naturæ gloriæ humanitatis tenuitatem rite conjungentem, et inculpate prorsus ad utrumque pro eo ac decet excurrentem. Quæ quidem dicimus, non quod Verbi naturam ad mi- C nus quiddam quam quod erat initio detractam asseramus, absit! summæ namque dementiæ esset ita sentire, cum Deus nullam mutationem pati possit, sed firmissimum suum statum conservet; sed quia voluntariæ inanitionis forma assumpta propter humanitatem, minorem Patre quodammodo videri facit Filium, qui æqualis ei, et conformis, et in ipso, et ex ipso effulsit Deus Unigenitus. Noli vero mirari, si audias Patris magnificentia
971 minorem videri Filium, propter humanitatem, cum eam quoque ob causam ipsis angelis Paulus minoratum eum asseruerit, ita scribens: « Eum qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria et honore coronatum [95]: » cum interim sancti D angeli eum adorare jussi sint. « Cum enim, inquit, introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei [96]. » Sed et sanctis Seraphim circum astantibus et ministrantibus, visus est sanctis prophetis in throno sedere excelso et elevato. Quantum ergo ad veram ex Deo Patre generationem attinet, humanitas propria Filii non est: sed rursus propria est, in quantum homo apparuit, manens quidem id quod erat semper, ac est, eritque semper, sed seipsum demittens in id quod non erat, propter nos. « Pater igitur, inquit, sancte, serva eos in nomine tuo, quod dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos. » Ineffabilis naturæ

[93] Philipp. II, 7. [94] I Joan. III, 1. [95] Hebr. II, 9. [96] Hebr. I, 6.

virtute ac potestate servari vult suos discipulos, recte convenienterque vero et naturali Deo tribuens potestatem facile servandi quos velit. Glorificat autem his verbis non alienam, sed suam naturam, tanquam in persona Patris, ex quo genitus est, ut Deus. Quocirca: « O Pater, serva eos, inquit, in nomine tuo, quod dedisti mihi, » id est divino. Deitatis porro nomen sibi datum esse ait, non ut nos, qui, cum non simus natura dii, ad deitatis ascititiam vocati sumus dignitatem: adoptivus enim esset, sicuti nos, spuriam habens et acquisitam gloriam, naturamque adulterinam, quæ ne fas quidem est nos animo concipere. Hanc enim ob causam ne Filius quidem esset natura: sed quia, ut divinæ Scripturæ prædicant, « Verbum caro factum est [97], » id est homo, suscepisse dicit quæ habebat ut Deus: nec enim quisquam in homine deitatis nomen aut deitatem ipsam naturaliter esse putaverit. Animadverte porro ac diligenter attende quo pacto seipsum viventem et hypostaticam Dei ac Patris virtutem ostenderit, per quam cuncta operatur. Nam Patrem his verbis compellans, « serva eos, » non his tantum contentus est, sed seipsum ad eos servandos concurrere ostendit, seque virtutem illam esse ad hæc efficacem, ejus nimirum a quo est genitus. « Serva enim eos, inquit, in nomine tuo, quod dedisti mihi. » Vides quantam hic cautionem adhibeat. **972** Soli quippe deitatis naturæ rerum nostrarum inspectionem et ordinationem tribuens, illico datam sibi esse deitatis gloriam asserit, propter humanitatis formam datum sibi dicens, quod sibi naturaliter inest, nomen videlicet, quod est super omne nomen [98]. Unde etiam Filio inesse dicimus, naturaliter quidem ut ex Patre, humanitus vero ex munere quæcunque ut homo accipit, quantum ad id quod ex nobis est. Servari autem vult discipulos in benevolentiæ et voluntatum unione, animo et spiritu inter se quodammodo commistos, et pacis ac mutuæ dilectionis lege, infracto vinculo charitatis constringi, et ad eam unionem progredi ut voluntatum illa conjunctio imago sit naturalis, quam in Patre et Filio intelligimus, unitatis, quæ nulla videlicet rerum hujus mundi aut voluptatum vi concuti, aut in voluntatum dissimilitudinem abduci patiatur, sed illæsam potius charitatis vim conservet in pietatis et sanctimoniæ unitate, quod et fieri contigit. Nam, ut in Actibus apostolorum legimus, « multitudinis credentium erat cor et anima una [99], » in unitate nimirum Spiritus. Istud enim ipsum est quod et a Paulo dictum est, « unum corpus, et unus Spiritus [1]: unum etenim corpus multi sumus [2], » in Christo. Omnes enim de uno pane participamus, et omnes in uno peruncti sumus Spiritu, nimirum Christi [3]. Ut igitur concorporales uniusque et ejusdem Spiritus comparticipes futuros in unitatem Spiritus intemeratam et

τοῦ Υἱοῦ τὸ ἀνθρώπινον· ἴδιον δὲ πάλιν αὐτοῦ, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, διαμεμενηκὼς μὲν ὅπερ ἦν ἀεὶ καὶ ἔστι καὶ ἔσται διὰ παντὸς, ἑαυτὸν δὲ καθεὶς εἰς ὅπερ οὐκ ἦν δι' ἡμᾶς. « Πάτερ τοίνυν, φησὶν, ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς. » Διατηρεῖσθαι τοὺς μαθητὰς τῇ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ βούλεται, καλῶς καὶ πρεπόντως ἀνατιθεὶς τὸ τοὺς οὕσπερ ἂν βούληται διασώζειν δύνασθαι, καὶ μάλα ῥᾳδίως, τῷ γε ἀληθῶς καὶ κατὰ φύσιν ὄντι Θεῷ. Δοξάζει δὲ διὰ τούτων οὐχ ἑτέραν τινὰ πάλιν, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὡς ἐν προσώπῳ τοῦ Πατρὸς, ἐξ οὗ γεγέννηται, ὡς Θεός. Τοιγαροῦν, « Ὦ Πάτερ, τήρησον αὐτοὺς, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι, » τουτ' ἔστι τῷ θείῳ. Δεδόσθαι δὲ πάλιν τὸ τῆς θεότητος ὄνομά φησιν ἑαυτῷ, οὐχ ὡς, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι κατὰ φύσιν θεοὶ, εἰς ἐπίκτητον θεότητος κεκλημένοι ἀξίωμα· θετὸς γὰρ ἂν εἴη, καθάπερ ἡμεῖς, νόθην ἔχων καὶ κεκληρωμένην τὴν δόξαν καὶ τὴν φύσιν κεκαπηλευμένην, ἅπερ οὐ θέμις ἡμᾶς ἐννοεῖν· ζημιωθείη γὰρ διὰ τοῦτο καὶ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν Υἱός. Ἐπειδὴ δὲ, καθάπερ αἱ θεῖαι χρησμῳδοῦσι Γραφαὶ, « γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, » τουτ' ἔστιν ἄνθρωπος, δεδέχθαι φησὶν ἅπερ εἶχεν, ὡς Θεός· οὐ γὰρ ἂν φαίνοιτο προσὸν φυσικῶς ἀνθρώπῳ τὸ τῆς θείας δόξης ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα. Νόει δὲ πάλιν, καὶ σύνες ἀκριβῶς, ὅπως ἑαυτὸν τὴν ζῶσάν τε καὶ ἐνυπόστατον δύναμιν ἔδειξε τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δι' ἧς τὰ πάντα ἐργάζεται. Προσφωνῶν γὰρ καὶ λέγων, « Τήρησον αὐτοὺς, » οὐχὶ δὴ τούτοις ἠρκέσθη μόνον, ἑαυτὸν δὲ πάλιν παρακεκόμικεν εὐφυῶς, ὡς ἐνεργὸν εἰς τήρησιν καὶ δύναμιν οὖσαν τὴν καὶ εἰς τοῦτο δραστήριον τοῦ γεγεννηκότος αὐτόν. « Τήρησον γὰρ αὐτοὺς, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι. » Ὁρᾷς τοῦ λόγου τὴν ἀσφάλειαν. Ἀπονέμων γὰρ ὥσπερ καὶ ἀναθεὶς διαπρέπον μόνῃ τῇ τῆς θεότητος φύσει τὴν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπισκοπὴν καὶ οἰκονομίαν, ἑαυτῷ δεδόσθαι τὴν τῆς θεότητος δόξαν παραχρῆμα διισχυρίζεται, διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σχῆμα, δοτὸν εἶναι λέγων τὸ φύσει προσὸν αὐτῷ, τουτ' ἔστι τὸ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Ὅθεν καὶ προσεῖναί φαμεν τῷ Υἱῷ φυσικῶς μὲν ὡς ἐκ Πατρὸς, ἀνθρωπίνως δὲ κατὰ δόσιν, ἅπερ ὡς ἄνθρωπος δέχεται, ὅσον τὸ ἐξ ἡμῶν. Τηρεῖσθαί γε μὴν ἐν τῇ καθ' ὁμόνοιάν τε καὶ ταυτοβουλίαν ἑνώσει βούλεται τοὺς μαθητὰς ἀνακιρναμένους ὥσπερ ἀλλήλους ψυχῇ καὶ πνεύματι καὶ τῷ τῆς εἰρήνης καὶ φιλαλληλίας θεσμῷ, πρὸς ἀῤῥαγῆ τινα τῆς ἀγάπης δεσμὸν κατασφίγγεσθαι, ὡς μέχρι τοσούτου προελθεῖν τὴν ἕνωσιν, ὥστε καὶ εἰκόνα τῆς φυσικῆς ἑνότητος, τῆς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ νοουμένης, τὴν προαιρετικὴν γενέσθαι συνάφειαν, ἀδιάσπαστον δηλονότι καὶ ἀκατάσχετον, ὑπὸ μηδενὸς τὸ σύμπαν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πραγμάτων, ἤτοι φιληδονιῶν, εἰς ἀνομοιότητα θελημάτων ἐξελκομένην, διασώζουσαν δὲ μᾶλλον ἐν ἑνότητι τῇ κατ' εὐσέβειαν καὶ ἁγιασμὸν ἀσινῆ τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν, ὃ καὶ γενέσθαι συμβέβηκεν. Ὡς γὰρ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων

[97] Joan. I, 14. [98] Philipp. II, 9. [99] Act. IV, 32. [1] Ephes. IV, 4. [2] I Cor. X, 17. [3] Ibid.

ἀνέγνωμεν, « Τοῦ πλήθους τῶν πιστευόντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία, » ἐν ἑνώσει δηλονότι τῇ τοῦ Πνεύματος. Τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τὸ δι' αὐτοῦ πάλιν εἰρημένον τοῦ Παύλου· « Ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα· ἓν γὰρ σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν, » ἐν Χριστῷ. Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν, καὶ πάντες ἐν ἑνὶ διακεχρίσμεθα Πνεύματι τῷ τοῦ Χριστοῦ. Ὡς οὖν ἐσομένους συσσώμους, ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ συμμεθέξοντας Πνεύματος εἰς ἑνότητα πνεύματος, τὴν οὐδαμόθεν διασπωμένην καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἀῤῥαγῆ διατηρεῖσθαι βούλεται τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. Εἰ δέ τις δοίη καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἑνοῦσθαι τοὺς μαθητὰς, ὥσπερ οὖν ἕν εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, οὐχὶ μόνον κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν βούλησιν (μία γὰρ θέλησις ἐν τῇ ἁγίᾳ φύσει, καὶ τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν βούλημα ταυτὸν), νοείτω καὶ οὕτως. Οὐ γὰρ ἔξω βαδιεῖται λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος, ἐπείτοι καὶ τὸ ἐν θελήσει ταυτὸν θεωρῆσαι τις ἂν παρά γε τοῖς ὄντως Χριστιανοῖς, εἰ καὶ μὴ ἐν ἴσῳ τύπῳ τὸ ὁμοούσιον ἐφ' ἡμῖν, καθάπερ ἐπὶ Πατρὸς καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ Θεοῦ Λόγου.

A infractam animorum consensionem servari vult suos discipulos. Si quis autem discipulos uniri velit, sicuti Pater et Filius unum sunt, non solum secundum substantiam, sed etiam secundum voluntatem (una enim est in sancta natura et eadem omnibus voluntas), ita sentiat, per me licet. Non enim a recta ratione discedet, cum apud vere Christianos videre sit eamdem voluntatem, licet non eadem ratio consubstantialitatis sit in nobis, sicut in Patre, atque Deo Verbo quod ex ipso, et in ipso.

Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι, καὶ ἐφύλαξα αὐτούς· καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ. Νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι.

B XVII, 12, 13. *Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo, quod dedisti mihi; et custodivi eos, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio.*

Πρόεισί πως κατὰ βραχὺ πρὸς ἐμφανεστέραν δήλωσιν τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος, διεσκιασμένως δὲ ὡς ἐν ἀρχαῖς, διαγγέλλεται ἤδη καὶ ἐκκαλύπτεται, καθάπερ ἐκ χειμῶνος εἰς εὐδίαν μεταβαλών. Ὤοντο μὲν γὰρ οἱ μακάριοι μαθηταὶ πρὸς πολλῆς αὐτοῖς ἔσεσθαι ζημίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἀπόλειψιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν μετὰ σαρκὸς νοουμένην (συνεῖναι γὰρ ὡς Θεὸς οἷσπερ ἂν βούληται τὸ κωλύον οὐδὲν), προσεδόκων δὲ ὅτι διασώσει μὲν αὐτοὺς οὐδεὶς, ἀναληφθέντος εἰς οὐρανὸν τοῦ Χριστοῦ, προκείσονται δὲ τοῖς ἐθέλουσι κακοῦν, οὐδενὸς τὸ παράπαν C τὴν τῶν πλεονεκτούντων ἐξείργοντος χεῖρα, κειμένου δὲ μᾶλλον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπ' ἐξουσίας τοῦ πάντα δρᾷν εἰς αὐτοὺς ἀδιακωλύτως, καὶ παντὸς εἴσω κινδύνου καλεῖν. Ἀλλ' εἰ καὶ σοφοὶ, καὶ πατέρες, καὶ τῆς οἰκουμένης φωστῆρες γεγόνασιν, οὐκ ὀκνητέον εἰπεῖν, ὡς ἔδει μὴ μόνον εἰς τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ἀποβλέπειν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, εἰδέναι δὲ δηῦτι καὶ εἰ τῆς πρὸς αὐτοὺς συνουσίας ἀπονοσφίζοιτο κατὰ σάρκα, καὶ εἰ μὴ τοῖς τοῦ σώματος ὁρῷτο τυχὸν ὀφθαλμοῖς, ἀλλά γε παρόντα καὶ συνόντα διὰ παντὸς, τῇ τῆς θεότητος ἐξουσίᾳ χρῆν δήπου πάντως ἐννοεῖν. Πότε γὰρ τῶν ἰδίων ἰδιωμάτων καταλήξει Θεὸς, ἢ τί τὸ ἀντιστατοῦν τῇ τῶν ὅλων κρατούσῃ φύσει, καὶ παραποδίζειν αὐτῇ καθάπερ D ἐξ ἀνάγκης δυνάμενον πρὸς τὸ ἐνεργῆσαι τὰ ἑαυτῆς; Ἐνέργεια δὲ καὶ δύναμις θεοπρεπὴς, τὸ εἶναι πανταχῆ, καὶ πληροῦν μὲν ἀῤῥήτως τὸν οὐρανὸν, πληροῦν δὲ αὖ πάλιν τὴν γῆν, καὶ χωρεῖν μὲν ἐν πᾶσι, χωρεῖσθαι δὲ ὑπὸ μηδενός. Οὐ γὰρ τόπῳ περιληπτὸς ὁ Θεὸς, ἢ διαστήμασι περιωρισμένος, ἀλλ' οὐδὲ περιγραφῆς εἴσω τινός· παθεῖν γάρ τοι τοιοῦτον, ἡ ἄποσός τε καὶ ἀμεγέθης καὶ ἀσώματος οὐκ ἀνέχεται φύσις. Οὐκοῦν ἐπείπερ ἦν ἅμα Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, χρῆν δήπου πάντως μὴ ἀγνοῆσαι τοὺς μαθητὰς, ὡς εἰ καὶ ἀπεῖναι γένοιτο σωματικῶς, οὐκ ἀπολειφθήσεται παντελῶς, συνέσται δὲ πάντως, κατὰ τὸν ἄῤῥητον τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας λόγον.

973 Sensim ad clariorem explicationem Servatoris sermo progreditur, qui obscure quidem, utpote initio, sed in apertum tandem prodit ac sese explicat, velut ex turbido cœlo in serenum mutatus. Existimabant enim beati discipuli magno sibi detrimento fore Servatoris absentiam, in carne videlicet (nihil enim vetat quominus ut Deus adsit quibus velit); sed sperabant se a nemine servatum iri, Christo in cœlum assumpto, verum malorum injuriæ se oppositum iri, cum nemo jam C eorum manum esset inhibiturus, sed in eorum potestate esset in se ultima quæque patrare. At quamvis illi sapientes, et patres, et universi orbis terrarum luminaria fuerint, non tamen gravabimur dicere, oportuisse eos non solum in carnalem præsentiam Servatoris nostri Christi respicere, sed intelligere quod, licet ab iis carne sejungatur, et licet oculis corporis non cernatur, veruntamen adesse semper et conversari deitatis potentia, utique cogitandum sit. Quando enim a suis proprietatibus cessabit Deus, aut quid universi dominatrici naturæ reluctabitur, ac veluti necessitate quadam prohibebit quominus quæ sua sunt agere queat? Atqui virtus et potestas Deo digna est, esse ubique, et ineffabiliter cœlum implere, terram D item, et omnia capere, capi autem a nullo. Nec enim loco Deus comprehenditur, aut spatiis circumscribitur: tale quid enim pati, illa quantitatis, magnitudinis et corporis expers natura non sustinet. Quare, cum Deus simul sit et homo Christus, ignorare utique discipulos non oportebat, tametsi abesse contingeret corporaliter, non tamen penitus abfuturum, sed omnino adfuturum, ineffabili nempe divinæ potestatis ratione. Idcirco enim ipse quoque Servator superius dicebat: « Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quod dedisti mihi; » nunc autem rursus: « Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo, quod dedisti mihi, » suis

discipulis quasi significans deitatis vi et efficaciati convenire, non carnis præsentiæ, servare posse aliquos, quippe ipsa etiam caro non ex seipsa sanctificabatur, sed consortio Verbi ei uniti ad naturalem ejus virtutem quodammodo translata,
974 salutis pararia et sanctificationis conciliatrix est eam participantibus. Totam igitur efficacitatem divinam non utique carni per se tribuemus, sed convenientius divinæ Verbi virtuti ascribemus. Servari quippe discipulos in Patris nomine, potestne esse aliud quam istud? Dei enim gloriæ servati sunt. Metu itaque ex discipulorum animis evulso, quod se relictum iri putarent, iisdemque sæpe repetitis, omnem eis securitatem fore ait, non quidem ex eo quod una cum magistro corporaliter degant, sed potius ex eo quod Deus sit secundum naturam. Cum autem sempiternam habeat in cuncta potestatem ac virtutem (nec enim mutari unquam potest, aut ad id transferri quod eodem modo non se habeat), nihilominus eos facile servabit, et ab omni ingruente malo eruet. Animadverte porro denuo, quanta ad nostram utilitatem et ædificationem lateat in his verbis cura ac providentia. Nam cum a Deo et Patre petat sanctos suos discipulos servari, ipse jam id fecisse ait, æqualiter se pollere et æqualiter operari cum Patre seipsum ostendens, imo vero seipsum esse hypostaticam Genitoris virtutem. Nam qui eadem natura sua facere potest quæ verus et naturalis Deus, quomodo non ejusdem potestatis esse censebitur, ejusdemque naturæ? Et qui servat ut Deus, in nomine Dei, et gloria huic nomini conveniente ex divinis operibus est redimitus, quomodo alienus aut naturæ diversæ erit, ac non potius idipsum esse ostendetur quod est secundum naturam Deus? Nec enim ullus quæ propria et peculiaria Dei sunt opera fecerit, nisi id sit natura quod Deum esse putamus.

A Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐν μὲν τοῖς παρῳχηκόσιν ἔλεγε· « Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι· » νυνὶ δὲ πάλιν· « Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι· » μονονουχὶ τοῦτο δηλῶν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὅτι τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ μᾶλλον ἂν πρέποι, καὶ οὐ τῇ τῆς σαρκὸς παρουσίᾳ, τὸ διασώζειν δύνασθαί τινας· καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ σὰρξ οὐκ ἐξ ἑαυτῆς ἡγιάζετο, τῇ δὲ συνουσίᾳ τοῦ ἑνωθέντος αὐτῇ Λόγου, πρὸς τὴν αὐτοῦ τρόπον τινὰ φυσικὴν μεθισταμένη δύναμιν, σωτηρίας πρόξενος, καὶ ἁγιασμοῦ τοῖς αὐτοῖς [γρ. αὐτῆς] μετέχουσι γίγνεται. Τὸ σύμπαν οὖν ἄρα τῆς ἐνεργείας τῆς θεοπρεποῦς, οὐχὶ δὴ πάντως αὐτῇ καθ' ἑαυτὴν ἀναθήσομεν τῇ σαρκὶ, πρεπωδέστερον δέ τι φρονοῦντες τῇ θείᾳ τοῦ
B Λόγου δυνάμει προσγράψομεν. Τὸ γὰρ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς τηρεῖσθαι τοὺς μαθητὰς, ἆρ' οὐχὶ τοῦτό ἐστι καὶ ἕτερον οὐδέν; Θεοῦ γὰρ δόξῃ τετήρηνται. Ἀφιστὰς τοιγαροῦν τῆς τῶν μαθητῶν διανοίας τὸν ἐκ τοῦ δοκεῖν ἀπολιμπάνεσθαι φόβον, αὐτὸ διὰ τῶν αὐτῶν ἀνακυκλήσας πολλάκις πᾶσαν αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν ἀσφάλειαν, οὐκ ἐκ τοῦ συνδιαιτᾶσθαι σωματικῶς τῷ διδασκάλῳ φησὶν, ἀλλ' ἐπείπερ μᾶλλόν ἐστι κατὰ φύσιν Θεός. Ἀκατάληκτον δὲ δῆλον ὅτι τὴν ἐφ' ἅπασιν ἔχων ἐξουσίαν καὶ δύναμιν (οὐ γὰρ ἂν ἀλλοιωθείη, καὶ μετάστασίν τινα λάβοι, πρὸς ὅπερ οὐκ ἦν τὸ ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ), διασώσει δὲ πάλιν αὐτοὺς οὐδὲν ἧττον ἀκονιτὶ, καὶ παντὸς τοῦ προσπίπτοντος ἐξελεῖται κακοῦ. Κατανόει δὲ πάλιν τὴν ἐγκεκρυμμένην τῷ
C λόγῳ πρόνοιαν εἰς ὄνησιν ἡμετέραν καὶ οἰκοδομήν. Ἐξαιτήσας γὰρ ὥσπερ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γενέσθαι τὴν τήρησιν, τὴν εἰς τοὺς ἁγίους δὲ δηλονότι φημὶ μαθητὰς, αὐτὸς ἤδη πεπραχέναι τὸ τοιοῦτό φησιν, ἰσοσθενῆ τε καὶ ἰσουργὸν τῷ ἰδίῳ γεννήτορι δεικνὺς ἑαυτὸν, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν ὄντα τὴν ἐνυπόστατον τοῦ γεννήσαντος δύναμιν. Ὧ γὰρ ἂν φαίνοιτο προσὸν τὸ ταυτὰ δύνασθαι τῷ γε ὄντι καὶ ὁμολογουμένῳ κατὰ φύσιν Θεῷ, πῶς οὐκ ἂν πάντῃ τε καὶ πάντως ἐνυπάρχον νοοῖτο, καὶ τὸ ἴσον ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ ἡ κατὰ φύσιν ταυτότης; Καὶ ὁ τηρήσας ὡς Θεὸς ἐν ὀνόματι Θεοῦ, πρέπουσάν τε τῇ κλήσει τὴν ἐκ τῶν κατωρθωμένων θεοπρεπῶς ἀναδησάμενος δόξαν, κατὰ τίνα τρόπον ἔκφυλος, ἤγουν ἑτεροφυὴς, μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτόχρημα δειχθήσεται τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν Θεός; Οὐ γὰρ ἄν τι δρᾶσαι τῶν ὄντων τὰ ἰδικῶς ἐνεργήματα Θεοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ὑπάρχων οὐσιωδῶς, ὅπερ ἂν εἶναι τυχὸν οἰησαίμεθα τὸν Θεόν.

Porro in hujus loci observatione duplex præterea sensus reconditur, propter incarnationis dispensationem. Tollit enim naturæ creatæ potestatem servandi eos quibus id ob pietatem debetur, et nomini Patris attribuit, soli naturæ divinæ ascribens quæ Deo conveniunt. Idcirco enim rursus, cum dicat se discipulos servasse, non tamen humanitatis conditioni factum tribuit, sed in nomine Dei potius impletum esse ait, ab ea re seipsum quodammodo excludens, quatenus factus est ac intelligitur caro; servandi vero, et quæ Deo digna
975 sunt operandi potestatem sibi penitus arrogans, quatenus est Deus ex Deo, Patris illa virtus cunctipotens, virtus non facta, sed ex eo quod ipsa est, naturam unde ineffabiliter prodiit, manifestans. Quod si datum etiam hic dicat sibi no-

Ἀποσώζει δὲ πάλιν ἐν τῇ καθ' ἑαυτὸν θεωρίᾳ τὸ
D ἐν νοήσει διπλοῦν διὰ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν. Ἀποφέρει μὲν γάρ πως τῆς γενητῆς φύσεως, τὸ διασώζειν δύνασθαι καὶ τηρεῖν τὰ οἷσπερ ἂν τοῦτο τυχὸν ὀφείληται δι' εὐσέβειαν, ἀνατίθησι δὲ τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, μόνῃ τῇ θείᾳ προσνέμων φύσει τὰ θεοπρεπῆ. Διὰ γὰρ τοῦτο πάλιν, καίτοι τετηρηκέναι λέγων τοὺς μαθητὰς, οὐ τοῖς ἀνθρωπότητος μέτροις, τὴν τοῦ κατορθώματος ὑπόληψιν ἐχαρίσατο, πεπληρῶσθαι δὲ μᾶλλον ἐν ὀνόματι λέγει τῷ τοῦ Θεοῦ, ἔξω μέν πως τιθεὶς ἑαυτὸν τοῦ πράγματος, καθὸ γέγονέ τε καὶ νοεῖται σὰρξ, εἴσω δὲ πάλιν τοῦ τηρῆσαι τιθεὶς, καὶ ἐνεργεῖν δύνασθαι τὰ θεοπρεπῆ, καθόπερ ἐστὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, δύναμις ἡ παντουργικὴ τοῦ Πατρὸς, ἰσχὺς οὐκ ἐνεργουμένη, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐστιν αὐτὴ τὴν ὅθεν ἀῤῥήτως προέκυψεν

υσα φύσιν. Εἰ δὲ δεδόσθαι φησὶν αὐτῷ κἂν A πάλιν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, καίτοι Θεὸς ιν ὑπάρχων, καθὸ πέφηνεν ἐκ Θεοῦ Μονο- ὐδὲν τοῦτο διαλυμαίνεται τῇ ἀληθείᾳ τοῦ ος, οὐδὲ τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἐξώσειεν ἂν ιῆς τε καὶ δόξης· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Εἴη λαβεῖν τῆς ἀνθρωπότητος ἴδιον, καὶ αὐτῇ ς ἀνακείσεται μᾶλλον· ἔχει γὰρ οὐδὲν ἐξ Γηρῆσαι δὲ οὕτω φησὶ τοὺς ἑαυτοῦ μαθη- τοσαύτην ἐπ' αὐτοῖς ποιῆσαι τὴν πρόνοιαν, σθαι μηδένα, πλὴν ἑνὸς, ὃν καὶ τῆς ἀπ- όμασεν υἱὸν, ὡς ἐξ οἰκείας βουλῆς, μᾶλλον ρίας τε καὶ ἀνοσιότητος τῇ ἀπωλείᾳ χρεω- . Οὐδὲ γὰρ οἰησόμεθά ποτε, κατὰ θεῖόν τε ον κρῖμα, τὸν προδότην ἐν μαθηταῖς τῇ τοῦ ς ἐναλῶναι παγίδι, καὶ βρόχων εἴσω γενέ- B ολικῶν· ἦ γὰρ ἂν ὑπάρχοι καὶ ἀνυπαίτιος, νικᾷν παραχωρήσας τῇ ἄνωθεν· κρίματι αρὰ Θεῷ τίς ἀντιστήσεται; Νυνὶ δὲ κατά- δελυρός τε, καὶ ἐν ἀμείνοσιν, εἰ μηδόλως . Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ἐξ οἰκείων γὰρ τοῦτο ελημάτων, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης τῆς παρά ιλαιος ἐξελέγχεται. Ὁ δὲ τὸν οὕτω δεινὸν ; ὄλεθρον, τέκνον ἀπωλείας εὐλόγως ἂν ο, ἅτε δὴ καὶ χρεωστούμενος μὲν ὀλέθρῳ , περιμένων δὲ ὥσπερ ὠδῖνα καὶ οἶμον τὴν είας ἡμέραν. Ἐπειδὴ δὲ προστέθεικε τοῖς ου λόγοις τὸ, « ἵνα πληρωθῇ ἡ Γραφὴ, » ἶνο χρησίμως τοῖς ἐντευξομένοις φαμέν. Ἐπειδήπερ εἴρηκεν ἡ Γραφὴ, διώλωλεν ὁ C , καὶ εἰς τοῦτο παρῆλθεν φαυλότητος, ὡς γυρίων τὸ τίμιον αἷμα προέσθαι τοῦ Χρι- ειδὴ δὲ ἀπολέσθαι πάντη τε καὶ πάντως ιὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ δυστροπίαν παραδοὺς ον, ὅτι πάντως ἔσται προμεμήνυκεν ἡ ν οὐχ ἦν διαψεύσασθαι. Θεοῦ γὰρ λόγος πάντα εἰδότος, καὶ ἐν ἰδίᾳ νοήσει τὸν ἑκά- οντος τρόπον τε καὶ βίον, καὶ τὴν ἀπ' τέλος διεξαγωγήν. Καὶ γοῦν ὁ Ψάλλων τὴν εἴδησιν τήν τε τῶν παρῳχηκότων ἤδη καὶ ἔσεσθαι προσδοκωμένων ἀπονέμων αὐτῷ, ὄν πού φησι· « Σὺ συνῆκας πάντας τοὺς ούς μου, ἀπὸ μακρόθεν, τὴν τρίβον μου γοινόν μου σὺ ἐξιχνίασας, καὶ πάσας τὰς προεῖδες. » Πάντα τοίνυν προεγνωκὼς, D ἤδη παρόντα περιαθρήσας τὰ μέλλοντα, ἄλλοις ἅπασιν, οἷς ἔφη περὶ Χριστοῦ, ὁ προμεμήνυκε λόγος, ὅτι καὶ ἀπολεῖται ὁ τεταγμένος ἐν μαθηταῖς. Ἦν δὲ οὐχὶ έλησίς τε καὶ πρόσταγμα Θεοῦ, τὸ προει- καὶ εἰπεῖν τὰ ἐσόμενα, ἀλλ' οὐδὲ ἡ πρόῤ- ιγκαστικὴ πρὸς ἐνέργειαν τοῦ προσημαν- κοῦ, καὶ τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλῆς, ικὴ δὲ μᾶλλον. Τῷ γὰρ τοῦτο μαθόντι του πάντως, εἴπερ ἠβουλήθη, καὶ παραι- καὶ φυλάξασθαι τὸ παθεῖν, προαιρετικὴν ἐφ' ὅπερ ἂν βούλοιτο ῥοπήν. Ἀλλ' ἴσως

A men deitatis, licet Deus secundum naturam exsistat, quatenus ex Deo effulsit Unigenitus, nihil tamen istud officiet rei veritati, nec eum a convenienti honore et gloria excludet : absit! Accipere enim, proprium est humanitatis, eique convenienter tribuitur : nihil enim habet ex seipsa. Suos vero discipulos ita servasse ait, tantamque eorum curam habuisse, ut nemo præter unum perierit, quem et perditionis filium nuncupavit, tanquam ex sua voluntate seu potius improbitate et impietate perditioni mancipatum. Nec enim existimabimus unquam divino et inexpugnabili judicio illum inter discipulos proditorem implicitum fuisse diaboli retibus; alioqui enim culpa vacaret, si superno decreto cessisset: Dei enim judicio quis re- B sistet? Nunc vero damnatus et exsecrabilis, meliusque ei esset si natus non fuisset [4]. Quam ob causam? Quippe sua istud voluntate, non ex ulla necessitate misere passus deprehenditur. Qui vero tam grave exitium amavit, filius perditionis jure nominabitur, utpote qui exitio ac interitui debeatur, diemque perditionis ceu partus dolorem ac luctum præstoletur. Quia vero addidit, « ut impleatur Scriptura, » rursus asserimus non idcirco periisse proditorem, quia id Scriptura dixerit, eoque progressum nequitiæ, ut paucis argenteis pretiosum Christi sanguinem tradiderit; sed quia omnino periturus erat, perversitate sua Dominum prodens, Scriptura id prorsus futurum prædixit, C quæ mentiri nequit. Dei enim sermo est qui omnia novit, et qui uniuscujusque mores ac vitam quam ab initio ad finem ducturus est in suo fert intellectu. Unde Psalmista, rerum omnium, tam præteritarum quam futurarum, cognitionem ei tribuens, sic ad eum infit alicubi : « Tu intellexisti omnes cogitationes meas de longe, semitam meam et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas prævidisti [5]. » Quare Dei **976** Verbum, omnia præcognoscens, et futura ceu præsentia circumspiciens [6], præter alia omnia quæ de Christo dixit, hoc etiam prænuntiavit, perditum iri discipulum proditorem. Omnino vero Dei voluntas ac mandatum non erat, præscire ac dicere futura, sed nec prædictio ad scelus illud patrandum insi- D diasque Servatori struendas adigebat, sed potius avocabat. Nam cum didicisset, licebat utique ei, si voluisset, refugere et cavere, cum integrum ei esset quam in partem vellet vergere. Atenim forsan inquies : Quomodo discipulos servavit Christus, si voluntatum suarum impulsu et spontaneis motibus illi quidem effugisse diaboli laqueos comperiuntur, solus autem Judas præ cæteris miser est implicitus? Quid ergo ex hac custodia utilitatis fuit? At, o strenue, bona est sobrietas, et utilissimum nostræ mentis studium, et ad bene agendum et virtutem colendam firma voluntas : sic enim salutem nostram operabimur. Verum istud solum

[4] ... xxvi, 24. [5] Psal. cxxxviii, 3, 4. [6] Prov. viii, 13.

hominis animæ non sufficiet: superno quippe auxilio et gratia indiget, quæ difficilia explanet, arduumque et asperum iter justitiæ pervium reddat ac facile. Quod enim nostra nihil sint prorsus, nisi divinæ gratiæ auxilium affulserit, audi Psalmistam clamantem: « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam [7]. » Dico itaque nos temperantiam ex nobis ipsis afferre necessario debere, piumque erga Deum studium exercendo fortes nos ad perficiendam salutem præstare, atque ita quæ divinæ sunt opis implorare, cœlestique auxilio ceu inexpugnabili et infracta quadam armatura munitos viriliter agere. Quod cum nobis semel dederit, annueritque Deus, liceatque nobis debellare vim hostium, ac diaboli manum superare, ad voluptates aut aliud peccati genus vocanti parere nolentibus, si nostram ei voluntatem tradiderimus, propensionibus ad vitium nosmetipsos ejus laqueo induamus, quomodo alteri potius quam nostræ vecordiæ culpam imputabimus? Numquid enim illud est quod antea dixit Salomon: « Imprudentia viri vastat vias
977 ejus: Deum autem accusat corde suo [8]. » Dubitandi, opinor, locus nullus relictus est. Ostendat ergo aliquis non licuisse proditori perinde ac aliis discipulis divina frui gratia, et nos victos fatebimur. Sin autem perinde ac alii divina septus gratia, nutu suo in perditionis barathrum decidit, quomodo non eum servavit Christus, qui bonitatis suæ opem ei impertiit, et quantum spectat ad rationem auxilii cum servasset, nisi voluntate sua ipse malum sibi ultro arcessisset? Refulsit ergo in aliis gratia, quæ perpetuo servavit eos qui suam voluntatem ei quodammodo cooperatricem adhibent. Sic enim salutis cujusque modus ordinatur.

ἐρεῖς· Πῶς οὖν ἔτι τετήρηκεν ὁ Χριστὸς, εἰ ταῖς τῶν ἰδίων θελημάτων ῥοπαῖς καὶ προαιρετικοῖς κινήμασιν, οἱ μὲν ἔξω δικτύων διαβολικῶν εὑρίσκονται γεγονότες, ἥλω δὲ μόνος Ἰούδας παρὰ πάντας ὁ δείλαιος; Ποῖον οὖν ἄρα γέγονε τὸ ἐκ τῆς ἐνθάδε λεγομένης τηρήσεως ὄφελος; Ἀλλ', ὦ γενναῖε, πάλιν ἐροῦμεν ἡμεῖς, καλὴ μὲν ἡ νῆψις, ἐπωφελεστάτη δὲ σφόδρα τῆς ἡμετέρας διανοίας ἡ ἀσφάλεια, καὶ τὸ σύντονον θέλημα πρὸς ἀγαθουργίαν καὶ εἰς κατόρθωσιν ἀρετῆς· κατεργασόμεθα γὰρ οὕτω τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Πλὴν οὐκ ἀρκέσει τοῦτο καὶ μόνον τῇ ἀνθρώπου ψυχῇ· δεῖται γὰρ ἀναγκαίως τῆς ἄνωθεν συνεργείας καὶ χάριτος, ἐξευμαριζούσης αὐτῇ τὰ δυσήνυτα, εὐστιβῆ δὲ λίαν ἀποτελούσης τὴν ἀνάντη καὶ τετραχυμένην τῆς δικαιοσύνης ὁδόν. Ὅτι γὰρ οὐδὲν ὅλως τὰ παρ' ἡμῶν, εἰ μὴ τὰ ἐκ τῆς θείας προσγένοιτο χάριτος, ἄκουε βοῶντος τοῦ Ψάλλοντος· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. » Χρῆναι δὴ οὖν ἀναγκαίως φημὶ ἡμᾶς μὲν τὴν οἴκοθεν εἰσκομίζειν ἐγκράτειαν καὶ τὴν φιλόθεον ἕξιν ἐπιτηδεύοντας, νεανικοὺς ὁρᾶσθαι πρὸς τὸ ἐξανῦσαι φιλεῖν τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, ἐξαιτεῖν δὲ οὕτω τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν, καθάπερ ἄμαχόν τινα καὶ ἀῤῥαγῆ παντευχίαν ἑλόντας ἀνδρίζεσθαι. Δεδωκότος δὲ ἅπαξ καὶ ἐπινεύσαντος ἡμῖν πρὸς τοῦτο τοῦ Θεοῦ, ἐξὸν ἡμῖν ἤδη τὴν τῶν πολεμούντων καταγωνίζεσθαι δύναμιν, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου χεῖρα πλεονεκτεῖν, εἰ μὴ βουλοίμεθα πείθεσθαι καλοῦντι πρὸς ἡδονὰς, ἤγουν εἰς ἕτερον ἁμαρτίας τρόπον, εἰ τὴν οἰκείαν ἡμεῖς αὐτῷ χαρισαίμεθα βούλησιν, καὶ ταῖς εἰς φαυλότητα ῥοπαῖς ἑαυτοὺς καθέντες εἰς τὸν ἐκείνου βρόχον διελεγχοίμεθα, πῶς ἂν ἕτερον ἔτι πρεπόντως αἰτιασαίμεθα καὶ οὐχὶ μᾶλλον ταῖς ἑαυτῶν ἀβουλίαις τὸ παθεῖν ἐπιγράφομεν; Ἢ γὰρ οὐ τοῦτό ἐστιν ὅπερ εἴρηκε φθάσας ὁ Σολομών· « Ἀφροσύνη ἀνδρὸς λυμαίνεται τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ· τὸν δὲ Θεὸν αἰτιᾶται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἔστιν οὐκ ἀμφίλογον. Εἰ μὲν οὖν οὐ μετῆν τῷ προδότῃ τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπικουρίας ἐν ἴσῳ τοῖς ἄλλοις ἀπολαύειν μαθηταῖς, ἐπιδεικνύτω τις, καὶ ἡττήμεθα. Εἰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἐν ἴσῳ τὴν ἐκ τῆς θείας χάριτος ἔχων περιβολὴν ἐξ ἰδίων θελημάτων εἰς τὸ τῆς ἀπωλείας κατώλισθε βάραθρον, πῶς οὐ τετήρηκεν ὁ Χριστὸς τὰ ἐκ τῆς οἰκείας ἡμερότητος ἐπιδοὺς, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς τὴν τῆς ἀσφαλείας ἐπίδοσιν διασῶσαι τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ τὸ παθεῖν ἠθέλησεν ἐξ ἰδίων θελημάτων αὐτός; Διέπρεψε γοῦν ἐν τοῖς ἑτέροις ἡ χάρις, μέχρι παντὸς διασώσασα τοὺς τὴν ἰδίαν προαίρεσιν συνεργάτην ὥσπερ ποιησαμένους αὐτῇ. Διοικεῖται γὰρ οὕτω τῆς ἑκάστου σωτηρίας ὁ τρόπος.

XVII, 13. *Et hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.*

Revoca in memoriam quæ modo diximus, et loci propositi sensum optime intelliges. Dupliciter enim ubique personam repræsentat, et divinam in seipso relucere dignitatem ostendens, et convenientem humanitati modum non rejiciens, propter incarnationis dispensationem. Absurdum enim quodammodo esset velle ipsum negare quod propter nos sponte assumptum est. Nam cum nullius rei sit expers, sed perfectus per omnia ex Patre perfecto, exinanivit semetipsum [9], non ut sibi quid-

Καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς.

Διαμέμνησο πάλιν ὧν ἐλέγομεν ἀρτίως, καὶ συνήσεις εὖ μάλα τοῦ προκειμένου τὸν νοῦν. Διττὴν γὰρ ἡμῖν πανταχῇ τοῦ ἰδίου προσώπου διεσώσατο τὴν παράστασιν, καὶ τὸ θεῖον ἐν ἑαυτῷ διαπρέπον ἀξίωμα δεικνὺς, καὶ τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι μέτρον οὐκ ἀπόβλητον ποιησάμενος διὰ τὴν οἰκονομίαν. Καὶ γὰρ ἦν πως ἄτοπον ἐξαρνεῖσθαι θέλειν αὐτὸν τὸ δι' ἡμᾶς ἑκουσίως προσληφθέν. Οὐδενὸς γὰρ ὢν ἐπιδεὴς, τέλειος δὲ κατὰ πάντα ἐκ τελείου Πατρὸς, κεκένωκεν ἑαυτὸν, οὐχ ἑαυτῷ τι τῶν χρησίμων πραγματευόμε-

[7] Psal. cxxvi, 1. [8] Prov. xix, 3, sec. LXX. [9] Philipp. ii, 7.

νος, ἀλλ' ἡμῖν αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς κενώσεως προξενῶν ἀγαθόν. Θεὸν οὖν ἄρα καὶ ἄνθρωπον ἐν ταυτῷ παριστὰς ἑαυτὸν, ἐννοεῖν ὥσπερ ἀναπείθει τοὺς μαθητὰς, ὡς ἀπών τε καὶ παρὼν οὐδὲν ἧττον ἐνεργήσει τὰ πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς τελοῦντα τὴν κατὰ Θεὸν, καὶ ὥσπερ τετήρηκεν ἔτι συνὼν ἐπὶ γῆς διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὕτω τηρήσει καὶ ἀπὼν θεϊκῶς διὰ τὸ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐξαίρετον. Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ τὸ θεῖον, ἄπεστι δὲ παντελῶς τῶν ὄντων οὐδενός· πληροῖ γὰρ τὰ πάντα καὶ διὰ πάντων ἐρχόμενον, ἔξω τε πάντων καὶ ἐν πᾶσίν ἐστι. Διαλεγόμενος δὲ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, καὶ λέγων· « Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς, » εὐθὺς εἰσκεκόμικεν, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχουσαν, τὴν ἐφ' ἅπασιν ἐνεργὸν δύναμιν τοῦ Πατρός. Ἐν ταυτῷ δὲ δείκνυσιν ὡς οὐκ ἔξω τῆς αὐτοῦ φύσεώς ἐστιν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τε καὶ ἐξ αὐτῆς ὑπάρχων ἀδιάσπαστον ἔχει τὴν ἕνωσιν, κἂν ἐν ὑπάρξει νοῆται τῇ καθ' ἑαυτόν. « Τήρησον γὰρ αὐτοὺς, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι. » Καὶ πάλιν· « Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου ᾧ δέδωκάς μοι. » Ἀναγκαῖον τοιγαροῦν ἐννοεῖν, ὡς εἴπερ ἤδη τετήρηκε μὲν αὐτὸς ἐν ὀνόματι τῷ δοθέντι παρὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἐν δόξῃ θεότητος (ἐχαρίσατο γὰρ αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα), τηρῆσαι δὲ καὶ αὐτὸν βούλεται τὸν Πατέρα πάλιν ἐν ὀνόματι τῷ δοθέντι αὐτῷ, ὡς οὐκ ἔξω τῆς ἐνεργείας τῆς ἐν τῷ πράγματι κείσεται. Διατηρήσει γὰρ ὁ Πατὴρ τοὺς ἐν πίστει τῇ εἰς αὐτὸν γνησίους, ὡς διὰ τῆς ἰδίας ἰσχύος τοῦ Μονογενοῦς. Ἐνεργὸς γὰρ οὐκ ἔσται περί τι τῶν ὄντων, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ. Οὐκοῦν εἰ τετήρηκε καὶ μετὰ σαρκὸς, τῇ τῆς θεότητος ἐξουσίᾳ καὶ δόξῃ, κατὰ τίνα τρόπον ἐλλελοιπὼς ὀφθήσεται τὸ τῆς δεούσης φειδοῦς ἀξιοῦσθαι τοὺς μαθητάς; πῶς δὲ διαπίπτειν ἀσφαλείας τῆς παρ' αὐτοῦ συμβήσεται, καίτοι διαμενούσης ἀεὶ τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἐν ταυτότητι πεπηγμένης τῆς κατὰ φύσιν ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ; Παρατροπῆς γὰρ ὅλως καὶ μεταστάσεως τῆς ἐφ' ἕτερόν τι τῶν ἀδικεῖν εἰωθότων τὸ θεῖον ἀσύνηθες, ἀεὶ διαλάμπον ἐν ἀκαταλήκτοις τοῖς ἐνοῦσιν αὐτῷ πλεονεκτήμασι. Λελάληκα τοίνυν ἐν τῷ κόσμῳ τὰ τοιαῦτα, φησὶν, ἵνα οἱ ἡμέτεροι μαθηταὶ τὴν ἐμὴν ἔχωσι χαρὰν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς. Πῶς δὲ, ἢ τίνα τρόπον, ἐροῦμεν εἰσαῦθις, ταῖς τῶν λόγων ἀσαφείαις φιλονεικεῖν οὐκ ὀκνήσαντες. Ὤοντο μὲν γὰρ οἱ μακάριοι μαθηταὶ, συνόντος αὐτοῖς καὶ συνδιατρίβοντος τοῦ Χριστοῦ, δῆλον δὲ ὅτι κατὰ σάρκα φαμὲν, πάσης μὲν εὐκόλως ἀπαλλαχθήσεσθαι συμφορᾶς, καὶ κινδύνους τοὺς ἐξ Ἰουδαίων παραδραμεῖσθαι ῥᾳδίως, ἀνάλωτοί τε διαμένειν τοῖς ἐθέλουσι κακοῦν· κεχωρισμένου γε μὴν καὶ πρὸς τὸ ἄνω χωρήσαντος, παντὶ μὲν ἑτοίμως περιπεσεῖσθαι κινδύνῳ, τὸν δὲ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις ὑπομεῖναι κίνδυνον, ὡς οὐδενὸς ὄντος ἔτι τοῦ διαρκῶς ἐπαμύνοντος καὶ τὴν τῶν πειρασμῶν διαπτοοῦντος ἔφοδον. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ἄρα, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὔτε τὴν ἅπαξ

piam utile compararet, sed ut nobis fructum inanitionis illius conciliaret. Deum igitur simul et hominem seipsum exhibens, discipulis suis intelligendum quodammodo relinquit quod absens et præsens non minus facturus sit quæ ad salutem secundum Deum eis conducant, et quemadmodum servavit eos cum adhuc in terra esset, propter humanitatem, sic etiam servaturus sit absens, divinitus, propter suæ substantiæ præstantiam. Nec enim in loco Deus est, a nulla tamen creatura abest: implet enim cuncta, et cuncta pervadit, et extra omnia et in omnibus est. Cum autem Patrem suum compellet, ac dicat: « Pater sancte, serva eos, » statim subjunxit: « In tuo nomine quod dedisti mihi: » utpote cum sit illa in omnibus efficax Patris virtus. Simul vero ostendit non extra naturam se ejus esse, sed in ipsa et ex ipsa cum sit, indivulsam habere unitatem, licet in sua hypostasi intelligatur. « Serva enim eos, inquit, in nomine tuo quod dedisti mihi. » Et rursus: « Cum essem cum eis, ego **978** servabam eos in nomine tuo quod dedisti mihi. » Intelligendum est igitur quod, cum ipse jam servarit eos in nomine quod datum est sibi a Patre, id est in gloria deitatis (nomen quippe datum est ei quod est super omne nomen [10]), et Patrem ipsum rursus servare velit in nomine quod datum est sibi, ab illis custodiendis non excludetur. Servabit enim Pater fide sibi conjunctos, per Unigenitum, tanquam per suam virtutem. Nec enim quidquam agit nisi per eum. Quare si servavit, etiam in carne, deitatis nimirum potestate atque gloria, quomodo ejus misericordia destituentur discipuli, aut quomodo ejus tutela orbari continget, cum divina Unigeniti potestas perpetuo duret, et in eadem vi naturæ permaneat? Deus enim mutationis aut conversionis in pejus expers plane est, suæque naturæ prærogativis semper conspicuus. Locutus sum igitur hæc in mundo, inquit, ut nostri discipuli meum habeant gaudium impletum in semetipsis. Quo vero pacto, denuo dicam, nec sermonis obscuritatem tollere gravabor. Existimabant igitur beati discipuli Christo secum versante, atque in carne degente, omni quidem se calamitate expeditum iri, et pericula sibi a Judæis impendentia facile vitaturos, nec persecutorum injuriæ cessuros: separato vero et in cœlos reverso, objectum iri se cunctis periculis, et ultima quæque subituros, quasi nullus foret amplius qui periculis depellendis, et tentationum incursibus retundendis par esse posset. Hanc igitur ob causam, Dominus noster Jesus Christus, nec semel assumptam humanitatem abnegans, nec potestate Deo convenienti se carere ostendens, datum quidem sibi esse ait, ut homini, deitatis nomen, in se tamen et per se pios cultores a Patre servari et curari. Quid autem his verbis pro sua sapientia struebat? Ut beati nimirum discipuli acrius in id

[10] Philipp. II, 9.

animum intendentes intelligerent, tametsi in carne una cum iis esset, non tamen per eam quæ ad salutem conducant operari, sed in deitatis gloria et omnipotenti virtute. Nihil igitur, inquit, damni capient discipuli ex eo quod non adsit cum carne,
979 cum divina potestas Unigeniti servare eos facile possit, licet minus præsens caro cernatur. Atque hæc dicimus, non quod sanctum Christi corpus nihili faciamus : absit! sed quod eorum quæ fiebant efficacitatem deitatis gloriæ tribuere magis deceat. Sanctificabatur enim ipsum quoque Domini corpus uniti Verbi virtute : adeo vero efficax ad eulogiam mysticam nobis redditur, ut et suam nobis sanctificationem inserere possit. Proindeque Servator ipse, cum ad Judæos olim verba faceret, ac multa de sua carne diceret, eamque panem vivificum et verum vocaret : « Panis enim, inquit, quem ego dabo vobis, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita [11]; » illis vehementer attonitis, et quomodo terrenæ carnis natura æternæ vitæ pararia et conciliatrix foret non mediocriter dubitantibus, respondens aiebat : « Caro non prodest quidquam : Spiritus est qui vivificat. Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus et vita sunt [12]. » Nam et hic rursus nihil juvare posse carnem ait ad sanctificationem eorum qui suscipiunt eam, quantum ad carnis humanæ spectat naturam : sed cum intelligatur et credatur Verbi templum, omnino sanctificationis et vitæ conciliatrix erit, quanquam non utique propter se, sed propter unitum Deum, qui sanctus est ac vita [13]. Deitatis igitur vi et efficaciæ totum tribuens, nihil ad custodiam decessurum sanctis discipulis ait ex carnis absentia. Licet enim subtrahatur forsan hominibus, non tamen a diligentibus se Servator aberit, sed una rursus aderit, deitatis nimirum potentia : «Ut ergo habeant gaudium meum impletum in seipsis, hæc locutus sum in mundo, » inquit. Quodnam ergo illud completum et perfectum est gaudium? Scire et credere, non solum Christum hominem esse, sicuti nos, sed præterquam quod nostri similis est, excepto solo peccato, verum quoque Deum esse. Manifestum est igitur, nec ullatenus dubium, penes eum omnino fore piorum servandorum, quo tempore cumque velit, potestatem, tametsi in carne præsens non cernatur. In hoc enim consistit quod perfectum nos quoque gaudium possumus habere, maxime cum proximum et præsentem semper habeamus eum qui nos ab omni malo potest eruere.

ληφθεῖσαν ἀρνούμενος ἀνθρωπότητα, οὔτε μὴν τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἐν ἐνδείᾳ γεγονότα δεικνὺς ἑαυτὸν, τοῦτο κἀκεῖνο διὰ τῶν λόγων, δεδόσθαι μὲν ὡς ἀνθρώπῳ λέγων τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, ἀποτελεῖσθαί γε μὴν ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ παρὰ Πατρὸς τὴν ἐπὶ τοῖς σεβομένοις αὐτὸν φειδώ τε καὶ τήρησιν. Τί δὲ ἄρα τὸ σοφῶς ἦν ἐν τούτοις ἐξηρτυμένον; Ἵνα δὴ μάθοιεν οἱ μακάριοι μαθηταὶ καὶ συνεῖεν εὖ μάλα, λεπτὸν ἐπιστήσαντες τῷ λεγομένῳ τὸν νοῦν, ὅτι καὶ συνὼν μετὰ σαρκὸς, οὐ διὰ ταύτης αὐτοῖς τὰ εἰς σωτηρίαν εἰργάζετο, ἀλλ' ἐν τῇ τῆς θεότητος δόξῃ καὶ δυνάμει τῇ παντουργῷ. Οὐδὲν οὖν ἄρα, φησὶν, ἀδικήσει τοὺς μαθητὰς τὸ μὴ παρεῖναι μετὰ σαρκὸς, τῆς θεϊκῆς ἐξουσίας τοῦ Μονογενοῦς διασώζειν εὐκόλως δυναμένης αὐτοὺς, κἂν εἰ μὴ φαίνοιτο παροῦσα τυχὸν ἡ σάρξ. Καὶ ταῦτά φαμεν, οὐχ ἐν τῷ μηδενὶ τιθέντες τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ὅτι τὴν ἐπὶ τοῖς τελουμένοις ἐνέργειαν μᾶλλον ἂν πρέποι τῇ τῆς θεότητος ἀπονεμεῖσθαι δόξῃ. Ἡγιάζετο γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα τῇ τοῦ ἑνωθέντος Λόγου δυνάμει, ἐνεργὸν δὲ οὕτω πρὸς εὐλογίαν ἡμῖν ἀποτελεῖται τὴν μυστικὴν, ὡς καὶ δύνασθαι τὸν ἴδιον ἡμῖν ἐμφυτεύειν ἁγιασμόν. Τοιγάρτοι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τὰς πρὸς Ἰουδαίους ποτὲ διαλέξεις ποιούμενος, καὶ πολλὰ περὶ τῆς ἰδίας λέγων σαρκὸς, ἄρτον τε αὐτὴν ἀποκαλῶν ζωοποιὸν ὄντως καὶ ἀληθινόν· « Ὁ γὰρ ἄρτος, φησὶν, ὃν ἐγὼ δώσω ὑμῖν, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς· » καταπεπληγμένων τε λίαν ἐκείνων, καὶ πῶς ἂν αὐτοῖς ἡ τῆς γηγενοῦς σαρκὸς φύσις πρόξενος γένοιτο τῆς αἰωνίου ζωῆς, οὐ μετρίως διηπορηκότων, ἀπολογούμενος ἔφασκεν· « Ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδὲν, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ ἐλάλησα ὑμῖν, Πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστι. » Κἀνταῦθα γὰρ πάλιν οὐδὲν ὠφελεῖν δύνασθαι τὴν σάρκα φησὶν πρὸς ἁγιασμὸν δηλονότι καὶ ζωοποίησιν τῶν δεχομένων αὐτὴν, ὅσον ἧκεν εἰς σαρκὸς ἀνθρωπίνης φύσιν· ὅταν δὲ νοῆται καὶ πιστεύηται τοῦ Λόγου ναὸς, τότε δὴ πάντως ἔσται καὶ ἁγιασμοῦ καὶ ζωῆς πρόξενος, πλὴν οὐ πάντως δι' ἑαυτὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἑνωθέντα Θεὸν, ὅς ἐστιν ἅγιος καὶ ζωή. Τῇ τῆς θεότητος τοιγαροῦν ἐνεργείᾳ τὸ σύμπαν ἀποδιδοὺς, ἀζήμιον ἔσεσθαί φησι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὅσον ἧκεν εἰς τὸ τηρεῖσθαι ζητεῖν, τὴν μετὰ σαρκὸς ἀποφοίτησιν. Εἰ γὰρ καὶ συστέλλοιτο τυχὸν εἰς ἀνθρώπους, ἀλλ' οὐκ ἀπέσται τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ὁ Σωτὴρ, συνέσται δὲ πάλιν τῇ τῆς θεότητος ἐξουσίᾳ. « Ἵνα τοίνυν ἔχοιεν τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν ἑαυτοῖς, ταῦτα λελάληκα ἐν τῷ κόσμῳ, » φησί. Τίς οὖν ἡ πεπληρωμένη καὶ τελεία χαρά; Τὸ εἰδέναι καὶ πιστεύειν, οὐχ ὅτι μόνον καθ' ἡμᾶς ἦν ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὅτι μετὰ τοῦ εἶναι καθ' ἡμᾶς, δίχα μόνης ἁμαρτίας, καὶ Θεός ἐστιν ἀληθινός. Πρόδηλον οὖν ἄρα, καὶ οὐδαμόθεν ἀμφίβολον, ὅτι παρέσται πάντως αὐτῷ τὸ διασώζειν δύνασθαι τοὺς σεβομένους αὐτὸν, καθ' ὃν ἂν βούλοιτο χρόνον, καὶ εἰ μὴ παρὼν ὁρῷτο μετὰ σαρκός. Κείσεται γὰρ ἐν τούτῳ, τὸ τελείαν ἔχειν δύνασθαι καὶ ἡμᾶς τὴν χαρὰν, ἅτε δὴ καὶ ἐγγὺς ἀεὶ, καὶ συμπαραστάτην ἔχοντας τὸν ἐξαιρεῖσθαι παντὸς ἐξισχύοντα κακοῦ.

XVII, 14, 15. *Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo,*

Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ

[11] Joan. vi, 52. [12] Ibid. 64. [13] Joan. xiv, 6.

κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ.

Τῆς ἄνωθεν καὶ παρὰ Πατρὸς εὐμενείας χρειωδεστάτην ἡμῖν ἀποφαίνει τὴν ἐπίδοσιν, ἣν καὶ ἐν τάξει δικαίας τε καὶ πρεπωδεστάτης ἀμοιβῆς μονονουχὶ ὠφειλῆσθαί φησι πρὸς αὐτοῦ τοῖς δι' αὐτὸν κινδυνεύουσι. Μισεῖ γὰρ ὁ κόσμος διὰ Θεὸν τοὺς Θεῷ προσεδρεύοντας, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ διωρισμένοις εἴκοντας νόμοις, καὶ λόγον οὐδένα τῆς ἐν κόσμῳ ποιουμένους ἡδονῆς, οἳ καὶ πρεπόντως ἂν τύχοιεν συνεργείας τῆς παρ' αὐτοῦ καὶ χάριτος, καὶ τῆς εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονῆς. Ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἀνακεκλιμένοι τρόπον τινὰ, καὶ θαρσήσαντες, καὶ τὸν δι' αὐτὸν ἀράμενοι πόλεμον, καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ὁμιλῆσαι κινδύνοις οὐ καταδείσαντες, πῶς οὐκ ἂν ἤδη λοιπὸν ἀναλόγως τῷ προτεθέντι σκοπῷ κομίσαιντο τὴν ἀντίδοσιν; Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Σωτὴρ ὅτι, « Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. » Παρεδέξαντο γὰρ, φησὶν, καὶ λίαν ἀσμένως τὸν σὸν, ὦ Πάτερ, δι' ἐμοῦ πρὸς αὐτοὺς γεγονότα λόγον, τουτ' ἔστι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, ἔξω τοῦ ζωῆς κοσμικῆς, καὶ φρονημάτων γεωδεστέρων ἀποκομίζον εὐκόλως τοὺς προσιεμένους αὐτό. Διά τοι τοῦτο, καὶ παρὰ τοῦ κόσμου μεμίσηται, τουτ' ἔστι, τῶν τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἑλομένων, καὶ τὴν φιλήδονον ταύτην καὶ μυσαρωτάτην ἀγαπώντων ζωήν. Οὐ γὰρ ἡδεῖς τοῖς ἐν κόσμῳ τῶν ἁγίων οἱ λόγοι, διασύροντες ἀεὶ τὰ ἐν τῷδε τῷ βίῳ κακὰ, καὶ βδελυρὰν ἀποφαίνοντες τὴν ἐν κόσμῳ ζωὴν, κατηγοροῦντές τε τῆς ἁμαρτίας τῆς ἐν αὐτῷ καὶ πικροῖς ἐλέγχοις κατατοξεύοντες τοὺς οἷσπερ ἂν φαίνοιτο τὸ πταίειν ἡδὺ, καὶ τοῖς ἐπιγείοις ἐγκαλινδεῖσθαι κακοῖς, καὶ πλεονεξίας μὲν ἁπάσης καταστρατευόμενοι, φιλοδοξίας δὲ διαπτύοντες, καὶ τὴν ἁπασῶν μητέρα τῶν κακῶν [ἴσ. κακιῶν] φιλοχρηματίαν παραιτεῖσθαί τε καὶ ὡς πορρωτάτω ποιεῖσθαι διδάσκοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπάτης ἔξω φέρεσθαι δεῖν ἐπιτάττοντες, καὶ πρὸς τὸν τῶν ὅλων ἰέναι Θεὸν τοῖς ἀρκύων εἴσω διαβολικῶν εἰλημμένοις. Μεμίσηνται τοίνυν διὰ ταῦτα, φησὶν, ὦ Πάτερ. Οὐ γὰρ ἐπί τισι τῶν αἰσχρῶν, ἤγουν ἀνοσιῶν κατεγνωσμένοι, δυσαχθέστεροί πως τοῖς ἐν κόσμῳ γεγόνασιν, ἀλλ' ἐπείπερ αὐτοῖς τὸν παρὰ σοῦ δέδωκα λόγον, ὡς διὰ τοῦτο λοιπὸν ἔξω καὶ αὐτοὺς γενέσθαι τοῦ κόσμου, καθάπερ ἐγώ. Φρονήματος γὰρ τοῦ γεωδεστέρου, καὶ καταστάσεως κοσμικῆς διῴκισται παντελῶς ἡ ἐν Χριστῷ πολιτεία, καὶ ζωὴ, ἧς καὶ κατόπιν ἐρχόμενοι κατά γε τὸ ἐφικτὸν παρελάσαιμεν ἂν καὶ αὐτοὶ τὸ ἐν τοῖς ἐν κόσμῳ καταλογίζεσθαι. Διὰ τοῦτο τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν ὁ θεσπέσιος ἡμῖν διέταξε Παῦλος· ἑψόμεθα δὲ τότε μάλιστα καλῶς, ὅτε μόνα φρονεῖν ἀγαπῶμεν τὰ ὑπερκόσμια, καὶ ἄνω φρονήματος σαρκικοῦ τὸν οἰκεῖον στήσαντες νοῦν, εἰς μόνα βλέπομεν τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἑαυτὸν δὲ πάλιν συγκατατάττει τοῖς μαθηταῖς διὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὗ καὶ κατὰ μίμησιν ὅταν νοοῖτο τυχὸν ὡς ἄνθρωπος πρὸς

[44] Galat. vi, 14.

A *sicut et* **980** *ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves a malo.*

Supernæ ac divinæ bonitatis largitionem utilissimam nobis fore ostendit, quam et justæ ac convenientissimæ retributionis loco propemodum iis ab ipso deberi ait, qui propter ipsum periclitantur. Odit enim mundus eos propter Deum qui Deo adhærent, et qui mandatis ejus obtemperant, ac mundi voluptates repudiant, quique proinde ejus gratiam et auxilium, et in bono perseverantiam merito consequuntur. Nam cum ei innitantur, nec bellum propter eum suscipere, et pericula etiam suis viribus majora subire detrectent, quomodo non retributionem merito reportaverint? Propterea B Servator ait: « Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. » Susceperunt enim, idque perquam libenter, inquit, tuum, o Pater, propter me factum ad eos sermonem, id est prædicationem evangelicam, quæ longe a vita mundana et sensibus terrenis facile credentes amovet. Ideoque a mundo odio habita est, hoc est, ab iis qui quæ mundi sunt sapiunt, et voluptatibus addictam hanc ac detestandam vitam diligunt. Nec enim mundanis hominibus grati sunt ac jucundi sermones sanctorum, qui hujus vitæ mala perpetuo reprehendunt et mundi vitam abominabilem reddunt, peccata ejus arguendo, et acerbis increpationibus ceu jaculis eos confodiendo C quibus peccare ac terrenis in malis volutari dulce est, tum etiam adversus impotentes cupiditates et ambitiones pugnando, omniumque malorum matrem avaritiam procul amandandam esse docendo, præcipiendoque iis qui diabolicis retibus sunt impliciti, ut a veteri errore se expediant, atque ad universi Deum redeant. Odio itaque propter hæc, inquit, habentur, o Pater. Nec enim obscœni criminis alicujus aut impietatis damnati graves exstiterunt mundi hominibus, sed quia tuum sermonem eis dedi, ut idcirco etiam ipsi extra mundum facti sint, sicut ego. A terreno enim sensu et mundi rationibus plane dissita est conversatio et vita Christiana, quam pro virili sequentes inter mun- D danos nequaquam censebimur. **981** Idcirco vestigiis ejus insistere nos jussit divinus Paulus: tunc autem rectissime id faciemus, cum ea tantum sapiemus quæ sunt supra mundum, et supra carnalem sensum elato animo, ad cœlestia tantum respiciemus. Seipsum vero rursus in discipulorum ordine collocat, propter humanitatem, cujus etiam imitatione qua homo intelligitur, ad omne virtutis genus evehimur, sicuti modo dicebamus, omnia mundi peccata prætervecti, alienique ab ejus malis redditi, quemadmodum nimirum divinus ipse quoque Paulus nobis de seipso et Christo scribit: « Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [44]. » Præcipit vero alicubi præterea his

verbis : « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi[15]. » Imitabatur vero Paulus Dominum nostrum Jesum Christum non quatenus est opifex et rerum omnium Dominus; nec enim alios nobis cœlos condidit, aut maria, vel terram creavit; sed imitabatur quodammodo, in suis moribus ac institutis exprimens vitæ ab eo nobis traditæ formam admirabilem, quatenus eam assequi licebat : quis enim Christo par fuerit? Cum igitur seipsum nobis conjunxerit propter humanitatem, imo, ut vere dicam, ad hoc bonum ducem se præbuerit, nempe ut per supramundanam vitam de mundo exeamus (supra mundum enim est evangelica conversatio atque disciplina), ait se non esse de mundo, et nos id porro consequi, quia divinus ejus sermo in mentibus nostris habitavit. Sed quemadmodum mundus me odio habet, inquit, sic et eos odit. Odit vero Christum mundus, quatenus repugnat ejus sermonibus, et admonitiones non admittit, propensionibus ad malum toto animo se dedens. Ut autem Servatorem nostrum Christum odit, ita etiam ipsos discipulos odit, qui sermonem ejus propter eum annuntiant, quod et Paulus faciebat, dicens : « Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquam Deo reconciliante propter nos. Precamur pro Christo, reconciliamini Deo[16]. » Quid ergo postulat, postquam ostendit odio haberi discipulos ab iis qui mundi malis sunt affixi? « Non rogo, inquit, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. » Non enim humanis rebus excedere, nec vita corporea Christus vult sanctos exsolvi, nondum suæ missionis exacto cursu, nec adhuc virtutibus pietatis conspicuos, sed **982** postquam vitam una cum mundanis egerint, eosque ad conversationem Deo placentem deduxerint, tunc cum præclaris operibus in supernam ferri civitatem, et cum sanctorum angelorum versari choris. Inveniemus igitur sanctum Psalmistam ad virtutis amantem Deum ita canentem : « Ne revoces me in dimidio dierum meorum[17]. » Nec enim periculo vacat pias animas, antequam eximio vivendi instituto perficiantur, vita corporis excedere. Ideoque lex Mosaica loco iræ ac supplicii præmaturam mortem peccatoribus inferri docens, sæpius inclamabat : « A malis abstinendum, ne moriaris in tempore non tuo[18]. » Alioquin sanctos velle ex humanis rebus excedere, non mediocre damnum infirmioribus in fide allaturum esset, imo vero ne ad pietatem quidem instituerentur, cum non haberent qui id facere possent. Quod cum nosset Paulus, aiebat : « Melius est dissolvi, et esse cum Christo : permanere autem in carne, necessarium propter vos[19]. » Providens itaque Dominus eorum saluti qui nondum initiati erant, non absque luminaribus mundi homines ait esse relinquendos, sed sanctos servari rogat a perversitate mali semper immunes, et tentationum incursibus, cunctipotentis virtute

A πᾶν εἶδος ἄνιμεν ἀρετῆς, καθάπερ ἀρτίως ἐλέγομεν, ἅπασαν μὲν τὴν ἐν κόσμῳ διαθέοντες ἁμαρτίαν, ἀλλότριοί τε καὶ ξένοι τῶν ἐν αὐτῷ κακῶν ἀναδεδειγμένοι, καθάπερ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν ἐπιστέλλει Παῦλος περί τε ἑαυτοῦ καὶ Χριστοῦ· « Δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. » Προσεπιτάττει γε μὴν καὶ ἑτέρωθί που λέγων· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. » Ἐμιμεῖτο δὲ ὁ Παῦλος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, οὐ καθόπερ ἐστὶ δημιουργὸς καὶ τῶν ὅλων Κύριος· οὐ γὰρ πρὸς τοῖς ἤδη γεγονόσιν ἑτέρους ἡμῖν ἔστησεν οὐρανοὺς, ἀλλ' οὐδὲ θαλάσσας, ἢ γῆν ἀνέδειξέ ποτε· ἐμιμεῖτο δέ πως, ἢ δῆλον ὅτι τῆς ἐπιδειχθείσης ἡμῖν παρ' αὐτοῦ πολιτείας τὸν ἀξιάγαστον τύπον, ἐν ἰδίοις διαπλάττων ἤθεσί τε καὶ B τρόποις, καθόσον ἦν ἐφικέσθαι θέμις· τίς γὰρ ἂν ἐν ἴσῳ γένοιτο τῷ Χριστῷ; Ἡμῖν τοιγαροῦν ἑαυτὸν παραζεύξας διὰ τὸ ἀνθρώπινον, μᾶλλον δὲ ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὡς καὶ εἰς τοῦτο κατάρξας ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἐκβῆναί φημι τὸν κόσμον, διὰ τῆς ὑπερκοσμίου ζωῆς (ἄνω γὰρ κόσμου ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία καὶ παίδευσις), οὐκ εἶναί φησιν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ ἡμᾶς δὲ τούτου τυχεῖν, ἐπείπερ ὁ θεῖος αὐτοῦ κατῴκηκε λόγος ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ κόσμος ἐμὲ μισεῖ, φησὶν, οὕτω καὶ αὐτούς. Μισεῖ δὲ ὁ κόσμος τὸν Χριστὸν, καθὸ τοῖς παρ' αὐτοῦ διαμάχεται λόγοις, καὶ ἀνεπίδεκτον ποιεῖται τὴν παραίνεσιν, ταῖς εἰς φαυλότητα ῥοπαῖς ὅλον ἐπιδοὺς τὸ ἴδιον φρόνημα. Κατὰ μίμησιν δὲ τοῦ Σωτῆρος C ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ αὐτοὺς δηλονότι μεμίσηκε τοὺς μαθητὰς, τὸν παρ' αὐτοῦ δι' αὐτὸν πρεσβεύοντας λόγον, ὅπερ ἐποίει καὶ Παῦλος λέγων· « Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος, δι' ἡμῶν. Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Τίς οὖν ἡ αἴτησις, μετὰ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ μεμισῆσθαι τοὺς μαθητὰς παρὰ τῶν τοῖς κοσμικοῖς προσηλωθέντων κακοῖς; « Οὐκ ἐρωτῶ, φησὶν, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. » Οὐ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων ἀπαλλάττεσθαι πραγμάτων, οὐδὲ τῆς ἐν σώματι ζωῆς ἀπαλλάττεσθαι τοὺς ἁγίους ἐθέλει Χριστὸς, οὔπω τῆς οἰκείας ἀποστολῆς τὸν δρόμον τελέσαντας, ἢ ταῖς D κατ' εὐσέβειαν διαπρέψαντας ἀρεταῖς, ἀλλὰ τοὺς ἐν κόσμῳ συμβιοτεύσαντας καὶ εἰς εὐάρεστον τῷ Θεῷ πολιτείαν τοὺς ἐν αὐτῷ ποδηγήσαντας, μετὰ λαμπρῶν τότε τῶν κατορθωμάτων πρὸς τὴν ἄνω φέρεσθα πόλιν, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἀγγέλων συναυλίζεσθα χοροῖς. Εὑρήσομεν γοῦν τῶν ἁγίων τινὰ προσιόντ τῷ φιλαρέτῳ Θεῷ καὶ ψάλλοντα· « Μὴ ἀναγάγῃς μ ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. » Οὐ γὰρ ἀζήμιον ταῖς φιλο θέοις ψυχαῖς, πρὸ τελειώσεως ὥσπερ τοῖς [γρ. τῆς κατ' ἐξαίρετον πολιτείαν ζωῆς ἀποπίπτειν τῆς μετ σαρκός. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως ὡς ὀργῆς τινος τάξει καὶ τιμωρίας τοῖς φιλαμαρτήμοσ ἐπιῤῥιπτεῖσθαι διδάσκων τὸν οὐκ ἐν καιρῷ τῷ κα ἥκοντι θάνατον, ἐπεφώνει πολλάκις· « Ἔξω δε ἑστάναι κακῶν, ἵνα μὴ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ σου

[15] I Cor. iv, 16. [16] II Cor. v, 20. [17] Psal. ci, 25. [18] Eccle. vii, 18. [19] Philipp. i, 23.

Ἄλλως τε τὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀποδημῆσαι πραγμάτων A τοὺς ἁγίους ἐθέλειν, οὐ μετρίαν ἔμελλε περιποιήσειν ζημίαν τοῖς ἀσθενοῦσι περὶ τὴν πίστιν· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν ὅλως παιδαγωγηθεῖεν εἰς εὐσέβειαν, τοὺς τοῦτο δρᾷν δυναμένους οὐκ ἔχοντες. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ Παῦλός φησι· « Κρεῖττον γὰρ τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. » Προνοήσας οὖν ἄρα τῆς τῶν ἀμυήτων σωτηρίας ὁ Κύριος, οὐ δίχα φωστήρων καὶ ἁλῶν, τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ δεῖν καταλιμπάνεσθαι λέγει, διατηρεῖσθαι δὲ μᾶλλον τοὺς ἁγίους ἐρωτᾷ, τῆς τοῦ πονηροῦ δυστροπίας ἔξω μένοντας ἀεὶ, καὶ τῶν πειρασμῶν τὴν ἔφοδον ὑπεκνεύοντας, δυνάμει τοῦ πάντα ἰσχύοντος Πατρός. Σημειωτέον δὲ πάλιν, ὅτι τὸν ἴδιον καὶ παρ' αὐτοῦ γεγονότα λόγον, φαμὲν δὲ τὸν εὐαγγελικὸν, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εἶναί φησιν, οὐχ ἕτερον αὐτὸν παρὰ τὸν Πατέρα δεικνὺς διὰ τὸ ὁμοούσιον. B Εὑρήσομεν γὰρ ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς συγγράμμασιν ἀποτεθηπότας αὐτὸν τοὺς τῶν Ἰουδαίων λαοὺς, ἐπείπερ αὐτοὺς ἐδίδασκεν, ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἄνω τε καὶ κάτω τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν προϊσχόμενοι, τὰς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεις ποιοῦντες ἐφαίνοντο· ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐχὶ δὴ πάντως τοῖς ἐν σκιᾷ καὶ Γράμμασι κατακολουθήσας τύποις, ἀλλ' ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ τὸν οἰκεῖον καταλαμπρύνων λόγον· « Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις, φησίν· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις· » καίτοι τοῦ νόμου διαγορεύοντος περὶ τῶν θείων λογίων, ὡς ἐπ' αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν· ἀλλ' ὑφεῖλέ τε καὶ προστέθεικεν ὁ Χριστὸς μετατιθεὶς τὰ ἐν τύποις εἰς ἀλήθειαν. Οὐκοῦν οὐκ ἐν τοῖς ὑπὸ νόμον, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἐν ποιήμασι λογισθήσεται, ᾧ γὰρ ἂν ἐκείη τὸ ἐν δούλοις τετάχθαι φυσικῶς, τούτῳ δὴ προσείη που πάντως ἂν καὶ τὸ δεῖν ὑποκεῖσθαι νόμῳ. Ἴδιον οὖν ἄρα λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς ἐποιήσατο Χριστός. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐν Πατρί τε καὶ ἐξ αὐτοῦ Λόγος, τῶν τῆς θεότητος θελημάτων ἐξαγγελτικός· θεότητος δὲ, φημὶ, τῆς ἀληθοῦς καὶ μόνης, ἣ ἐν Πατρί τε καὶ Υἱῷ νοεῖται καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.

A Patris. Observandum autem est rursus, eum dicere, suum sermonem, id est evangelicum, Dei ac Patris esse, ostendendo non alium se esse a Patre, propter identitatem substantiæ. Inveniemus enim in scriptis evangelicis ejus admiratione attonitos Judæorum populos, quod eos doceret tanquam potestatem habens, et non sicuti Scribæ solebant. Hi enim legis placita impense præ se ferebant : Dominus autem noster Jesus Christus, Scripturæ umbras ac figuras minime secutus, sed in divina potestate suum sermonem illustrans : « Dictum est antiquis ; Non mœchaberis, inquit ; ego autem dico vobis : Non concupisces [30] : » quamvis de suis oraculis lex statuerit iis nec addi fas esse nec detrahi : addidit tamen et detraxit Christus, mutatis in veritatem B figuris. Quapropter non inter legi subditos, id est, non in creaturarum numero censebitur : nam qui natura sua servus est, ei utique ut subditus sit legi **983** convenit. Patris igitur sermonem Christus fecit suum. Ipse enim est in Patre et ex Patre Verbum, divinitatis annuntians voluntatem, divinitatis, inquam, veræ ac unius, quæ in Patre, et Filio, et Spiritu sancto intelligitur.

Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσὶ, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν ἀληθείᾳ (1)· *ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν.* C

Ὑπέδειξε πάλιν ἐν τούτοις καὶ κατέστησεν ἐναργὲς ὑπὲρ τίνων ἀνιέναι πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα δεῖται, καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν γένοιτο πρεπωδέστερον, ὅταν ἔτι νοῆται καθ' ἡμᾶς μεσίτης τε καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ παράκλητος, κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν, ἵν' εἴπου τε καὶ διαπταῖσαι συμβαίνοι, καὶ ἁμαρτεῖν τοῦ καθήκοντος λογισμοῦ τε καὶ πράγματος, ἢ καὶ ἀδοκήτοις ἔσθ' ὅτε καταχρούεσθαι πειρασμοῖς, ἤγουν διαβολικαῖς κακουργίαις ὑποχειμάζεσθαι, προσίοι τε ὑπὲρ ἡμῶν, κατά γε τὸ πρέπον τῇ μεσιτείᾳ σχῆμα, καὶ συγχορηγῇ τῷ ἰδίῳ γεννήτορι τοῖς ἀξίοις τὰ ἀγαθά· πρέποι γὰρ ἂν καὶ τοῦτο αὐτῷ, Θεῷ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντι. Ἔχουσι τοίνυν, φησὶν, οἱ τὸν σὸν, ὦ Πάτερ, D δι' ἐμοῦ δεξάμενοι λόγον τὴν ἐμὴν ἐν ἑαυτοῖς διαλάμπουσαν εἰκόνα, σύμμορφοί τε τῷ σῷ γνησίῳ γεγόνασιν Υἱῷ, κατὰ μίμησιν τὴν αὐτοῦ τῆς κοσμικῆς φαυλότητος τὸν κλύδωνα παραθέοντες, ἀλλότριοί τε καὶ ξένοι τῆς ἐν τῷδε τῷ βίῳ φιληδονίας τε καὶ ἁπάσης αἰσχρότητος ἀναδεδειγμένοι. Διὰ τοῦτο « τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ σῇ. » Φυσικὴ μὲν γὰρ ἐν Χριστῷ, καὶ ὑπὲρ λόγον ἡ καθαρότης. Θεὸς γὰρ

XVII, 16, 17. *De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Pater sancte, serva eos in veritate : sermo tuus veritas est.*

Ostendit rursus his verbis palamque fecit pro quibusnam Deum ac Patrem roget, et pro quibus id fieri magis deceat, cum intelligatur sicuti nos mediator [31], et pontifex [32], et advocatus [33], juxta Scripturam divinam, ut si quando labi contingat, et a recto deerrare, aut etiam insperatis quandoque tentationibus concuti, sive diabolicæ fraudis tempestate jactari, Patrem adeat pro nobis, ut mediator, et una cum suo genitore dignis bona largiatur : id enim ei convenit, Deo secundum naturam exsistenti. Habent igitur, inquit, qui tuum, o Pater, sermonem susceperunt, refulgentem in D seipsis imaginem, et conformes facti sunt tuo legitimo Filio, ad ejus imitationem mundanæ nequitiæ fluctus enavigantes, et ab omni studio voluptatis ac turpitudinis immunes redditi. Idcirco « serva eos in veritate tua. » Naturalis enim est in Christo et omni oratione major puritas. Deus enim est verus, qui peccato obnoxius esse nequit, cum virtutis omnis sit fons, et ejus quæ sanctificatione constat sanctitatis. Nihil aliud enim facit

[30] Matth. v, 27, 28. [31] I Tim. ii, 5. [32] Hebr. iii, 1. [33] I Joan. ii, 1.

(1) *Vulg.* Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.

divina et universi regina natura, nisi quod ei conveniat revera, et inesse intelligatur. In sanctis vero discipulis, sive omnibus qui credunt in ipsum, non aliter puritas inest, aut ab hujus mundi malis immunes fiunt, quam per supernam misericordiam et gratiam quæ priorum peccatorum sordes, ac præteritæ vitæ crimina expellit, et sanctæ vitæ claritatem inducit, quæ tamen in eodem statu non facile perseverat. Sapientissime quippe mihi Paulus dixisse videtur: « Quare qui sibi stare videtur, videat ne cadat [24]. » Res enim nostræ perpetuo fluctu agitantur variisque modis concutiuntur, Malo nos jugiter **984** tentante, insidiasque assidue struente, et obscuris scelerum artibus inquinare volente, si possit, etiam purgatos. « Escæ enim ejus electæ, » juxta prophetæ vocem [25]. Cum ergo testatus sit discipulos suos alienam a mundo vitam agere, et essentialis suæ puritatis imitando conformitatem expressisse, servari demum eos, idque a Patre petit, tantum non dicens: O sanctissime Pater, si essent in mundo, id est, si vitam quam hic mundus in pretio habet viverent, si terrenis ac temporariis voluptatibus mentem suam immergentes, impurissimam in seipsis quodammodo Mali formam depingerent, minus ille forsan tentationibus suis ingrueret, nec in liberos suos armaretur, quippe qui suæ nequitiæ formam in iis expressam haberet: cum autem exemplo meo mundi hujus imposturas ridentes alieni a mundo facti sint, et incomparabilis mei splendoris clarissimam speciem in suis moribus exprimant, sibique infensissimum hostem et insidiatorem ducant, qui perpetuo sanctis infrendit, Satanam, servari demum eos velim. Servari autem nequeunt sine veritate tua, id est sine me. Sum enim ego secundum naturam veritas tua, o Pater, substantiale nimirum ac vivens et hypostaticum Verbum. Atque hæc ab eo quidem dici suspicandum est. Animadverte vero, ut in omnibus suis sermonibus, ubi aliquam Patri attribuit operationem, suæ quoque personæ simul mentionem faciat, verum utique ostendendo illud: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [26]. » Igitur paulo ante rogabat servari suos discipulos in nomine quod datum est: hic vero in veritate Patris, petitionem impleri vult pro ipsis. Quid ergo varietas illa sermonum sibi vult, nisi ut ostendat unam esse a Patre per ipsum in conservandis sanctis operationem? Ibi enim in nomine Patris servari oportere affirmans suos discipulos, in gloria et virtute deitatis liberari ex diaboli manu eos dicit qui propter Deum pericula subeunt. Cujusmodi etiam factum est in ipsis, tametsi reticetur, quod suis discipulis olim Christus revelans, dixit: « Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi **985** pro te ut non deficiat fides tua [27]. » Nam pleraque eorum quæ ad

A ἐστιν ἀληθινὸς, ἁμαρτίᾳ μὲν ὑποπίπτειν οὐκ εἰδὼς, ἢ καὶ ἀνεχόμενος, πηγὴ δὲ μᾶλλον ὑπάρχων ἀρετῆς ἁπάσης, καὶ τῆς ἐν ἁγιασμῷ νοουμένης λαμπρότητος. Δρῴη γὰρ ἂν ἕτερον οὐδὲν ἡ θεία τε καὶ τῶν ὅλων κρατοῦσα φύσις, εἰ μὴ ὅπερ ἂν αὐτῇ πρέποι τε κατ' ἀλήθειαν καὶ νοοῖτο προσόν. Ἐν δὲ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, ἤγουν ἅπασι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, οὐχ ἑτέρως ἐνυπάρξαι τὸ καθαρὸν, ἤγουν τὸ μηκέτι τοῖς κοσμικοῖς ἀναφύρεσθαι κακοῖς, εἰ μὴ διὰ τῆς ἄνωθεν ἀμνησικακίας τε καὶ χάριτος, ἐκποδὼν μὲν τιθείσης τῶν ἤδη προεπταισμένων τὸν μολυσμὸν, καὶ τοῦ παρελάσαντος βίου τὰ ἐγκλήματα, εἰσκομιζούσης δὲ μᾶλλον τῆς ἐν ἁγιασμῷ ζωῆς τὴν λαμπρότητα, πλὴν οὐκ ἀταλαίπωρον ἐχούσης τὴν ἐν ταυτότητι διαμονήν. Σοφώτατα γάρ μοι φαίνεται καὶ ὁ Παῦλος εἰπών· B « Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Ἀεὶ γὰρ ἐν σάλῳ τὰ ἡμέτερα καὶ ποικίλως δονεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀκαταλήκτως τοῦ Πονηροῦ πειράζοντος, προσεδρεύοντός τε διὰ παντὸς, καὶ δυσκατόπτοις κακουργιῶν εὑρήμασι κατασπιλοῦν ἐθέλοντος, εἴπερ ἂν δύναιτο, καὶ τοὺς ἤδη κεκαθαρμένους. « Τὰ γὰρ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτὰ, » κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Ἐπιμαρτυρήσας τοίνυν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὴν ἔξω κόσμου ζωὴν, καὶ τῆς οὐσιώδους ἑαυτοῦ καθαρότητος τὴν κατὰ μίμησιν συμμορφίαν, τηρηθῆναι λοιπὸν καὶ παρὰ Πατρὸς ἐρωτᾷ, μονονουχὶ λέγων· Ὦ πανάγιε Πάτερ, εἰ μὲν ἦσαν ἐν κόσμῳ, τοῦτ' ἔστιν, εἰ τὸν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ τετιμημένον διέζων βίον, εἰ ταῖς ἐπιγείοις καὶ προσκαίροις ἡδοναῖς τὸν C οἰκεῖον ἐγκατασπείροντες νοῦν, τὴν ἀκαλλεστάτην τοῦ Πονηροῦ κατέγραφον ὥσπερ ἰδέαν ἐν ἑαυτοῖς, οὐκ ἂν ἐπεφύη πειράζων ἐκεῖνος, ἀλλ' οὐδ' ἂν τοῖς ἰδίοις αὐτὸς ἐξωπλίσθη τέκνοις, τῆς ἐνούσης αὐτῷ φαυλότητος ἐν αὐτοῖς ἔχων τὴν μίμησιν· ἐπειδὴ δὲ καθ' ὁμοιότητα καὶ αὐτοὶ τὴν ἐμὴν, τὴν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ διαγελῶντες ἀπάτην, ἔξω τε κόσμου γεγόνασι, καὶ τὸ τῆς ἐμῆς ἀσυγκρίτου φαιδρότητος διαφανέστατον σχῆμα λοιπὸν ἐν οἰκείοις ἀναμάττονται τρόποις, ἔφεδρόν τε διὰ τοῦτο καὶ πολεμιώτατον ἔχουσι τὸν ἀεὶ τοῖς ἁγίοις ἐπιτρίζοντα Σατανᾶν, διατηρεῖσθαι λοιπὸν ἀναγκαίως βούλομαι. Διατηρεῖσθαι δέ πως οὐ δίχα τῆς ἀληθείας τῆς σῆς, τοῦτ' ἔστιν ἐμοῦ. Εἰμὶ γὰρ ἐγὼ κατὰ φύσιν ἀλήθεια σὴ, ὦ Πάτερ, ὁ οὐσιώδης τε καὶ ζῶν καὶ ἐνυπόστατος Λόγος. Καὶ ταυτὶ D μὲν λέγειν οἴεσθαι δεῖν ὑποτοπητέον αὐτόν. Βλέπε δὲ ὅπως διὰ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν αὐτοῦ λόγων τῇ τοῦ Πατρὸς ἐνεργείᾳ, τῇ κατά τι γοῦν νοουμένῃ, τὸ οἰκεῖον παρεισδύσας πρόσωπον, συνεισάγει πάντως, ἐκεῖνό που τάχα παραδεικνὺς ἀληθὲς ὅτι, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Ἐν μὲν οὖν τοῖς ὀπίσω βραχὺ τηρεῖσθαι τοὺς μαθητὰς παρὰ τοῦ ἰδίου γεννήτορος ἐν ὀνόματι παρεκάλει, τῷ δοθέντι αὐτῷ· ἐν δέ γε τούτοις, ἐν τῇ ἀληθείᾳ τοῦ Πατρὸς, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν αἴτησι πληροῦσθαι βούλεται. Τί οὖν ἄρα καὶ τοῦτό ἐστιν, τί τὸ ποικίλον τῶν λόγων βούλεται; Οὐ μίαν οὖσα ἐπιδεικνύειν τὴν παρὰ Πατρὸς ἐνέργειαν δι' αὐτο

[24] I Cor. x, 12. [25] Habac. i, 16. [26] Joan. i, 3. [27] Luc. xxii, 31, 32.

τελουμένην ἐπὶ τῇ τῶν ἁγίων φειδοῖ; Ἐν μὲν γὰρ A ἐκείνοις, ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς χρῆναι λέγων τηρεῖσθαι τοὺς μαθητὰς, οἱονεὶ τὸ ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει θεότητος, τῆς τοῦ κακοῦ ἐθέλοντος ἔξω γενέσθαι χειρὸς, τοῖς διὰ Θεὸν κινδυνεύουσιν ὑπάρξαι φησὶν, ὁποῖόν τι καὶ γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς, κατὰ τὸ σιωπώμενον, ὃ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐκκαλύπτων, κατὰ καιροὺς, εἴρηκεν ὁ Χριστός· « Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι, ὡς τὸν σῖτον· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. » Λεληθότως γὰρ οἰκονομεῖται τῶν καθ' ἡμᾶς τὰ πολλὰ, προνοοῦντος δηλονότι, καὶ ὑπερασπίζοντος τοῦ Χριστοῦ τῆς ἑκάστου ζωῆς. Ἐνταῦθα δὲ λέγων, « Τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ, » κατασημαίνει σαφῶς τὸ δι' ἐλλάμψεως τῆς ἀληθείας, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας χειραγωγεῖσθαι κατάληψιν. Οὐδὲ γὰρ ἂν δίχα τοῦ διὰ B πνεύματος φωτισμοῦ πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἴοι τις ἂν, οὐδ' ἂν ὅλως ἀκριβῆ τῶν θείων δογμάτων ἐκπορίσαιτ' ἂν ἑαυτῷ τὴν κατάληψιν, κατά γε τὸ ἀνθρώποις φαμὲν ἐφικτόν. Ὑπὲρ γὰρ νοῦν τὸν ἡμέτερον τὰ ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ μυστήρια, πλὴν οὐκ ἀκλεὲς τὸ δῶρον, τὸ κἂν γοῦν ἐν μετρίᾳ, φημὶ, γενέσθαι τῇ γνώσει τῇ περὶ Χριστοῦ. Πέτρος γοῦν ὁ μακάριος, Υἱὸν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ὁμολογήσας τὸν Κύριον, ἤκουσεν, εἰκότως· « Μακάριος εἶ, Σίμων, Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἀποκαλύπτει γὰρ τοῖς ἁγίοις τὸν ἴδιον Υἱὸν, ὅς ἐστιν ἀλήθεια, παρατρέπειν οὐκ ἐῶντα τὸν Σατανᾶν πρὸς κίβδηλον γνῶσιν τῶν πιστευόντων τὸν νοῦν, ᾧ προσ- C κεκλιμένοι κατὰ καιροὺς Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, ἐναυάγησαν περὶ τὴν πίστιν, τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας παρωσάμενοι λόγον. Μέγα τοίνυν εἰς τὸ διαμεῖναι καλῶς καὶ ἐν ὀρθότητι λογισμῶν καὶ πράξεων, τὸ ἐν ὀνόματι Θεοῦ, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τηρεῖσθαι παρὰ Πατρὸς, ἵνα μήτε περὶ τὴν τῆς πρακτικῆς φαιδρότητα διαπταίωμεν, μήτε μὴν ταῖς εἰς ἀμαθίαν παρατροπαῖς, τῶν τῆς ἐν ἀληθείᾳ θεοσεβείας δογμάτων ἐξοιχώμεθά ποι μακράν. Τοῦτο δ' ἂν καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ὑπάρξαι ῥᾳδίως, ὅταν ἔξω τοῦ κόσμου γεγονότες φαινώμεθα, οὐκ ἀρνούμενοι τὴν ἐν κόσμῳ γένεσιν (ἐκ πηλοῦ γὰρ οἱ πάντες, καὶ ἐκ γῆς διηρτίσμεθα, κατὰ τὸ γεγραμμένον), τῇ δὲ τῶν ἔργων ποιότητι, τῆς τῶν ἐν κόσμῳ ζωῆς παραλλάττοντες. Περιπατοῦντες γὰρ ἐπὶ γῆς ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται, τῆς ἐν Χριστῷ συμμορφίας οἱ ἐρασταί. Σημειωτέον δὲ πάλιν, ὅτι δὴ σφόδρα χρησίμως ἅγιον ἐν τούτοις ἀποκαλεῖ τὸν Πατέρα, μονονουχὶ καὶ ὑπομιμνήσκων αὐτὸν, ὅτιπερ ἅγιος ὢν, τοῖς ἁγίοις ἐφήδεται. Ἅγιον δὲ πᾶν ὅπερ ἂν φαίνοιτο τῆς ἐν κόσμῳ κηλῖδος ἀπηλλαγμένον, ὅπερ ἐστὶ φυσικῶς μὲν ἐν Χριστῷ, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Πατρὸς, εἰσποιητὸν δὲ καὶ εἰσκεκριμένον ἐν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, διά τε τοῦ κατὰ χάριν ἁγιασμοῦ, καὶ τῆς ἐν βίῳ φαιδρότητος καὶ ἐπιεικείας. Πλάττοιτο γὰρ ἂν πρὸς εἰκόνα τις οὕτω τὴν θείαν, καὶ ὑπερκόσμιον.

nos pertinent occulte dispensantur, providente nimirum, et uniuscujusque vitam protegente Christo. Cum autem hic dicat, « Serva eos in veritate, » clare significat illustratione veritatis eos ad comprehensionem deduci veritatis. Nec enim absque illuminatione spiritali ad agnitionem venire licet veritatis, nec divinorum dogmatum exactam comprehensionem assequi facultatis est humanæ. Nostram quippe mentem excedunt quæ divinis Litteris continentur mysteria, exiguum vero munus non est, vel mediocrem Christi cognitionem assequi : quippe beatus ille Petrus, Dominum confessus Filium vere Dei viventis, jure audiit : « Beatus es, Simon, Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est [28]. » Revelat enim sanctis suum Filium, qui, cum sit veritas, non sinit Satanam in adulterinum sensum fidelium mentem abducere, cui cum olim Hymenæus et Alexander adhæsissent, repudiato veritatis sermone, naufragium circa fidem passi sunt [29]. Magnum igitur est ad recte agendum et sentiendum, in Dei nomine ac veritate servari a Patre, ut nec ab agendi splendore excidamus, nec in inscitiam delapsi a veræ pietatis dogmatis procul amandemur. Quod quidem nobis ipsis facile continget, cum extra mundum esse videbimur, ita tamen ut nos in mundo natos non inficiemur (ex limo enim et ex terra formati omnes sumus, ut scriptum est [30]); sed operum qualitate a mundanorum vita differamus. Nam qui conformitatem cum Christo appetunt, ambulantes in terra conversantur in cœlo [31]. Observandum autem est rursus, utiliter hic Patrem vocare sanctum, tantum non cum admonens quod, cum sanctus sit, sanctis oblectatur. Sanctum autem est quodcunque cernitur a mundi sordibus immune, quod quidem est in Christo naturaliter sicut in Patre : ascititium vero et adventitium in sanctis discipulis, sanctificatione nimirum per gratiam, et splendore atque probitate vitæ. Sic enim ad imaginem divinam et supramundanam conformari licet.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι οὐκ ἐκ μετοχῆς τῆς πρὸς ἕτερον ἅγιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐδὲ ξένος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὁ διὰ Πνεύματος ἁγιασμός.

Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὦσι καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ.

Ἅγιον ὀνομάσας μάλιστα νυνὶ τὸν Πατέρα, διατη-

986 CAP. X.

D *Quod Christus sanctus non sit participatione cum alio, et quod ab ejus essentia aliena non sit sanctificatio per Spiritum.*

XVII, 18, 19. *Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate.*

Postquam paulo ante Patrem sanctum nomina-

[28] Matth. XVI, 17. [29] I Tim. I, 19. [30] Gen. III, 19. [31] Philipp. III, 20.

vit, et servari discipulos rogavit in veritate, id est in suo spiritu (spiritus enim est veritas, juxta Joannis vocem, quandoquidem et spiritus veritatis est, ipsius nimirum Unigeniti [32]), misisse ait eos in mundum exemplo suæ missionis. Apostolus enim et pontifex confessionis nostræ Jesus factus est, ut ait Paulus [33], secundum formam humanitati convenientem, et inanitionis modum. Ad hoc autem semel ordinatos discipulos omnino sanctificandos ait a sancto Patre, qui sanctum videlicet in eis habitare facit Spiritum per Filium. Sane enim nunquam eo splendoris discipuli Servatoris venissent, ut totius orbis luminaria fierent, nec tam gravibus diaboli et aliorum tentationibus restitissent, nisi Spiritus participatione mentem munitam habuissent, et ad insolitum et quod hominem excedit mandatum per ipsum confirmati, atque ad puram divinarum Litterarum sacrorumque Ecclesiæ dogmatum cognitionem per Spiritus illustrationem facile deducti fuissent. Et quidem Servator conversans cum eis post resurrectionem a mortuis, sicut scriptum est [34], et omnibus per universum orbem hominibus gratiam per fidem prædicare præcipiens [35], jussit ut ab Hierosolymis non discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam ab eo, idque per prophetarum vocem audierant [36]. « Erit enim in diebus illis, inquit Dominus, et effundam de Spiritu meo super omnem carnem [37]. » Quin et Servator ipse Spiritum effusum iri super eos promittebat, dicens: « Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem [38]. » Et rursus: « Et ego
987 rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis [39]. » Proprius enim Dei ac Patris est Spiritus, nihilominus tamen proprius quoque est ipsius Filii, non quasi diversus sit et alius ab alio, aut seorsim in utroque intelligatur et insit, sed quia ex Patre et in Patre secundum naturam est Filius, cum verus sit fructus substantiæ ejus [40], Patris proprium Spiritum secundum naturam sibi vindicat, procedentem quidem ex Patre, sed per ipsum Filium creaturæ traditum, non tanquam per ministrum aut famulum, sed, sicuti modo dixi, ex ipsa quidem Dei ac Patris substantia procedentem, in eos autem effusum qui ejus accipiendi digni sint per Verbum consubstantiale, et quod ex ipso effulget, ratione expressionis videlicet qua per se subsistit, et in ipso manet ac semper est, conjunctimque simul, atque, ut ita dicam, divisim. Hypostatice quippe dicimus esse Filium, et in suo rursus inesse genitore, habereque in seipso genitorem. Quia vero Patris Spiritus, Spiritus est Filii et Patris qui mittit, aut qui sanctis eum daturum se pollicetur, rursus cum ut proprium largitur Filius, propter identitatem substantiæ quam habet cum

A ρεῖσθαί τε τοὺς μαθητὰς ἐρωτήσας, ἐν ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τῷ ἰδίῳ πνεύματι (τὸ γὰρ Πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, ἐπεὶ καὶ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐστὶν, αὐτοῦ δηλονότι τοῦ Μονογενοῦς), ἀπεσταλκέναι φησὶν αὐτοὺς ἐν τῷ κόσμῳ κατὰ μίμησιν τῆς οἰκείας ἀποστολῆς. Ἀπόστολος γὰρ καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γέγονεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, κατά γε τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι σχῆμα, καὶ τῷ τῆς κενώσεως τρόπῳ. Προκεχειρισμένους δὲ ἅπαξ εἰς τοῦτο τοὺς μαθητὰς, δεῖσθαι δὴ πάντως τοῦ ἁγιάζεσθαί φησι παρὰ τοῦ ἁγίου Πατρὸς, ἐνοικίζοντος αὐτοῖς δηλονότι δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ γάρ τοι κατ' ἀλήθειαν, οὐκ ἂν εἰς τοῦτο φαιδρότητος ἀφίκοντό ποτε τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, ὡς ὅλης
B γενέσθαι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀντέσχον πρὸς τὰ ἐκ τῶν πειραζόντων, ἤτοι τοῦ διαβόλου δυσάντητα βλάβη, τῇ τοῦ Πνεύματος μετουσίᾳ μὴ διαπεφραγμένοι τὸν νοῦν, καὶ εἰς ἀσυνήθη τινὰ καὶ τὴν ὑπεράνθρωπον ἐντολὴν δι' αὐτοῦ δυναμούμενοι, καὶ εἰς γνῶσιν ἀκραιφνῆ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς καὶ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος δᾳδουχίας ἀνιδρωτὶ ποδηγούμενοι. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ συναλιζόμενός τε αὐτοῖς, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καθὰ γέγραπται, καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὴν διὰ πίστεως χάριν κηρῦξαι προστάξας παρήγγειλεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, περιμένειν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν αὐτοῦ τε λέγοντος ἤκουσαν καὶ διὰ φωνῆς τῶν
C ἁγίων προφητῶν· « Ἔσται γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, λέγει Κύριος, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Καὶ αὐτὸς δὲ σαφῶς ὁ Σωτὴρ τὴν τοῦ Πνεύματος πρόχυσιν ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς κατεπηγγέλλετο, λέγων· « Ἔτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν. » Καὶ πάλιν· « Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν. » Ἴδιον γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἴδιόν ἐστι καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον, ἢ μεριστῶς ἐν ἑκατέρῳ νοούμενόν τε καὶ ἐνυπάρχον, ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ Πατρὸς, καὶ ἐν Πατρὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καρπὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ τοῦ Πατρὸς
D ἴδιον Πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, χεόμενον μὲν ἐκ Πατρὸς, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ Υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, οὐ κατά τινα τρόπον διακονικὸν, ἤγουν τὸν ἐν ὑπουργίᾳ νοούμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, χεόμενον δὲ τοῖς ἑλεῖν ἀξίοις διὰ Λόγου τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότος, κατ' ἔκφανσιν δηλονότι τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντός τε καὶ ὄντως [γρ. ὄντος] ἀεὶ, προσεχῶς τε ἅμα καὶ οἷον μεμερισμένως. Ἰδιοσυστάτως μὲν γὰρ εἶναί φαμεν τὸν Υἱὸν, ἐνυπάρχειν δὲ αὖ τῷ ἰδίῳ γεννήτορι, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν γεννήσαντα. Ὅτι δὲ

[32] I Joan. v, 6. [33] Hebr. iii, 1. [34] Joan. xxi, 14. [35] Matth. xxviii, 18-20. [36] Act. i, 4. [37] Joel. ii, 28. [38] Joan. xvi, 12, 13. [39] Joan. xiv, 16. [40] Hebr. i, 3.

τὸ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, Πνεῦμα φαίνεται τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς πέμποντος, ἤτοι διανέμειν ἐπαγγελλομένου τοῖς ἁγίοις αὐτὸ, διαδίδωσι πάλιν ὡς ἴδιον ὁ Υἱὸς, διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, ἧς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα καὶ ὅτι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἐνεργὸς ὁ Πατὴρ δι' αὐτοῦ, σαφέστατα πάλιν αὐτὸς διαμεμήνυκεν εἰπών· « Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς· ὅταν δὲ ἀπέλθω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. » Ἐν ἑτέροις εἰπών· « Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, » ἀναφανδὸν ἐν τούτοις αὐτὸς ἡμῖν τὸν Παράκλητον καταπέμψειν ἐπαγγέλλεται. Ἐπειδὴ τοίνυν προβέβληνται, φησὶν, εἰς ἀποστολὴν τὴν ἐν κόσμῳ καθ' ὁμοιότητα τὴν ἐμὴν, οἱ τοῖς ἐμοῖς λόγοις προσεδρεύοντες μαθηταὶ, « Τήρησον αὐτοὺς, ἅγιε Πάτερ, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, » τοῦτ' ἔστιν ἐν τῷ σῷ Λόγῳ, ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ τὸ ἁγιάζον ἔστι τε καὶ πρόεισι Πνεῦμα. Καὶ τίς ταῦτα λέγοντι τῷ Σωτῆρι σκοπός; Ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τὸν ἐν Πνεύματι καὶ διὰ Πνεύματος ἁγιασμὸν ἐκάλει παρὰ Πατρὸς, καὶ ὅπερ ἦν ἐν ἡμῖν ἀπὸ πρώτων τῆς γενέσεως χρόνων καὶ ἐν ἀρχαῖς τοῦ πεποιῆσθαι παρὰ Θεοῦ, τοῦτο πάλιν ἐν ἡμῖν ἀναζωπυρεῖσθαι βούλεται. Καὶ ταῦτά φαμεν, ἅτε δὴ μεσιτεύοντος καὶ τὸ τοῦ Παρακλήτου πρόσωπον ἀποπληροῦντος ὑπὲρ ἡμῶν, πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς. Ἀλλ' ἵνα τῆς ἀσαφείας καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ λόγον ἀπαλλάττοντες, εὐκάτοπτον τοῖς ἀκροωμένοις τὴν τῶν εἰρημένων καταστήσωμεν δύναμιν, φέρε τι βραχὺ περὶ τοῦ πρωτοπλάστου λέγωμεν. Ἔφη τοίνυν Μωσῆς ὁ θεσπέσιος περὶ αὐτοῦ, ὅτι δὴ χοῦν ἀπὸ γῆς λαβὼν ὁ Θεὸς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. Εἶτα τὸ ζῶον εἰς τὸν τέλειον ἄγων ἀπαρτισμὸν, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ἐψυχώθη διδάσκων, « Ἐνεφύσησε, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, » οὐ δίχα τοῦ διὰ Πνεύματος ἁγιασμοῦ τὴν ψυχὴν τῷ ἀνθρώπῳ δεδόσθαι σημαίνων, ἀλλ' οὐδὲ γυμνὴν, ἢ ἐρήμην παντελῶς τῆς θείας καθεστάναι φύσεως. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὤφθη ποτὲ κατ' εἰκόνα τὴν ἀνωτάτω, τὸ χθαμαλωτάτην οὕτως ἔχον τὴν γένεσιν, εἰ μὴ τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος μόρφωσιν, προσωπεῖον ὥσπερ τι περικαλλὲς ἔλαχέ τε καὶ ἐκληρώσατο, βουλήσει δὲ δηλονότι τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ γάρ ἐστι τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας εἰκὼν ἀκραιφνὴς τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον διὰ τοῦ Παύλου· « Οὓς γὰρ προέγνω, καὶ προώρισε, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ· τοὺς οἷσπερ ἂν ἐνυπάρξαι συμμόρφους ἀποτελεῖ τῇ τοῦ Πατρὸς εἰκόνι, τοῦτ' ἔστι τῷ Υἱῷ, οὕτω τε τὰ πάντα δι' Υἱοῦ πρὸς τὸν ἐξ οὗπερ ἐστὶ Πατέρα διὰ Πνεύματος ἐπανάγεται. Ἀνανεοῦσθαι τοιγαροῦν καὶ ἀναπλάττεσθαί πως εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐρωτᾷ διὰ μετουσίας τοῦ Πνεύματος, ἵνα τὴν πρώτην ἐκείνην ἀμφιεσάμενοι χάριν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνακομισάμενοι μόρφωσιν, ἀμείνους τε ἤδη καὶ δυνατώτεροι τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ βασιλευούσης ἁμαρτίας εὑρισκώμεθα, μόνῃ τε τῇ εἰς Θεὸν ἀγαπήσει προσεδρεύωμεν, ἐφέσει τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὁλοσχερῶς ἀνακείμενοι,

A Patre, et in omnibus Patrem operari per eum apertissime rursus ipse significavit, dicens: « Expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; cum autem abiero, mittam eum ad vos [41]. » Cum alibi dicat: « Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis [42]: » aperte hic ipse nobis Paracletum se missurum pollicetur. Cum ergo, inquit, exemplo missionis meæ discipuli qui meis sermonibus adhærent in mundum missi sint, « Serva eos, Pater sancte, in veritate tua, » id est in Verbo tuo, in quo et per quod sanctificans est atque procedit Spiritus. At quis demum Servatori scopus erat, cum hæc diceret? In nos ipsos sanctificationem in Spiritu et per Spiritum a Patre vocabat, et quod erat in nobis
B a mundi conditu, et cum primum a Deo facti sumus, idipsum rursus excitari vult in nobis. Atque hæc dicimus, puta mediante, et advocati personam pro nobis implente apud Patrem qui in cœlis est Unigenito. Verum ut obscuritate omni sublata horum verborum vim ac sensum palam faciamus auditoribus, age de primo homine nonnihil dicamus.
988 Dixit ergo divinus ille Moyses de ipso, Deum sumpto de terra pulvere formasse hominem [43]. Tum quomodo ad perfectionem deductum fuerit animal, et qua ratione animatum fuerit edocens, « Insufflavit, inquit, in faciem ejus spiraculum vitæ [44], » non absque sanctificatione Spiritus animum homini datum esse significans, sed
C nec expertem prorsus naturæ divinæ fuisse constitutum. Nec enim ad supremam illam imaginem animal tam vili ortu præditum expressum fuisset unquam, nisi formationem illam per spiritum ceu pulcherrimam quamdam faciem, voluntate nimirum Dei nactus esset. Nam cum Unigeniti substantiæ sincera imago sit Spiritus ejus, ut Paulus scribit [45]: « Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui [46], » eos in quibus exstiterit conformes reddit Patris imagini, id est Filio, atque ita cuncta per Filium ad eum ex quo est Patrem per Spiritum revocat. Renovari ergo et reformari quodammodo ad primam illam imaginem rogat hominis naturam per Spiritus participationem, ut prima illa induti gratia, et recu-
D perata cum eo similitudine, potentiores et fortiores peccato quod in hoc mundo regnat inveniamur, solique erga Deum dilectioni hæreamus, desiderio ad omne bonum penitus affixi, et carnis studio superato, inviolatum in nobis inditæ imaginis decus tueamur. Hæc enim est vita spiritalis, hæc vis et ratio cultus in Spiritu. At si denuo prolixitate sermonis in pauca contracta aliquid addere est operæ pretium, vetus humanitatis donum, id est sanctificationem per Spiritum, et naturæ divinæ participationem in nos Christus vocabat [47], in suis discipulis tanquam in primitiis suscipientium, cum verum sit quod scriptum est [48], laborantem agri-

[41] Joan. XVI, 7. [42] Joan. XIV, 16. [43] Gen. III, 19. [44] Gen. II, 7. [45] Hebr. I, 3. [46] Rom. VIII, 29. [47] II Petr. I, 4. [48] II Tim. II, 7.

colam oportere primum de fructibus percipere. A Sed ut in hoc etiam cerneretur ipse primatum ducere [49] (nam quia decebat eum cum sit primogenitus in multis fratribus [50], et nostri similis, propter similitudinem quam habet nobiscum, omnis boni initium, et januam ac viam nobis esse), idcirco intulit quod sequitur, nempe: « Pro eis ego sanctifico meipsum; » quod difficile quidem est intellectu : **989** Verbum tamen quod cuncta illuminat, et quod profunda revelat ex tenebris, istud quoque nobis mysterium explanabit. Sanctificari ergo juxta legis consuetudinem dicitur, quod instar alicujus donarii aut oblationis Deo offertur, siculi nimirum et omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel. « Sanctifica enim mihi omne primogenitum quod aperit vulvam, » B ad Moysen dixit Deus [51], id est, consecra, et offer, atque ut sacrum nuncupa. Nec enim dicimus, nec ab alio unquam audivimus Deum jussisse Moysi ut spiritalem sanctificationem nonnullis inderet : nec enim id in creaturam cadere potest, sed uni Deo convenit. Unde cum lex seniores ei adjungere vellet, non jussit ipsum Moysen sanctificationem electis imponere, sed aperte dixit se ablaturum de spiritu ejus, et unicuique eorum qui electi fuerint daturum [52]. Sanctificare enim posse per Spiritus participationem, unius reginæ omnium naturæ opus est. Hanc istius vocabuli significationem ut in lege passim usurpatur, palam nobis faciet Salomon, dicens : « Laqueus viro est cito quid ex propriis sanctificare : postea enim quam voverit, C evenit pœnitere [53]. » Cum ergo sanctificare pro consecrare et offerre sumatur, dicimus Filium pro nobis sanctificasse seipsum. Obtulit enim seipsum, tanquam sacrificium et sanctam victimam Deo ac Patri, mundum ei reconcilians, et in amicitiam revocans quod ea excidit, nempe genus humanum. « Ipse enim est pax nostra, » sicuti scriptum est [54]. Nostra vero ad Deum reversio non aliter per Servatorem Christum facta intelligitur, quam per participationem Spiritus et sanctificationem. Spiritus enim est qui nos conjungit, atque, ut ita dicam, unit cum Deo, quo suscepto, participes et consortes naturæ divinæ reddimur [55], cumque suscipimus per Filium, et in Filio Patrem. Scribit D ergo nobis sapiens Joannes de ipso : « In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis [56]. » Quid porro Paulus? « Quoniam autem, inquit, estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem : Abba, Pater [57], » ita ut si nos forsan expertes Spiritus essemus, **990** ne in nobis quidem penitus agnosceretur esse Deus; et nisi Spiritu qui nos inter filios Dei collocat ditati essemus, filii Dei omnino non essemus. Quomodo igitur assumpti sumus, aut quomodo naturæ di-

A καὶ φιλοσαρκίας κρείττονα τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀπαραποίητον ἐν ἑαυτοῖς τῆς ἐντεθείσης εἰκόνος τὸ κάλλος τηρήσωμεν. Οὗτος γὰρ ὁ βίος ὁ πνευματικὸς, αὕτη τῆς ἐν Πνεύματι λατρείας ἡ δύναμις. Ἀλλ' εἰ χρή τι πάλιν τὸ τοῦ λόγου μῆκος συνελόντας ἐν ὀλίγοις εἰπεῖν, τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀνθρωπότητος δῶρον, τοῦτ' ἔστι τὸν διὰ Πνεύματος ἁγιασμὸν, καὶ τὴν τῆς θείας φύσεως κοινωνίαν ἐφ' ἡμᾶς ἐκάλει Χριστὸς, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῶν δεχομένων ἐν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, ἐπεί τοι καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, ὅτι τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Ἀλλ' ἵνα κἀν τούτῳ φαίνηται πρωτεύων αὐτὸς (ἔδει γὰρ ὄντα πρωτότοκον, ὡς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπινοούμενον, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν αὐτὸν ὁρᾶσθαι γεγονότα τε καὶ ὑπάρχοντα B παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ καὶ ἀρχὴν, καὶ θύραν, καὶ ὁδὸν), ἀναγκαίως ἐπήνεγκε τὸ ἐφεξῆς, τοῦτ' ἔστιν, « Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. » Καὶ δυσεξήγητον μέν πώς ἐστι, καὶ δυσχερὲς εἰς νόησιν τὸ εἰρημένον· πλὴν ὁ πάντα φωτίζων Λόγος, καὶ ἀποκαλύπτων βαθέα ἐκ σκότους, σαφηνιεῖ καὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ μυστήριον. Ἁγιάζεσθαι μὲν οὖν λέγεται κατὰ συνήθειαν νομικὴν, τὸ ἐν τάξει τινὸς ἀναθήματος, ἢ δωροφορίας τῷ Θεῷ παρά του προσαγόμενον, καθάπερ ἀμέλει καὶ πᾶν πρωτότοκον διανοῖγον μήτραν ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. « Ἁγίασον γάρ μοι πᾶν πρωτότοκον διανοῖγον μήτραν, » πρὸς τὸν ἄριστον ἔφη Μωσέα, τοῦτ' ἔστιν ἀνάθες, καὶ ἀπόνειμε, καὶ κατάγραψον, ὡς ἱερόν. Οὐ γὰρ δή πού φαμεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἑτέρου τυχὸν εἰπόντος δεξαίμεθα, ὅτι Μωσεῖ κεκέλευκεν ὁ C Θεὸς τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγιασμὸν ἐπιθεῖναί τισι· γενητῆς γὰρ φύσεως οὐκ ἐφικνεῖται τὸ μέτρον εἰς τὸ δύνασθαί τι τοιοῦτον κατορθοῦν, ἁρμόσει δὲ μόνῳ, καὶ ἰδιαζόντως ἀνακείσεται Θεῷ. Καὶ γοῦν ὅτε σὺν αὐτῷ τοὺς πρεσβυτέρους ἀναδεικνύειν ἤθελεν, οὐκ αὐτὸν ἐπιθεῖναι Μωσέα τὸν ἁγιασμὸν τοῖς ἐξειλεγμένοις προσέταττεν, ἔφη δὲ μᾶλλον ἐναργῶς, ὡς ἀφελεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ὄντος ἐπ' αὐτῷ, δώσει δὲ τῶν ἀναῤῥηθέντων ἑκάστῳ. Τὸ γὰρ ἁγιάζειν δύνασθαι διὰ μετουσίας τοῦ Πνεύματος, μόνῃ τῇ τῶν ὅλων κρατούσῃ μέτεστι φύσει. Τὴν δὲ τοῦ ἁγιάζεσθαι δύναμιν, ὡς ἐν νομικῇ δὲ δῆλον ὅτι συνηθείᾳ φημὶ, φανωτάτην ἡμῖν καὶ αὐτὸς ὁ Σολομὼν καταστήσει λέγων· « Παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι· D μετὰ γὰρ τὸ εὔξασθαι μετανοεῖν γίνεται. » Νοουμένου τοιγαροῦν τοῦ ἁγιάσαι, κατὰ συνήθειαν τὴν εἰς τὸν τοῦ ἀναθεῖναί τε καὶ ἀφορίσαι λόγον, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἁγιάσαι φαμὲν τὸν Υἱόν. Προσεκόμισε γὰρ ἑαυτὸν, ὥσπερ ἱερεῖόν τε καὶ ἅγιον θῦμα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κόσμον αὐτῷ καταλλάσσων, καὶ συνάγων εἰς φιλίαν τὸ ταύτης ὠλισθηκὸς, τοῦτ' ἔστι, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον. « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἥ γε μὴν ἐπανάληψις ἡμῶν ἡ πρὸς Θεὸν οὐχ ἑτέρως ἂν νοοῖτο τετελεσμένη διὰ Χριστοῦ τοῦ σώζοντος, εἰ μὴ διὰ τῆς ἐν Πνεύματι κοινωνίας καὶ ἁγιασμοῦ. Τὸ γὰρ συνεῖρον

[49] Coloss. I, 18. [50] Rom. VIII, 29. [51] Exod. XXXIV, 19. [52] Num. XI, 17. [53] Prov. XX, 25. [54] Ephes. II, 14. [55] II Petr. I, 4. [56] I Joan. IV, 12. [57] Galat. IV, 6.

ι οἱονεὶ συνενοῦν τῷ Θεῷ τὸ Πνεῦμά ἐστιν, A
λαβόντες, μέτοχοι καὶ κοινωνοὶ τῆς θείας
μεθα φύσεως, καὶ αὐτὸν εἰσδεχόμεθα δι'
ἐν Υἱῷ τὸν Πατέρα. Γράφει γοῦν ἡμῖν ὁ
άννης περὶ αὐτοῦ· « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν
ῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ
ς αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. » Τί δὲ δὴ πρὸς
Παῦλος; « Ὅτι δὲ, φησὶν, ἐστὲ υἱοὶ, ἐξ-
ν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς
μῶν, κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ, » ὡς εἴπερ
τόχους ἀπομεῖναι συνέβη τοῦ Πνεύματος,
λως ἐν ἡμῖν ὑπάρχων ἐγνώσθη Θεὸς, καὶ
υἱοὺς κατατάττον πεπλουτήκαμεν Πνεῦμα,
ως ἦμεν υἱοὶ Θεοῦ. Ποία τοίνυν ἡ πρόσλη-
ς ἂν ἔτι θείας φύσεως κοινωνοὶ καὶ ἡμεῖς
μεν εἰ μήτε Θεὸς ἐν ἡμῖν, μήτε ἡμεῖς B
σκείμενοι, διὰ τοῦ κεκλῆσθαι πρὸς μετ-
Πνεύματος; Νυνὶ δὲ καὶ μέτοχοι, καὶ κοι-
τὰ πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας, καὶ ναοὶ
ατίζομεν. Ὑπὲρ γὰρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρ-
ὸν ἡγίασε, τοῦτ' ἔστιν ἀνέθηκεν ὁ Μονο-
ὡς θῦμα προσκεκόμικεν ἱερὸν, εἰς ὀσμὴν
ῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἵνα ἐκ μέσου γεγονότος
γοντός τε καὶ ἀποτειχίζοντος ὥσπερ Θεοῦ
ὕπου φύσιν, τοῦτ' ἔστι τῆς ἁμαρτίας, μὴ-
ιραποδίζον φαίνηται πρὸς τὸ δύνασθαι πρὸς
γενέσθαι Θεῷ, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινω-
εσθαι, διὰ μετουσίας δηλονότι τοῦ ἁγίου
ς, ἀναμορφοῦντος ἡμᾶς εἰς δικαιοσύνην,
μὸν καὶ εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην. Εἰ γὰρ
ἁμαρτία καὶ ἀπομερίζει Θεοῦ τὸν ἄνθρω- C
ψει δὴ πάντως ἡ δικαιοσύνη, καὶ μεσολα-
ὐδενὸς παρ' αὐτῷ τρόπον τινὰ, παραστήσει
Δεδικαιώμεθα δὲ διὰ πίστεως τῆς εἰς Χρι-
παρεδόθη μὲν, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν,
εγραμμένον, ἠγέρθη δὲ διὰ τὴν δικαίωσιν
λη γὰρ ἐν αὐτῷ καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ τοῦ
πρὸς καινότητα ζωῆς, ἡ ἀνθρώπου φύσις
ετο, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ὥσπερ ἀρχὴν
σα πρὸς ἁγιασμὸν ἀνεπλάττετο. « Ἁγία-
αὐτοὺς, ὦ Πάτερ, φησὶν, ἐν τῇ ἀληθείᾳ

vinæ consortes redditi sumus, si neque Deus in nobis est, neque nos ei adhæremus per hoc quod vocati sumus ad participationem Spiritus? Atqui participes et consortes cuncta exsuperantis substantiæ, et templa Dei nuncupamur [58]. Pro nostris enim peccatis seipsum sanctificavit, id est consecravit Unigenitus, ac tanquam hostiam sacram obtulit, in odorem suavitatis Deo ac Patri [59], ut eo sublato quod naturam hominis quodammodo a Deo separat, id est peccato, nihil amplius impediat quominus Deo proximi simus, et participationi ejus inhæreamus, per participationem videlicet sancti Spiritus reformantis nos ad justitiam et sanctimoniam, atque ad primam imaginem. Nam si peccatum a Deo sejungit hominem ac separat, conjunget utique justitia, et nos proxime ipsi Deo ac Patri quodammodo sistet. Justificati vero per fidem in Christum sumus [60], qui traditus quidem est propter delicta nostra, ut scriptum est [61], sed resurrexit propter justificationem nostram [62]. Tota enim in eo tanquam in primitiis generis, ad novitatem vitæ natura hominis reparata est, et in suum veluti principium reversa, ad sanctificationem reformata est. « Sanctifica igitur eos, o Pater, inquit, in veritate tua, » id est in me. Tuum enim Verbum veritas est, id est ego. « Sanctificavi enim pro eis meipsum, » id est consecravi, et obtuli, unus pro cunctis mortuus, ut eos in novitatem vitæ reformarem, et sanctificati sint in veritate, id est in me. Jam vero hoc loco ita exposito, atque ad intelligendum proposito, aliam insuper ejus explicandi viam capessere non gravabimur. Difficilia quippe loca studiose rimari, gratissimum erit cum iis qui istud susceperint, tum studiosis auditoribus. Dixit Dominus noster Jesus Christus pro nobis seipsum sanctificare, ut et nos simus sanctificati in veritate. Quomodo ergo sanctificetur qui secundum naturam suam sanctus est, ut et nos simus sanctificati, agedum rursus Ecclesiæ dogmatis insistentes, et a recta fidei regula non deflectentes, quoad licet **991** animadvertamus.

ῦτ' ἔστιν ἐν ἐμοί. Ὁ γὰρ Λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι, τοῦτ' ἔστιν, πάλιν ἐγώ. « Ἡγίασα γὰρ
ῶν ἐμαυτὸν, τοῦτ' ἔστιν ἀνατέθεικα, καὶ προσήγαγον, εἷς ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν, ἵνα αὐτοὺς
ητα μεταμορφώσω ζωῆς, καὶ ἡγιασμένοι ὦσιν ἐν ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἐμοί. Σεσαφηνισμέ-
παραδεχθέντος εἰς νόησιν, κατὰ τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἐκδοθέντα νοῦν, τοῦ προκειμένου ῥητοῦ,
έρων ἰέναι θεωρημάτων οὐ κατοκνήσομεν. Τὸ γὰρ ὅτι μάλιστα φιλοθηρεῖν ἐπείγεσθαι τὰ τῶν
οὐκ εὐχερῆ, γένοιτ' ἂν, οἶμαι, τιμαλφέστατον, αὐτοῖς τε τοῖς τοῦτο δρᾷν ἐθέλουσι, καὶ τοῖς
ωμένων φιλομαθεστέροις. Ἔφη τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν
ἵνα καὶ ἡμεῖς ὦμεν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ. Πῶς οὖν ἁγιάζεται καίτοι κατὰ φύσιν ἅγιος ὢν, ἵνα
ὦμεν ἡγιασμένοι, φέρε δὴ πάλιν τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων ἐχόμενοι, καὶ τὸν ὀρθὸν τῆς
ανόνα μὴ παρατρέχοντες, ὡς ἔνι καλῶς ἐπαθρήσωμεν.

ῶν ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ Μονο- D
ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς,
ἑαυτὸν κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ γέγονεν ἄν-
γυναικὸς, πάντα τὰ ἄνω [γρ. ἀνθρώπῳ]
καταδεξάμενος, δίχα μόνης ἁμαρτίας, καὶ
ἑαυτὸν ἑνώσας τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καθ'

Dicimus itaque Unigenitum, cum secundum naturam Deus sit, et in forma et æqualitate Dei ac Patris, seipsum exinanisse, secundum Scripturas [63], et factum esse hominem ex muliere [64], omnibus quæ homini conveniunt susceptis, excepto peccato, et seipsum sponte naturæ nostræ ineffa-

[58] ... III, 16. [59] Ephes. v, 2. [60] Rom. v, 1. [61] Rom. iv, 25. [62] Ibid. [63] Philipp. ii, 6. [64] ... iv, 4.

biliter uniendo, ut eam in seipso primo et per A seipsum rursus ad pristinam illam pulchritudinem reformans, et secundus Adam nobis repertus, id est cœlestis homo, primusque omnium et primitiæ eorum qui ad vitæ novitatem instaurantur constitutus, in incorruptione videlicet ac justitia, et sanctificatione per Spiritum, per seipsum demum in universum genus bona transmitteret. Idcirco licet vita sit secundum naturam, inter mortuos tamen factus est, ut nostra in nobis morte abolita, in suam nos vitam reformaret, et ipse cum sit justitia Dei ac Patris [65], peccatum pro nobis factus est [66]. Juxta Prophetæ quippe vocem, ipse peccata nostra portat, et reputatus est nobiscum inter iniquos [67], ut nos justificaret propter seipsum, B chirographo quod adversus nos erat deleto, eoque suæ cruci affixo, ut scriptum est [68]. Cum autem rursus sanctus sit, secundum naturam, ut Deus, et universæ creaturæ det participem esse sancti Spiritus ad perseverantiam et sanctificationem, sanctificatur propter nos in sancto Spiritu, non quidem alio ipsum sanctificante, sed ipsomet sanctificationem suæ carnis operante. Suscipit enim Spiritum qui suus est, et accipit quidem quatenus est homo, sibi vero istum dat, ut Deus. Hoc autem agebat propter nos, non proper se, ut ex ipso et in ipso utique primo rei initio suscepto in universum genus hoc modo sanctificationis gratia permaneret. Quemadmodum enim per prævaricationem in Adam tanquam in primitiis generis humani na- C tura damnata morte fuit, per unum illum primum audiens: « Terra es, et in terram reverteris [69]; » eodem, opinor, modo per obedientiam et justitiam Christi, in quantum factus est sub lege, quamvis legislator exsistens, ut Deus, in totam naturam permanat benedictio, et per Spiritum vivificatio. Reformat enim Spiritus ad incorruptionem eos qui ex peccato corrupti sunt, et in novitatem vitæ instaurat eos qui ex negligentia inveterati ac deleti sunt. Atenim forsan inquies: Quomodo, quæso, **992** sanctus secundum naturam sanctificabatur, idque per participationem? Aut quomodo is qui omnibus dignis, cœlitibus, inquam, et hominibus suum Spiritum tradit, sibimet istum D largitur? Difficilia quidem ista sunt intellectu, nec obviam explicationem habent, si nudum tantum, ac veluti separatum ab humanitate Dei Verbum concipias: sed si unionem incomprehensibilem suspicias, et cum carne conjunctionem, tibique succurrat nostri similem factum hominem illum natura Deum, mirari desines, omnique ex animo dempto scrupulo, Deum simul et hominem esse Filium observans, non existimabis esse rejicienda quæ humanitati congruunt, quamvis de una Filii qui secundum naturam est persona dicantur, Christi nimirum. Numquid enim mori alienum esse penitus a Verbo quod cuncta vivificat existimabimus?

A ἑκούσιον βούλησιν, ὅπως ἂν αὐτὸν [γρ. αὐτὴν] ἐν ἑαυτῷ τε πρώτῳ, καὶ δι' ἑαυτοῦ πρὸς ἐκεῖνο πάλιν ἀναστοιχειώσας τὸ κάλλος, φημὶ δὴ τὸ ἐν ἀρχαῖς, καὶ δεύτερος ἡμῖν Ἀδὰμ εὑρεθεὶς, τοῦτ' ἔστιν οὐράνιος ἄνθρωπος, πρῶτός τε ἁπάντων καὶ ἀπαρχὴ τῶν ἀνακτιζομένων εἰς καινότητα ζωῆς εὑρεθεὶς, ἐν ἀφθαρσίᾳ δηλονότι καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἁγιασμῷ τῷ διὰ Πνεύματος νοουμένῳ παραπέμψῃ λοιπὸν δι' ἑαυτοῦ πρὸς ἅπαν τὸ γένος τὰ ἀγαθά. Διὰ τοῦτο καίτοι ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, γέγονεν ἐν νεκροῖς, ἵνα τὸν ἡμῶν ἐν ἡμῖν καταργήσας θάνατον, εἰς τὴν ἰδίαν ἡμᾶς ἀναπλάσῃ ζωήν· καὶ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτία. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ ἐλογίσθη μεθ' ἡμῶν ἐν B ἀνόμοις, ἵνα ἡμᾶς δικαιώσῃ δι' ἑαυτὸν, διαῤῥήξας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, καὶ προσηλώσας αὐτὸ τῷ ἰδίῳ σταυρῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἅγιος δὲ πάλιν ὑπάρχων, κατὰ φύσιν, ὡς Θεὸς, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὅλῃ τῇ κτίσει πρὸς διαμονὴν καὶ σύστασιν καὶ ἁγιασμὸν τὸ ἐν μεθέξει γενέσθαι διδοὺς, ἁγιάζεται δι' ἡμᾶς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, οὐχ ἑτέρου τινὸς αὐτὸν ἁγιάζοντος, αὐτουργοῦντος δὲ μᾶλλον ἑαυτῷ πρὸς ἁγιασμὸν τῆς ἰδίας σαρκός. Δέχεται γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἑαυτοῦ, καὶ λαμβάνει μὲν, καθόπερ ἦν ἄνθρωπος, ἑαυτῷ γε μὴν τοῦτο δίδωσιν, ὡς Θεός. Ἔδρα δὲ τοῦτο δι' ἡμᾶς, οὐ δι' ἑαυτόν· ἵνα ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ δὴ πρώτῳ δεξαμένου τοῦ πράγματος τὴν ἀρχὴν, εἰς ἅπαν οὕτω τὸ γένος ἡ τοῦ ἁγιάζεσθαι λοιπὸν διαβαίνοι C χάρις. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως καὶ παρακοῆς, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους ἡ φύσις θανάτῳ κατεδικάζετο, δι' ἑνὸς ἀκούσασα τοῦ πρώτου· « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, διὰ τῆς ὑπακοῆς καὶ δικαιοσύνης τοῦ Χριστοῦ, καθὸ γέγονεν ὑπὸ νόμον, καίτοι νομοθέτης ὑπάρχων, ὡς Θεὸς, εἰς ὅλην ἂν διήκοι τὴν φύσιν ἡ εὐλογία, καὶ ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος ζωοποίησις. Ἀναμορφοῖ γὰρ τὸ Πνεῦμα πρὸς ἀφθαρσίαν, τὸ ἐξ ἁμαρτίας κατεφθαρμένον, καὶ εἰς καινότητα μεταπλάττει ζωῆς τὸ ἐκ ῥαθυμίας πεπαλαιωμένον, καὶ χωρῆσαν εἰς ἀφανισμόν. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς· Πῶς οὖν ὁ ἅγιος κατὰ φύσιν ἡγιάζετο, καὶ τοῦτο μεθεκτῶς; κατὰ τίνα δὲ τρόπον ὁ καὶ πᾶσι τοῖς ἀξίοις, τοῖς τε ἄνω, φημὶ, καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς τὸ ἴδιον D Πνεῦμα διδοὺς, ἑαυτῷ τοῦτο χαρίζεται; Δυσέφικτα μὲν οὖν καὶ δυσδιανόητα κομιδῇ, καὶ οὐ ταλαίπωρον ἔχοντα τὴν ἐξήγησιν τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ὅταν ἐννοήσῃς γυμνὸν ἔτι καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέρος ἑστῶτα τῆς ἀγιαζομένης ἀνθρωπότητος τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα Λόγον· ἐπὰν μέντοι θαυμάσῃς τὴν ἀπερινόητον ἕνωσιν, καὶ τὴν εἰς σάρκα σύνοδον, καὶ ὑποπέσῃ τῷ νῷ καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος ὁ φύσει Θεὸς, ξενισθήσῃ μὲν οὐκέτι, πάντα δὲ θόρυβον τῆς σῆς διανοίας ἐξελὼν, ὑποθεὶς τε τοῖς θεωρήμασι, Θεὸν ἐν ταυτῷ καὶ ἄνθρωπον ὄντα τὸν Υἱὸν, οὐκ ἀπόβλητα λογιῇ τὰ τῇ ἀνθρωπότητι πρέποντα, κἂν εἰς τὸ ἑνὸς τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ φέρηται πρόσωπον, φημὶ δὴ Χριστοῦ.

[65] I Cor. I, 30. [66] II Cor. V, 21. [67] Isa. LIII, 4. [68] Coloss. I, 11. [69] Gen. III, 19.

alios non posse secum esse, et suæ gloriæ conspe- A ctu ornari, nisi qui jam per ipsum Patri sint uniti. Dilecti enim sumus, ut filii, ad similitudinem naturalis ac veri Filii. Tametsi enim haud pari forsan modo, rei tamen imitatio perfectissima, quæ veritati quodammodo exæquari videtur, illius claritatem effingit. Volo igitur, o Pater, inquit, ut qui ad te per fidem accedunt, et qui per tuam illuminationem mei facti sunt, mecum sint, et meam claritatem videant. Quantum vero bonum sit esse cum Christo, quænam oratio nobis explicabit? Ineffabilibus enim fruemur deliciis, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se [96]. Quid enim, quæso, ad summas animi voluptates deerit iis **1004** quibus esse cum Domino omnium B Christo contigerit? Sapiens quippe et sanctissimus ille Paulus id omni admiratione videtur quoque prosecutus. « Melius enim est, inquit, dissolvi, et esse cum Deo [97]. » Qui vero magnam istam et admirabilem dignitatem huic vitæ præponit, quomodo non vere testabitur eum sinceris suis discipulis magnum sui consortii munus tribuere, qui omnia dat omnibus abundanter? Sed hæc non minus confirmabit quod per eum ad nos rursus dictum est. Nam cum haberet in seipso loquentem Christum, et futuri sæculi virtutes revelantem, rursus in hunc modum aiebat : Resurgent enim mortui, inquit, sed « et nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in C aera, et sic semper cum Domino erimus [98]. » Idipsum vero nobis aperte ipse quoque Dominus noster Jesus Christus promisit, dicens : « Vado, inquit, et præparabo vobis locum. Iterum veniam, et accipiam vos mecum, ut ubi sum ego, et vos mecum sitis [99]. » Vel enim paulo crassius id intelligentes, supernas mansiones his verbis significari dicemus, vel ad alias conversi conceptiones animi, locum eumdem nobis et Christo quodammodo traditum iri fatebimur, ceu honores similitudine et comparatione æquales. Conformes enim erimus gloriæ ejus, et una cum eo regnabimus, juxta sanctas Scripturas [1]. Pollicetur vero eo quem ipse novit modo, etiam nobiscum sessurum in regno cœlorum. Quod ergo versaturi simus cum Christo, D et comparticipes futuri simus gloriæ ejus, et regni consortes, in præsens omittentes, ad aliud properemus, nempe illud, « ut videant claritatem meam. » Non ergo profanis, et peccatoribus, nec iis qui divinam legem contemnunt gloriam Dei videre licebit, sed solis potius sanctis ac bonis. Quod quidem rursus agnoscemus propheta dicente : « Auferatur impius, ne videat gloriam Domini [2]. » In evangeliicis vero Servatoris Christi præconiis : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [3]. » At quinam illi mundo sunt corde, nisi qui unione

A ταῦτα· οὐχ ἑτέρων εἶναι δεικνὺς τὸ συνεῖναί τε αὐτῷ καὶ ἀξιοῦσθαι βλέπειν τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἢ τῶν ἑνωθέντων τε ἤδη δι' αὐτοῦ τῷ Πατρί. Ἠγαπήμεθα γὰρ, ὡς υἱοὶ, καθ' ὁμοιότητα τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς Υἱοῦ. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐν ἴσῳ μέτρῳ τυχὸν, ἀλλ' ἥ γε τοῦ πράγματος ἀκριβεστάτη μίμησις, συμπαρατρέχουσά πως τῷ κατὰ ἀλήθειαν, τὴν ἐκείνου πλάττεται δόξαν. Θέλω τοιγαροῦν, ὦ Πάτερ, φησὶν, ἵν' οἱ κατὰ πρόσοδον τὴν διὰ τῆς πίστεως, καὶ διὰ φωταγωγίας τῆς παρὰ σοῦ γεγονότες ἐμοὶ, μετ' ἐμοῦ τε εἶεν καὶ τὴν ἐμὴν βλέπωσι δόξαν. Ὅσον δὲ εἶναι δώσομεν ἀγαθὸν, τὸ καὶ αὐτῷ συνεῖναι τῷ Χριστῷ, ποῖος ἂν ἡμῖν ἐκκαλύψαι λόγος; εἴπερ ἐν ἀῤῥήτοις ἐσόμεθα θυμηδίαις, καὶ ὀφθαλμὸς μὲν οὐκ εἶδεν, οὖς δὲ οὐκ ἤκουσε, καὶ οὐκ ἐνεθυμήθη νοῦς, ἃ ἡτοίμασεν B ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Τίνος γὰρ ἂν καὶ προσδεήσαι τυχὸν τῶν τελούντων εἰς ἀκράτους εὐθυμίας, τοῖς οἵ γε κεκλήρωνται τὸ καὶ αὐτῷ συνεῖναι τῷ πάντων Δεσπότῃ Χριστῷ; Καίτοι παντὸς ἀξιώσας θαύματος τὸ χρῆμα φαίνεται καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σοφός τε καὶ ἱερώτατος Παῦλος. « Κρεῖττον γὰρ, φησὶ, τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Θεῷ εἶναι. » Ὁ δὲ καὶ τῆς ἐν τῷδε τῷ βίῳ ζωῆς τὸ ἀξίωμα προτιθεὶς τουτὶ τὸ μέγα καὶ ἀξιάγαστον, πῶς οὐκ ἀληθὴς εἰσθήσεται μάρτυς, ὅτι τοῖς ἑαυτοῦ γνησίοις μεγάλην ἀπονέμει τῆς πρὸς αὐτὸν συνουσίας τὴν δωρεὰν, ὁ πάντα πᾶσι διδοὺς πλουσίως; ἐπαγωνιεῖται δὲ οὐδὲν ἧττον τῷ λόγῳ, τὸ δι' αὐτοῦ πάλιν πρὸς ἡμᾶς εἰρημένον. Ἔχων γὰρ ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Χριστὸν καὶ τὰς τοῦ C μέλλοντος αἰῶνος δυνάμεις ἀποκαλύπτοντα, ἔφη πάλιν ὡδί· Διαναστήσονται μὲν γὰρ οἱ νεκροὶ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ « Ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου, εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Χαριεῖσθαι δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν αὐτὸ δὴ τοῦτο, σαφῶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐπήγγελται λέγων· « Πορεύομαι, καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν. Πάλιν ἥξω, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς μετ' ἐμαυτοῦ, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ ἦτε. » Ἢ γὰρ νοοῦντες οὐ σφόδρα πικρῶς, ἀπεριεργότερον ἐκληψόμεθα διὰ τούτου σημαίνεσθαι τὰς ἄνω μονὰς, ἤγουν ἐφ' ἑτέρας ἰόντες ἐννοίας, τόπον ὥσπερ ἀπονεμηθήσεσθαι δώσομεν τὸν αὐτὸν ἡμῖν καὶ Χριστῷ, οἱονεὶ τὰς ἐξ ὁμοιότητος καὶ ἐν ἴσῳ D λόγῳ τιμὰς, κατά γε τὸ ἐμφερὲς καὶ τὴν μίμησιν. Σύμμορφοι γὰρ ἐσόμεθα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ, κατὰ τὰς ἁγίας Γραφάς. Ὑπισχνεῖται δὲ καθ' ὃν αὐτὸς οἶδε τρόπον, καὶ συνανακλιθήσεσθαι μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ὅτι μὲν οὖν συνεσόμεθα τῷ Χριστῷ, καὶ συμμεθέξομέν τε τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας ἐσόμεθα κοινωνοὶ, παρέντες εἰς τὸ παρὸν διὰ πλειόνων ἔτι δεικνύειν, ὡς οὐδαμόθεν ἀμφίλογον, χωρῶμεν ἐπὶ τὸ ἕτερον, φημὶ δὴ τὸ, « ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν. » Περιέσται τοιγαροῦν οὐ βεβήλοις καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τὸν θεῖον ἀτιμάζουσι

[96] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9. [97] Philipp. I, 23. [98] I Thess. IV, 16. [99] Joan. XIV, 3. [1] Hebr. III, 14; II Tim. II, 12. [2] Isa. XXVI, 10. [3] Matth. V, 8.

A νόμον, τὸ ἐν ὁράσει γενέσθαι τῆς δόξης Χριστοῦ, μόνοις δὲ μᾶλλον τοῖς ὁσίοις καὶ ἀγαθοῖς. Καὶ τοῦτο πάλιν εἰσόμεθα, προφήτου μὲν λέγοντος· « Ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. » Ἐν δέ γε τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασι τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· « Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. » Εἶτα τίνες ἂν εἶεν οἱ τὴν καρδίαν ἔχοντες καθαράν, εἰ μὴ ἐκεῖνοι δὴ πάντως οἱ τῇ πρὸς Θεὸν ἑνώσει τῇ δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι, φιλοσαρκίας μὲν ἁπάσης ἀναχωρήσαντες, ἡδονὴν δὲ ὡς ποῤῥωτάτω τὴν κοσμικὴν ποιησάμενοι, καὶ τὴν μὲν οἰκείαν ὥσπερ ἀρνησάμενοι ζωήν, ἀναθέντες δὲ μόνῃ τῇ θελήσει τοῦ Πνεύματος, καθαρῶς τε καὶ ὁλοτρόπως πολιτευσάμενοι τῷ Χριστῷ; ὁποῖός τις ἦν καὶ ὁ Παῦλος, ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς ἐνούσης αὐτῷ καθαρότητος, οὐ B καταδείσας εἰπεῖν· « Χριστῷ συνεσταύρωμαι. Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Ἀκούω δὲ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἁγίων ψάλλοντός τε καὶ λέγοντος· « Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεός, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. » Ἀγαλλίασιν γὰρ σωτηρίου τὸ Πνεῦμα καλεῖ, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχον πρόξενον χαρᾶς μὲν ἀτελευτήτου καὶ διηνεκοῦς, ἡγεμονίας δὲ τῆς κατὰ παθῶν τῶν ἐν κόσμῳ παρεκτικόν. Πνεῦμα γάρ ἐστι τοῦ κατ' ἀλήθειαν σωτηρίου, τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ. Πολυτρόπως γε μὴν ὀνομάζων αὐτό, καὶ καρδίαν προσείρηκε καθαρὰν καὶ πνεῦμα ἐκάλεσεν C εὐθές, ἅτε δὴ οὐκ ἐχόντων εὐθυτενῆ τὴν καρδίαν, σκαμβὴν δὲ μᾶλλον καὶ διεστραμμένην, ὥς ὁ Ψάλλων φησί, τῶν οὔπω προσενωθέντων τῷ Θεῷ, καὶ ἐν μεθέξει γεγονότων τῆς εὐλογίας Χριστοῦ τῆς διὰ Πνεύματος. Ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιγαροῦν εἰπεῖν, ἐξαίρετον τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις ἀπονεμηθῆναι τὴν χάριν ἠθέλησεν ὁ Σωτήρ, τὴν ἐκ τοῦ συνεῖναί τε αὐτῷ καὶ ὁρᾷν τὴν δόξαν αὐτοῦ. Ἠγαπῆσθαι δέ φησι καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου, ἀρχαιοτάτην ἐν τούτοις εὖ μάλα δεικνὺς τὴν τοῦ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίου δύναμιν, καὶ ὅτι προέγνωστο μὲν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ ὁδός, ἡ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ μεσιτείας τετελεσμένη. Ἐδόθη μὲν οὖν οὐκ ἐν ἀρχαῖς τοῖς ἐπὶ γῆς ἡ γνῶσις, ἀλλὰ παρεισέδυ νόμος ὁ D παιδαγωγὸς τῆς ἐνθέου πολιτείας, διαπλάττων ἀμυδρὰν ἐν τύποις τὴν εἴδησιν, καιρῷ τῷ πρέποντι τὴν διὰ τοῦ Σωτῆρος τηρήσαντος χάριν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Λυσιτελὴς δὲ σφόδρα καὶ ἡ περὶ τούτων ἡμῖν ἀναφαίνεται γνῶσις, πρὸς κατάλυσιν ὀφρύος Ἰουδαϊκῆς καὶ φρυάγματος ἀνοσίου τῶν ἐξ Ἰσραήλ, συνηγορεῖν ἑλομένων εἰσαεὶ τῷ νόμῳ, καὶ ὅτε τῆς ἀληθείας παρούσης παρ' οὐδὲν ἔδει λοιπὸν ποιεῖσθαι τοὺς τύπους. Χρησιμωτάτη δὲ σφόδρα καὶ πρὸς τὴν τῶν ἑτέρων ἀνατροπήν, οἰομένων ὅτι πρόσφατος ἡμῖν καὶ νέα βουλὴ τοῦ Πατρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν ἐξεμηχανήσατο. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τὴν τῶν οὕτω διατιθεμένων ὑπόληψιν ἀναιρῶν, ἔφη που περὶ Χριστοῦ, ὅτι προέγνωστο μὲν πρὸ κατα-

illa cum Deo per Filium in Spiritu, omni quidem remoto carnis studio, **1005** et voluptatibus mundanis procul fugatis, vitaque sua quodammodo abnegata, eaque soli voluntati Spiritus consecrata, pure et integre Christo vivunt? cujusmodi Paulus erat, qui ob ingentem cordis puritatem dicere non dubitavit: « Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus [4]. » Audio vero alium quoque sanctum psallentem ac dicentem: « Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, et Spiritu principali confirma me [5]. » Lætitiam quippe salutaris vocat Spiritum, puta cum gaudium æternum ac perpetuum conciliet, nobisque ad expugnanda mundi hujus mala ducem se præbeat. Spiritus enim est vere salutaris, id est Christi. Multis autem nominibus eum afficiens, cor mundum et spiritum rectum eum appellavit, præsertim cum rectum cor non habeant, sed pravum et distortum potius, ut Psalmistes ait [6], qui nondum uniti sunt Deo, nec benedictionis Christi per Spiritum sunt participes. In summa, gratiam suis tradi Servator voluit, tum conversandi secum, tum gloriam suam videndi. Dilectum autem se dicit ante constitutionem mundi, vetustissimam his verbis ostendens sui mysterii rationem, et præcognitam fuisse Deo ac Patri nostræ salutis viam, quæ per Christi mediationem impleta est. Data est igitur hominibus cognitio, non quidem initio; sed lex subintroducta est, illa divinæ conversationis præformatrix, in figuris obscuram cognitionem effingens, Deo ac Patre congruo tempori gratiam per Servatorem reservante. Utilissima autem nobis horum quoque videtur esse cognitio, ad destructionem supercilii Judaici, et impii fastus Israelitarum, qui legi patrocinari semper præ se ferebant, etiam cum præsente veritate pro nihilo figuræ essent habendæ. Utilissima quoque est ad alios confutandos, qui putant recenti ac novo Patris consilio mysterii illius vim et rationem excogitatam esse. Ideoque Paulus istiusmodi hominum errorem evellens alicubi de Christo dixit, præcognitum ipsum **1006** quidem fuisse ante mundi constitutionem, manifestatum autem fuisse novissimis sæculi temporibus [7]. Observandum vero Christum dicere datam sibi esse gloriam a Patre, ipsosque discipulos, et majestatem Deo convenientem, et in cunctos imperium, non quatenus natura Deus intelligitur gloriæ Dominus, et substantialem habens imperandi dignitatem, sed quatenus potius homo apparuit, cui tradita sunt cuncta divinitus, non ex propria natura. Omnia quippe creaturæ data sunt a Deo, nec a se quidquam habet, licet boni aliquid habere videatur.

[4] Galat. II, 14. [5] Psal. L, 12-14. [6] Psal. C, 4. [7] Coloss. I, 26; I Petr. I, 20.

βολῆς κόσμου· πεφανέρωταί γε μὴν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Σημειωτέον δὲ, ὅτι δεδόσθαι φησὶν ἑαυτῷ παρὰ Πατρὸς αὐτούς τε τοὺς μαθητὰς καὶ τὴν δόξαν τὴν θεοπρεπῆ καὶ τὸ κατὰ πάντων κράτος, οὐ καθὸ φύσει νοεῖται Θεὸς ὁ τῆς δόξης Κύριος, καὶ οὐσιῶδες ἔχων τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα· μᾶλλον δὲ καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, ᾧ πάντα ἐστὶ θεόσδοτα, καὶ οὐκ ἐξ ἰδίας φύσεως. Πάντα γὰρ τῇ κτίσει παρὰ Θεοῦ· ἴδιον δὲ ὅλως οὐδὲν ἐν αὐτῇ, κἂν ἔχουσά τι τῶν ἀγαθῶν διαφαίνηται.

XVII, 25. *Pater juste, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, et hi cognoverunt quia tu me misisti.*

Justum hic Patrem vocat, quamvis aliis nuncupare posset nominibus. Est enim purus, sanctus, immaculatus, creator, et opifex, et quæcunque reginæ omnium naturæ conveniunt. Quid ergo causæ sit cur vocatus sit justus, licet alio quoque modo liceret a Christo nominari, operæ pretium est profecto considerare. Quæ enim observatione digna sunt in Scripturis divinis non prætervehi, non parum nobis utilitatis afferet. Sensum igitur loci hujus acrius rimati, illud dicimus : Cum nos sui Patris placito sanctificari vellet advocati personam et mediatoris vicem Christus implens, preces pro nobis omnibus faciebat, dicens : « Pater sancte, serva eos in veritate tua, » non aliam esse veritatem inquiens, quam suum Spiritum, per quem nostras animas confirmat, obsignans eas in similitudinem suam, et ineffabili quodammodo virtute muniens ad robur invictum, eas nimirum vehementi bene agendi studio instigans, adeo ut nihil obstare, nihil revocare queat, quominus ad id quod Deo placet acerrimo cursu ferantur, et multiplices diaboli versutias, voluptatumque studium pro nihilo habeant. Nam qui sancto Spiritu semel obsignati fuerint, et arrhabonem gratiæ in animum susceperint, munitum cor habent, utpote virtute ex alto induti [a]. Ut ergo tam optandis frueremur bonis, sanctificationem in nos a Patre immitti rogabat. Nunc autem aliquid istiusmodi in animo habuisse videtur. Præter illa enim quæ de nobis a Patre sanctificandis dixit, hæc
1007 porro de nobis addidit : « Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis ; ut sint unum, sicut et nos unum sumus ; dilexisti enim eos sicut et me dilexisti. » Et rursus : « Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum. » Simul his dictis, statim justum Patrem suum jure merito nominat, cujus voluntate et placito factus est homo Filius, ut et sanctificationis per Spiritum, et unionis cum Deo, et habitationis in supernis mansionibus naturæ humanæ quæ ad opera bona creata est, pararius exsisteret, efficeretque ut cum eo esset, atque una regnaret. Non enim ad malum initio Deus creavit hominem, sed impiis diaboli artibus ejus natura ad improbitatem conversa, et de vetere illa ac pia vita, ceu sua sede excussa est. Juste enim Patri maxime conveniebat quod vi diruptum erat excitare denuo, et quod in vitia abstractum erat in pristinam sedem reponere, ac deformi peccato solutum in primam quodammodo imaginem reformare : qui vero eam conterere, et

Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων, καὶ αὐτοὶ ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

Δίκαιον ἐν τούτοις ἀποκαλεῖ τὸν Πατέρα, καίτοι ἑτέρως αὐτὸν ὀνομάσαι δυνάμενος. Καὶ γάρ ἐστιν ὅσιος, ἅγιος, ἀμίαντος, κτίστης, καὶ δημιουργὸς, καὶ ὅσαπερ ἂν πρέπῃ τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει. Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ κεκλῆσθαι δίκαιον, καίτοι καὶ ἑτέρως ἐξὸν ὀνομάζεσθαι παρὰ Χριστοῦ, φιλομαθὲς ὄντως ἰδεῖν. Τὸ γάρτοι μὴ διιππεύειν ἐᾷν τὰ ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ θεωρήματα, πολλὴν ἂν ἡμῖν ἐκτέκοι τὴν ὄνησιν. Οὐκοῦν ἐκεῖνό φαμεν, τὸν ἐν τῷ προκειμένῳ περιαθρήσαντες νοῦν. Ὅτε τοίνυν ἡμᾶς ἁγιάζεσθαι κατ' εὐδοκίαν ἤθελε τοῦ ἰδίου Πατρὸς, τὸ τοῦ παρακλήτου πρόσωπον καὶ τὴν τοῦ μεσίτου χρείαν ἀποπληρῶν ὁ Χριστὸς, τὰς ὑπὲρ πάντων ἡμῶν πρεσβείας ἐποιεῖτο, λέγων· « Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, » οὐχ ἑτέραν εἶναι λέγων τὴν ἀλήθειαν, ἢ τὸ ἴδιον Πνεῦμα, δι' οὗ τὰς ἡμετέρας ἀσφαλίζεται ψυχὰς, κατασφραγίζων εἰς ὁμοιότητα τὴν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἀνατειχίζων ὥσπερ ἀῤῥήτῳ δυνάμει πρὸς ἄμαχον εὐτολμίαν, παραθήγων δὲ δῆλον ὅτι καὶ εἰς προθυμίαν ἀχάλινον τὴν ἐπ' ἀκράτοις ἀγαθουργίαις, ὡς μηδενὸς τὸ παράπαν παρὰ πόδας κειμένου, καὶ ὀπίσω καλεῖν ἰσχύοντος, ὀξυτάτῳ φέρεσθαι δρόμῳ πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ, καὶ τῶν διαβολικῶν πολυτρόπων μηχανημάτων, ἢ καὶ τῆς ἐν κόσμῳ φιληδονίας οὐδένα ποιεῖσθαι λόγον. Οἱ γὰρ ἅπαξ κατασφραγισθέντες τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς χάριτος ἔχοντες εἰς νοῦν, πεπυργωμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν, ἅτε δὴ καὶ ἐνδυσάμενοι τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν. Ἵνα τοίνυν τῶν οὕτως ἀξιεράστων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, ἐφ' ἡμᾶς ἐκάλει τὸν παρὰ Πατρὸς ἁγνισμὸν ὁ Χριστός. Νυνὶ δέ τι τοιοῦτον, ὡς ἐγῷμαι, πάλιν ἐννοήσας φαίνεται. Πρὸς γὰρ ἐκείνοις, οἷς ἔφη περὶ τοῦ δεῖν ἡμᾶς ἁγιάζεσθαι παρὰ Πατρὸς, καὶ τάδε προστέθεικε περὶ ἡμῶν· « Κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν· ἠγάπησας γὰρ αὐτοὺς καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας. » Καὶ πάλιν· « Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσι μετ' ἐμοῦ. » Μετὰ τοίνυν τὸ ταῦτα εἰπεῖν, δίκαιον εὐθὺς ἀποκαλεῖ τὸν Πατέρα καὶ μάλα εἰκότως, οὗ κατ' εὐδοκίαν καὶ θέλησιν γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Υἱὸς, ἵνα καὶ τοῦ διὰ Πνεύματος ἁγιασμοῦ, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἑνώσεως, καὶ τοῦ ταῖς ἄνω μοναῖς ἐναυλίζεσθαι, συνεῖναί τε καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει γένηται πρόξενος, ἐκτισμένῃ μὲν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς. Ἔκτισε γὰρ οὐκ ἐπὶ κακίᾳ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐν ἀρχαῖς, παρατετραμμένῃ δὲ πρὸς φαυλότητα ταῖς ἀνοσίοις τοῦ διαβόλου μηχαναῖς, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης καὶ θεοφιλοῦς

[a] Luc. XXIV, 49.

ἀγωγῆς, καθάπερ τινὸς ἰδίας ἐκμεμοχλευμένη χρηστίδος. Ἦν γὰρ δὴ καὶ ἀληθῶς ὅτι μάλιστα πρέπον τῷ δικαίῳ Πατρὶ τὸ καταῤῥαχθὲν ἐκ πλεονεξίας ὑψῶσαι πάλιν, καὶ τὸ ἐφ' ἃ μὴ προσῆκεν ἐξειλκυσμένον εἰς τὴν ἐν ἀρχαῖς καταστῆσαι θέσιν, καὶ ἀπαλλάξαι μὲν ἁμαρτίας τῆς ἀκαλλεστάτης, μεταπλάσαι δὲ ὥσπερ εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην, τὸ ἐν ἀρχαῖς οὕτω πεποιημένον· τὸν δέ γε συντρίψαντα καὶ ἀνοσίως παραφθεῖραι τετολμηκότα, τουτ' ἔστι τὸν Σατανᾶν, ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις ὑποθεῖναι ποιναῖς, εἰ καὶ μικρὸν, οἶμαι, γένοιτ' ἂν πᾶν εἶδος ἐκείνῳ κολαστηρίων τοσαύτην ἐνδειξαμένῳ κατὰ Θεοῦ τὴν ἀπόνοιαν. Ὦ τοιγαροῦν Πάτερ δίκαιε, φησί· δίκαιος γὰρ εἶ, καὶ ἀγαθὸς, καὶ εὐθὴς ἡ κρίσις σου καταπέμψαντος τῷ κόσμῳ πρὸς ἐπικουρίαν καὶ ἀνανέωσιν ἐμὲ τὸν σὸν ἀληθῶς καὶ γνήσιον Υἱόν. Ἀλλ' ὢ τῆς ἀνοίας! φησίν· ὄντα γάρ σε τοιοῦτον ὁ κόσμος οὐκ ἔγνω. Ἡ γὰρ ἂν εὐθὺς τὴν οὕτω φιλάνθρωπον ἐννοήσαντες ψῆφον, καὶ νεῦμα τὸ γαληνὸν, προσέδραμόν τε τῷ σώζοντι, καί σοι προσήγαγον ἐθελοντὶ τὴν λατρείαν. Ταυτὶ μὲν οὖν ὁ Χριστὸς διελέγετο τῷ Πατρὶ, χάριν ὥσπερ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς ἀνατιθεὶς, ἐπείπερ δίκαιος ὢν ἐπένευσε μὲν τοῖς ἐκ πλεονεξίας πάθουσι τὴν σωτηρίαν, κατεδίκασε δὲ τοῦ διαβόλου τὴν ἀπώλειαν. Καὶ τὸν μὲν κόσμον φησὶ, τουτ' ἔστι, τοὺς ἀντιπράττοντας ἐπὶ τῷ θείῳ τε καὶ εὐαγγελικῷ κηρύγματι, διὰ τὸ φρονεῖν τὰ ἐν κόσμῳ, δίκαιον ὄντα μὴ μαθεῖν τὸν Πατέρα. « Τετύφλωκε γὰρ ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, » ὥς ὁ Παῦλός φησιν, « εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. » Τοῖς γε μὴν σφετέροις ἐπεμαρτύρησε μαθηταῖς, ὡς εἰδόσι τε καὶ ἐγνωκόσιν αὐτὸν, λαμπρὸν καὶ ἀξιοζήλωτον κἀν τούτῳ πάλιν αὐτοῖς περιτιθεὶς τὸ ἀξίωμα. Ἄνω γὰρ πάσης κοσμικῆς ταπεινότητος καὶ σμικροπρεπείας γεγονότας ἀποφαίνει, διὰ τὸ εἰδέναι τὸν Πατέρα, δῆλον δὲ δήπου καὶ ὡμολογημένον ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν Υἱόν. Ὅτε τοίνυν κατηγορεῖται μὲν ὁ κόσμος, ὡς μὴ εἰδὼς τὸν Πατέρα, τουτ' ἔστι, τὸν ἀληθῆ τε καὶ φύσει Θεὸν, μεμαρτύρηνταί γε μὴν ὡς εἰδότες οἱ μαθηταί· πῶς οὐ παντί τῳ λοιπὸν ἀναμφίλογον, ὡς οὐκ ἂν εἶεν ἐκ τοῦ κόσμου, γεγονότες ἤδη τοῦ ὑπὲρ κόσμον Χριστοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Παύλου, « Δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ; » Καὶ περὶ ἡμῶν δὲ πάλιν· « Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Ἔξω δὲ κόσμου φαμὲν γενέσθαι τοὺς μαθητὰς, οὐ δέσει [γρ. θέσει] τῇ κατὰ τόπον καὶ σωματικῇ· διαφαίνονται γὰρ ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, ἀλλ' ὅτι περιπατοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἀποταξάμενοι, μᾶλλον δὲ ἁπάσης κοσμικῆς ἐπιθυμίας τὸν οἰκεῖον ἀνωτέρω στήσαντες νοῦν, εἰς ὑπερφερῆ τινα καὶ ὑψηλοτάτην ἀνεπήδησαν ἀρετὴν, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον· « Ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Οἱ γὰρ ἀν-

A impie violare ausus est, nimirum Satanam, debitis pœnis subjicere, licet parum sit omne suppliciorum ei genus irrogare, qui tantum in se furoris adversus Deum suscepit. Pater itaque juste, inquit: justus enim es, et bonus, et rectum judicium tuum [a], qui me tuum vere ac legitimum Filium in auxilium et instaurationem mundo misisti. Sed, o dementiam! inquit: nam cum talis sis, mundus tamen te non cognovit. Alioqui enim, si tam benignum tuum judicium, tamque placidum nutum intellexissent, ad te Servatorem suum statim confugissent, tibique ultro cultum detulissent. Hæc igitur Christus ad Patrem dicebat, gratiam quodammodo pro nobis et propter nos referens quod, cum justus sit, impotenti pressis imperio salutem

B annuit, et in interitum diabolum condemnavit. Et mundum quidem ait, id est eos qui divinæ et evangelicæ prædicationi quæ mundi sunt sapientes, refragantur, justum esse Patrem non agnoscere. « Excæcavit enim Deus hujus sæculi mentes infidelium, » sicuti Paulus ait, « ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi [10]. » Suis vero discipulis, ut cognoscentibus **1008** eum illustris et eximiæ etiam hac in re dignitatis testimonium tribuit. Eos enim supra omnem mundi hujus abjectionem constitutos ostendit, ex eo quod cognoscunt Patrem, ipsumque adeo Filium. Cum ergo accusetur mundus quasi Patris, id est, veri naturalisque Dei nescius, discipuli vero tanquam illius

C gnari laudentur, qui dubitare quisquam possit non esse eos ex mundo, cum jam Christi sint qui supra mundum est, juxta illud Pauli dictum: « Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo [11]. » Rursus vero de nobis: « Qui autem sunt Christi Jesu, carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis [12]. » Extra mundum vero fuisse discipulos asserimus, non ratione loci et corporis: fulgent enim ut in mundo luminaria [13], sermonem vitæ habentia, sed quia in terris ambulantes, conversantur in cœlo, et nuntio remisso carnis cupiditatibus, imo vero supra omnem mundanam cupiditatem animo constituto, ad sublimem quamdam et altissimam virtutem evecti sunt, juxta illud Psalmistæ: « Quoniam Dei fortes terræ valde elevati

D sunt [14]. » Nam qui fortes sunt propter Deum, terrenæ mentis humilitate remota, quæ sursum sunt sapiunt [15]. Hoc enim significare arbitror, « elevati sunt. » Quare mundus quidem ignoravit justum te, inquit, esse, o Pater. Ego enim gnarus (consilium quippe sum, et sapientia tua) innatæ mihi gloriæ, Deoque convenientis majestatis non multum sollicitus, meipsum exinanivi [16], et in humanam paupertatem descendi [17], ut servem juxta tuum placitum humanum genus quod a nostro consortio excidit. Quod cum mundus etiam ignoret, eam tamen cognitionem adepti sunt discipuli, intelligentes revera me abs te missum esse, id est

[a] Psal. CXVIII, 137. [10] II Cor. IV, 4. [11] Galat. VI, 14. [12] Galat. V, 24. [13] Philipp. II, 15. [14] Psal. XLVI, 10. [15] Coloss. III, 2. [16] Philipp. II, 7. [17] II Cor. VIII, 9.

advenisse bonum exitum tuis nutibus impositurum, periclitantem terram servando.

A δρεῖσι διὰ Θεὸν, φρονήματος ἐπιγείου τὸ χαμαιπετὲς παρελάσαντες, τὰ ἄνω φρονεῖν ἐγνώκασι. Τοῦτο γὰρ οἶμαι σημαίνειν τὸ, « ἐπήρθησαν. » Οὐκοῦν ὁ μὲν σκοπὸς [γρ. κόσμος] ἠγνόησε, δίκαιον ὄντα σε, φησὶν, ὦ Πάτερ. Ἐγὼ γὰρ εἰδὼς (βουλὴ γάρ εἰμι καὶ σοφία σή), τῆς ἐμφύτου μοι δόξης καὶ θεοπρεποῦς ἀξίας οὐ σφόδρα φροντίσας, ἐμαυτὸν κεκένωκα καὶ εἰς ἀνθρωπίνην καταβέβηκα πτωχείαν, ἵνα σώσω κατὰ σὴν εὐδοκίαν τὸ τῆς οἰκειότητος τῆς πρὸς ἡμᾶς διολισθῆσαν γένος. Ἠγνοηκότος δὲ καὶ τοῦτο τοῦ κόσμου, πεπλουτήκασι τὴν γνῶσιν οἱ μαθηταὶ, συνέντες κατ' ἀλήθειαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας, τοῦτ' ἔστι, τοῖς σοῖς ἀφῖγμαι νεύμασι πέρας ἐπιθήσων τὸ ἀγαθὸν, διὰ τοῦ κινδυνεύουσαν ἀνασῶσαι τὴν γῆν.

XVII, 26. *Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, et ego in ipsis.*

Tam a se quam a discipulis suis cognitum esse Deum ac Patrem ait. Ne quis vero in absurdas suspiciones errore abreptus eodem modo fuisse cognitionem forsan putaret cum in ipso Christo, tum in discipulis, distinguit illico, et manifestissimum
1009 discrimen statuit, ostendendo se quidem revelare, illos vero per se cognitionem accipere. Dominus enim noster Jesus Christus, cum sit Verbum, et consilium, et sapientia Patris, scit absque doctoris opera quæ sunt in seipso, et genitoris sui arcana perspicit, sicuti nimirum et mens hominis, et noster intellectus nihil plane eorum quæ in nobis sunt ignorare videtur. Divini vero discipuli ex se non habent, ut de Deo aliquid intelligere possint, sed illuminati per Spiritum, veritatem mysteriorum Filii intuentur, atque ita Patrem intelligere possunt. Percommode itaque subjunxit Christus: « Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam. » Adverte porro una et eadem Patris ac Filii operatione Deum comprehendi. Illuminat quippe Pater revelando suum Filium: nihilo tamen minus Filius quoque illuminat, revelando Patrem. Unde beatum Petrum circa partes Cæsareæ, quæ dicebatur Philippi, compellat his verbis: « Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis[18]. » Confessus enim erat, et se credere asseruerat ipsum esse Christum Filium Dei viventis. Ipse vero nunc de seipso ait: « Ego notum feci eis nomen tuum, et notum faciam. » Nec enim cessavit revelare nobis Unigenitus mysterii sui vim, quam initio patribus revelaverat, sed jam id usque operatur, inserens unicuique illuminationem per Spiritum, et quasi manu deducens ad agnitionem eorum quæ sunt omni mente et oratione majora diligentes se. Quid vero perfecerit, aut quo pacto nos juverit suis discipulis revelando, ita tamen ut et eorum posteris notum se facturum Patrem asserat, ipse rursus ostendit, dicens: « Ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis[19]. » Nam qui per sinceram contemplationem Deum ac Patrem agnoscere potuerint, et rationem mysterii Christiani accurate didicerint, his utique a Patre perfecte diligi continget ad similitudinem Filii. Perfectissime enim diligit suum Filium Pater, sed et ipse Christus inhabitat per

Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω, ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς.

Ἐγνωκέναι φησὶ τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν, ἑαυτόν τε ἅμα καὶ τοὺς αὐτῷ προσεδρεύοντας μαθητάς. Ἵνα B δὲ μή τις εἰς ὑπονοίας ἐκτόπους ἐξ ἀπάτης ὑπενεχθεὶς, ἐν ἴσῳ τῷ τρόπῳ γενέσθαι τὴν γνῶσιν οἰηθείη τυχὸν ἔν τε αὐτῷ τῷ Χριστῷ καὶ τοῖς μαθηταῖς, διαστέλλει παραχρῆμα καὶ φανοτάτην ἐργάζεται διαφορὰν, ἑαυτὸν μὲν ἀποκαλύπτοντα, τοὺς δὲ τὴν γνῶσιν ἑλόντας δι' αὐτοῦ παραχρῆμα δεικνύς. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἐπείπερ ἐστὶ καὶ Λόγος καὶ βουλὴ καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, οἶδεν ἀδιδάκτως τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦ τεκόντος αὐτὸν τὰ βάθη περιεργάζεται, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος τὰ ἐν αὐτῷ καὶ ἡ ἐν ἡμῖν τε καὶ καθ' ἡμᾶς νοουμένη σύνεσις, οὐδὲν τὸ παράπαν τῶν ἐν ἡμῖν ἀγνοοῦσα φαίνεται. Οἱ δέ γε θεσπέσιοι μαθηταὶ τὸ μὲν δύνασθαι νοεῖν τι περὶ Θεοῦ καρπὸν C τῆς ἰδίας οὐκ ἔχουσι γνώσεως, φωταγωγούμενοι δὲ διὰ τοῦ Πνεύματος τῇ τῶν μυστηρίων ἀκριβείᾳ προσβάλλουσι τοῦ Υἱοῦ, συνιέναι τε οὕτω δύνανται τὸν Πατέρα. Χρησίμως οὖν ἄρα καὶ λίαν εἰκότως ἐπήνεγκεν ὁ Χριστὸς, ὅτι « Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω. » Ἐπιτήρει δὲ ὅπως ἴση δι' ἀμφοῖν ἐνέργεια, φημὶ δὲ δὴ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, πρὸς τὴν τῆς θεοπτίας κατάληψιν ἀποτελουμένη φαίνεται. Σοφοῖ μὲν γὰρ ὁ Πατὴρ, ἀποκαλύπτων τὸν ἴδιον Υἱόν· σοφοῖ δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ ὁ Υἱὸς, ἀποκαλύπτων τὸν Πατέρα. Καὶ γοῦν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ φησὶ περὶ τὰ μέρη Καισαρείας τῆς καλουμένης Φιλίππου· « Μακάριος εἶ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Διωμολογήκει D γὰρ ὁ μαθητὴς καὶ πιστεῦσαι διισχυρίσατο, ὅτι αὐτὸς εἴη Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Αὐτὸς δὲ νυνὶ περὶ ἑαυτοῦ φησιν, ὅτι « Ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω. » Οὐ γὰρ κατέληξεν ἀποκαλύπτων ἡμῖν ὁ Μονογενὴς τοῦ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν ἀποκαλύψας τοῖς πρώτοις ἐν ἀρχαῖς· ἐνεργεῖ δὲ τοῦτο διὰ παντὸς, ἐνσπείρων ἑκάστῳ τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος φωτισμὸν, καὶ χειραγωγῶν εἰς ἐπίγνωσιν τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Τί δὲ δὴ κατορθῶν καὶ κατὰ τίνα τρόπον ἡμᾶς ὠφελῶν ἀποκαλύψαι μὲν ἤδη τοῖς μαθηταῖς, γνωρίσειν γε μὴν καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα διισχυρίζεται τὸν Πατέρα, πάλιν αὐτὸς ὑπέδειξεν εἰπών· « Ἵνα ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με ἐν αὐτοῖς

[18] Matth. XVI, 17. [19] Joan. XVII, 26.

ῇ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς. » Τοῖς γὰρ διὰ θεωρίας εἰλικρινοῦς ἐπιγνῶναι δυνηθεῖσι τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, πεπαιδευμένοις δὲ κατ' ἀκρίβειαν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὸν λόγον, ὑπάρξει δὴ πάντως καὶ ἀναμφιλόγως περιέσται τὸ τελείως ἀγαπᾶσθαι παρὰ Πατρὸς, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Υἱοῦ. Τελειότατα γὰρ ἀγαπᾷ τὸν ἴδιον Υἱὸν ὁ Πατήρ· ἐναυλίζεται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦ ἁγίου δῆλον ὅτι Πνεύματος, συνάπτων εἰς οἰκειότητα τὴν πνευματικὴν δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν ἐγνωκότα αὐτὸν, ἀπαράφθορόν τε τῆς θεογνωσίας ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον ὠδίνοντα. Ἐγνώρισε δὲ ἡμῖν τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, Υἱὸν ἡμῖν ἑαυτὸν ἐπιδείξας. Παρέψεται γὰρ καὶ ἰσοδρομήσει πάντη τε καὶ πάντως τῇ περὶ τοῦ γεννήματος γνώσει καὶ ἡ περὶ τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν, καθάπερ ἀληθὲς καὶ τὸ ἔμπαλιν. Εἰ δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ ἀναμφιλόγως παραδεκτὸν, ὅτι Πατρὶ μὲν ὁ Υἱὸς, Υἱὸς δὲ αὖ πάλιν τῷ Πατρὶ συννοεῖταί τε καὶ συνεισάγεται, καὶ συνειστρέχει δι' ἀμφοῖν ἡ ἑκατέρου γνῶσις, πῶς ἔτι ποίημα κατά τινας τῶν ἀνοσίων ἐστὶν ὁ Υἱός; Υἱὸν μὲν γὰρ εἴ τις λέγοι, τὴν περὶ Πατρὸς ἐνέθηκε γνῶσιν τοῖς ἀκροωμένοις· ποίημα δὲ ὀνομάσας εἰς ἔννοιαν ἀναφέρει τοῦ ποιήσαντος αὐτό. Ἐπειδὴ δὲ Πατέρα καλεῖ τὸν Θεὸν ὁ Υἱὸς, οὐ ποιητὴν, ἢ δημιουργὸν, οἶδε δηλονότι γέννημα κατ' ἀλήθειαν ἑαυτὸν ὑπάρχοντα. Διὸ νοεῖταί τε καὶ ἔστιν ὁ Υἱὸς υἱὸς, καὶ οὐ ποίημα κατ' ἐκείνους. Διὸ ποιητὴς ὁ ποιῶν, καὶ οὐκέτι πατήρ. Ἀδικήσει δὲ οὐδὲν τὴν τοῦ λόγου δύναμιν, τὸ καὶ ἐφ' ἡμῶν τετάχθαι τυχὸν τὸ τῆς γεννήσεως, ἤτοι τὸ τῆς υἱότητος ὄνομα. Τὰ γάρ τοι κυρίως τε καὶ ἰδικῶς ἀνακείμενά τε καὶ προσόντα τῷ κατὰ φύσιν υἱῷ, ταῦτα καὶ ἐφ' ἡμᾶς κατεκομίσθη, πολλάκις καταχεχρημένης ἔσθ' ὅτε τῆς ἁγίας Γραφῆς, καὶ τοῖς κατὰ θέσιν υἱοῖς τὰ τοῦ κατὰ φύσιν περιτιθείσης ἔσθ' ὅτε. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ καὶ τὴν τοῦ γεννήματος ἐλάχομεν κλῆσιν, ἐκ φιλανθρωπίας Θεοῦ τιμῆσαι θελήσαντος, ἐπεὶ καὶ θεοὺς ὠνόμασε τοὺς ἀπὸ γῆς ὄντας ὁμολογουμένως.

A sanctum Spiritum, in spiritalem unitatem conjungens per seipsum Deo ac Patri eum qui noverit ipsum, et **1010** sinceram divinæ cognitionis in seipso rationem peperit. Notum autem nobis fecit Patris nomen, Filium nobis seipsum ostendens. Omnino enim Filii cognitionem sequetur etiam Patris cognitio, et contra. Quod si verum et indubitatum est Patrem cum Filio simul intelligi, et vicissim Filium cum Patre, et utriusque cognitionem simul concurrere, quomodo creatura, ut impii quidam aiunt, est Filius? Nam qui Filium dixerit, Patris notitiam auditoribus simul infert: qui vero creaturam nominaverit, ad Creatorem animum statim revocat. Cum autem Patrem Deum Filius nominet, non creatorem aut opificem, novit utique B se verum esse prolem. Ideoque Filius intelligitur et est filius, non autem creatura, ut illi volunt. Ideo creator dicitur qui creat, pater vero non item. Nec obstat quod de nobis forsan generationis aut filiationis nomen dicitur. Nam quæ proprie et peculiariter insunt naturali filio, hæc etiam ad nos sæpe deducuntur, abutente quandoque sancta Scriptura, et filiis adoptivis quæ naturalis sunt filii interdum tribuente. Neque vero mirandum est si filiorum quoque appellationem sortiti simus, Deo singulari sua bonitate ita nos ornare volente, cum deos etiam nominaverit quos de terra constat esse procreatos.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Ἤδει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Καταφωτίσας τοὺς μαθητὰς καὶ εἰς ἕκαστα τῶν τελούντων εἰς ἀρετὴν τοῖς καθήκουσιν ἀποτορνεύσας λόγοις, ἀστειοτάτην δὲ σφόδρα καὶ θεοφιλῆ πολιτείαν ἑλέσθαι προστάξας, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι πνευματικῶν ἀναπλήσειν αὐτοὺς χαρισμάτων ὑποσχόμενός τε αὐτὸς, καὶ τὰς ἄνωθεν καὶ παρὰ Πατρὸς εὐλογίας καταπεμφθήσεσθαί σφισιν εἰπὼν, ἔξεισιν ἤδη προθύμως, τὸν τοῦ πάθους καιρὸν οὐκ ἀποσειόμενος, οὔτε μὴν τὸν ὑπὲρ ἁπάντων καταδείσας θάνατον. Πῶς γὰρ ἦν εἰκὸς τοῦτο δρᾷν τὸν ᾧ γε παρέστη παθεῖν, ἵνα τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἁπάντων ἀπάθειαν ἐκπρίηται, ἀφιγμένον τε διὰ τοῦτο καὶ μόνον, ἵνα τῷ οἰκείῳ αἵματι τὴν σύμπασαν γῆν καταχτήσηται τῷ Θεῷ καὶ Πατρί; Πλειστάκις μὲν οὖν ἐμπαροινεῖν ἑλομένων τῶν Ἰουδαίων αὐτῷ, λιθόλευστόν τε ποιεῖν ἐξ ἀπονοίας ἐπιχειρούντων, ἀπέδρα θεοπρεπῶς, ἀφανῆ μὲν ἑαυτὸν καθιστὰς, ὑπεξάγων δὲ καὶ μάλα ῥᾳδίως τῆς τῶν ζητούντων χειρός· οὐ γὰρ ἤθελέ πω παθεῖν, οὔπω καιροῦ

C XVIII, 1, 2. *Hæc cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus in quem introivit ipse et discipuli ejus. Sciebat autem et Judas qui tradebat eum, locum, quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.*

Postquam illuminasset discipulos, et ad omne genus virtutis congruis sermonibus informasset, ac optimam piamque vitam sequi jussisset, ac præterea spiritalibus eos donis impleturum pollicitus esset, supernasque et a Patre benedictiones missurum eis dixisset, alacriter demum egreditur, passionis tempus nequaquam fugiens, nec mortem quam pro omnibus subiturus erat reformidans. Qui enim istud faceret cui propositum erat pati, ut sua D passione impassibilitatem omnibus redimeret? quique ob id tantum advenerat, ut suo sanguine universam **1011** terram Deo et Patri acquireret? Judæis itaque sæpius in eum irruentibus, et saxis obruere per suum furorem aggredientibus, declinabat, ut Deus, seipsum quidem ex eorum oculis eripiens, et ex quærentium manibus nullo negotio se subducens, non enim adhuc pati constitutum erat, congruo tempore nondum ad id eum vocante. Quo instante, domo relicta in qua suos instituerat discipulos,

pervenit ad locum in quo ipse Servator omnium Christus et sancti discipuli frequenter versari solebant. Hoc autem rursus agebat, ut a proditore citra negotium inveniretur. Locus autem hortus erat, veteris paradisi formam gerens. Erat enim, ut ita dicam, recollectio quædam figurarum, et omnium uno verbo in pristinum statum reversio. In paradiso quippe omnis tristitiæ nostræ initium fuit, in horto vero Christi quoque passio inchoatur, quæ veterum illorum omnium emendationem nobis invehit.

A καλοῦντος εἰς τοῦτο τοῦ πρέποντος. Ἐπειδὴ δὲ ἤδη παρῆν, τὴν ἑστίαν ἀφεὶς, ἐν ᾗ τοὺς ἰδίους μεμυσταγώγηκε μαθητὰς, ἀφικνεῖται πρὸς τόπον, ἐν ᾧπερ ἦν ἔθος ἐνδιαιτᾶσθαι συχνῶς αὐτῷ τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ, καὶ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς. Ἔδρα δὲ τοῦτο πάλιν, ἀταλαίπωρον καθιστὰς τῷ προδότῃ τὴν εὕρεσιν. Κῆπος δὲ ὁ χῶρος ἦν τὸ τοῦ ἀρχαίου σχῆμα παραδείσου πληρῶν. Ἀνακεφαλαίωσις γὰρ ὥσπερ ἐγίγνετο τόπον [γρ. τόπων], καὶ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐπαναδρομὴ πρὸς τὸ ἀρχαῖον. Ἐν παραδείσῳ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς σκυθρωπῶν συμβέβηκεν ἡ ἀρχὴ, ἐν κήπῳ δὲ καὶ τὸ Χριστοῦ πάθος δέχεται τὴν ἀρχὴν, ἁπάντων ἡμῖν τῶν πάλαι συμβεβηκότων εἰσφέρον τὴν ἐπανόρθωσιν.

XVIII, 3. ***Judas ergo cum accepisset cohortem, et a pontificibus et Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis et facibus et armis.***

Ὁ οὖν Ἰούδας παραλαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, B *ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων.*

Necessario rursus divinus evangelista Jesum in horto fuisse ait, non aliorum hominum illuc confluentium multitudine stipatum, quorum ope se defenderet, sed solum cum solis suis discipulis, ut proditoris labantem animum palam faceret. Gravis enim res est in unoquoque conscientia, soletque turbare animos, et ingentes metus incutere, cum aliquid impii quandoque aggredimur. Cum ergo istiusmodi quiddam proditori contigisset, cohortem ipsam armis instructam, et Judæorum ministros adducit, ac si quempiam scelere nobilem capturus esset. Sciebat enim, ut credibile est, se eum non capturum, nisi pati vellet, et ultro se eo conferret. At impietate facinorum profligatus, et incredibili audacia quodammodo temulentus nescit quo ruat, nec frustra sentit esse conatus suos. Putabat enim se multitudine satellitum et hominum manu divinam ejus potestatem superaturum. Neque vero mireris, si tali morbo miser laboret, et digna risu animo agitet. **1012** Nam cum mentis suæ habenas alteri permisisset, suæque voluntatis potestatem diabolo vendidisset, totus jam illius furori addictus erat, qui semel insilierat, et acris serpentis instar in eo latitabat. Sed hunc proditoris casum jure miraberis, perpetuisque lacrymis dignum fatebere. Nam qui modo una cum Christo cœnabat, ac sanctæ mensæ piorumque sermonum particeps erat, qui palam audierat, « Unus ex vobis me traditurus est [20], » ex ipsis, ut verbo dicam, sedilibus exsilit, et ex ipso epulari accubitu se proripit, eum pretio Judæis venditurus, non piorum sermonum memor, non futurorum spe succensus, sed datæ sibi dignitatis nulla ratione propemodum habita, atque, ut simpliciter dicam, æternis illis bonis omnibus tam exiguo et vili argento præposito, diaboli rete et laqueus adeoque impietatis Judaicæ auctor simul et adjutor esse comperitur. Porro mihi risum haud parum movet, quod turbæ quæ cum proditore confluxerant, arreptis laternis et facibus impetum in Chri-

Ἀναγκαιότατα πάλιν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κήπῳ γενέσθαι φησὶ τὸν Ἰησοῦν, οὐ πλήθους ἀνδρῶν ἑτέρων, οὐχ ὄχλου συνθέοντος, ἤγουν ἐπαμύνειν αὐτῷ διεσκεμμένου, μόνον δὲ μόνοις συνόντα τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἵνα τῆς τοῦ προδότου καρδίας καταστήσῃ καταφανὲς τὸ σαθρὸν εἰς σύνεσιν. Δεινὸν γὰρ λίαν ἐν ἑκάστῳ τὸ συνειδὸς, καὶ θορύβους ἐντεκεῖν, καὶ πικρὰς ἀνασκαλεῦσαι δειλίας, ὅταν τι τῶν ἀνοσίων ἐπιχειρῶμεν ἔσθ' ὅτε. Τοιοῦτον, οἶμαι, τι πεπονθὼς ὁ προδότης, τήν τε σπεῖραν αὐτὴν πολεμικοῖς ὀργάνοις ἐνηρμοσμένην καὶ τοὺς τῶν Ἰουδαίων ὑπηρέτας ἐπικομίζεται, καθάπερ τινὰ τῶν διαβοήτων εἰς κακουργίαν ὑπὸ χεῖρα ληψόμενος. Ἤδει γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς οὐκ ἂν C ἕλοι ποτὲ μὴ οὐχὶ παθεῖν ᾑρημένον, ἰόντα τε πρὸς τοῦτο δι' ἐθελουσίου ῥοπῆς· ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν δρωμένων ἀνοσιότητος παρεφθαρμένος τὸν νοῦν, καὶ μεθύων ὥσπερ τοῖς ὑπὲρ λόγον τολμήμασιν, οὐδὲ ὅποι ποτὲ φέρεται βλέπει, καὶ ἀνηνύτως ἐπιχειρῶν οὐκ αἰσθάνεται. Ὤετο γὰρ ὅτι τῇ τῶν ἑπομένων πληθύϊ καὶ ἀνθρωπίνῃ χειρὶ τῆς θείας αὐτοῦ δυνάμεως περιέσται ποτέ. Καὶ μή τοι θαυμάσῃς εἰ νοσεῖ τι τῶν τοιούτων ὁ δείλαιος, καὶ γέλωτος ἄξια πεφρονηκὼς εὑρίσκεται. Ἑτέρῳ γὰρ ἤδη τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἀναθεὶς τοὺς οἴακας, καὶ καταπωλήσας τῷ διαβόλῳ τῶν ἰδίων θελημάτων τὴν ἐξουσίαν, ὅλως ἦν τῆς ἐκείνου μανίας, εἰσπεπηδηκότος ἅπαξ καὶ πικροῦ τινος ὄφεως δίκην ἐμφωλεύοντος αὐτῷ. Ἀποθαυμάσαι δ' ἄν τις, καὶ λίαν εἰκότως, ἀκαταλήκτων τε δακρύων ἀξίαν ἐρεῖ τὴν τοῦ προ- D δότου κατάπτωσιν. Ὁ γὰρ ἄρτι συνεστιώμενος τῷ Χριστῷ καὶ ὁμόσιτος ὤν, τραπέζης τε τῆς ἁγίας μέτοχος, καὶ λόγων τῶν εἰς εὐσέβειαν συναπολαύσας τοῖς ἄλλοις, ἀκηκοώς τε λέγοντος ἐναργῶς, ὅτι « Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, » ἐξ αὐτῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν περιτραπεζίων ἐξάλλεται δίφρων, καὶ τῆς κατακλίσεως ἄρτι τάχα διαναστὰς, δρομαῖος ἄπεισι μισθαρνήσων Ἰουδαίοις, οὐ λόγων τῶν εἰς εὐσέβειαν διαμεμνῆσθαι θελήσας, οὐκ ἐλπίδος τῆς εἰς τὸ μέλλον εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθὼν, ὀλίγα δὲ κομιδῇ καὶ τοῦ δοθέντος αὐτῷ φροντίσας ἀξιώματος, καὶ, ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, πάντων ὁμοῦ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τὸ μικρὸν οὕτω

[20] Joan. XIII, 21.

τελὲς προθεὶς ἀργύριον, καὶ πάγη, καὶ λῖνον A
ιxὸν εὑρίσκεται τῷ Χριστῷ, καὶ τῆς Ἰουδαίων
τος πρωτοστάτης τε ἅμα καὶ συνεργός. Ἔπεισι
κἀκεῖνο πρὸς τούτοις οὐ μετρίως διαγελᾷν.
μὲν γὰρ οἱ τῷ προδότῃ συνθέοντες, τὴν κατὰ
ῦ μελετῶσιν ἔφοδον, φανοὺς δὲ καὶ δᾳδας ἀψά-
Παρῃτοῦντο γάρ, οἶμαι, κατά γε τὸ εἰκὸς, τὰ
σκότῳ διαπταίσματα καὶ τὸ βόθροις ἀκουσίως
πηδᾷν· φιλεῖ γάρ πως ἐν σκότῳ τὰ τοιαῦτα
νειν. Ἀλλ' ὦ τῆς ἀνοίας! οὐχ ὁρῶσιν οἱ τά-
ἐκ πολλῆς ἀμαθίας τῷ λίθῳ προσπταίοντες,
ἱ φησιν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· « Ἰδοὺ τίθημι ἐν
λίθον προσκόμματος καὶ πέτραν σκανδάλου. »
μικρὸν ἔσθ' ὅτε καταφρίττοντες βόθρον, εἰς
ἀβύσσου καὶ εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς κατα-
τες οὐχ αἰσθάνονται, καὶ οἱ τὴν τῆς ἑσπέρας B
παραιτούμενοι, τῆς διηνεκοῦς καὶ ἀκαταλήκτου
οὐδένα ποιοῦνται λόγον. Ἔμελλον γὰρ τῷ θείῳ φωτὶ δυσσεβῶς ἐπιβουλεύσαντες, τοῦτ' ἔστι Χριστῷ,
τεῖν ἐν σκότῳ καὶ ἀωρίᾳ, κατὰ τὴν τοῦ Προφήτου φωνήν. Καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς
ἐξώτερον κατοιχήσεσθαι σκότος, ἐκεῖ τῆς εἰς Χριστὸν ἀσεβείας ἀποτίσοντες τοὺς λόγους, καὶ πικρᾷ
λευτήτῳ παραδοθησόμενοι κρίσει.

stum facere moliuntur. Metuebant nempe ne, ut in tenebris assolet, in lapides impingerent, aut in foveas caderent: solent enim in tenebris talia fere accidere. Sed, o dementiam! non vident miseri præ multa vecordia se in lapidem offendere de quo Deus ac Pater infit: « Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali [21]. » Et qui parvam foveam reformidant, in fontes abyssi, et in terræ profunda ruere se non sentiunt, et qui serotinam obscuritatem aversantur, perpetuam et æternam noctem non curant. Nam qui divino lumini, hoc est Christo insidias struebant, debebant ambulare in tenebris et nocte, juxta Prophetæ vocem [22]. Neque vero istud tantum, sed et in ipsas exteriores tenebras detrudendi erant, ibi rationem impietatis in Christum reddituri, et acerbo atque æterno tradendi judicio.

*οῦς οὖν εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐ-
ῆλθε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε; Ἀπ-
σαν αὐτῷ· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει
ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι. Εἱστήκει δὲ καὶ
ς ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν. Ὡς
εν αὐτοῖς, ὅτι Ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ
καὶ ἔπεσον χαμαί.*

υκτὸς ὁ προδότης τοὺς τῶν Ἰουδαίων ὑπηρέ-
ῦ τῇ σπείρᾳ διακομίζων ἐφίκετο. Καὶ γὰρ
ὥσπερ ἔφαμεν ἀρτίως, ᾤετο μὲν ὅτι καὶ οὐχ C
λήψεται, τῇ τῶν ἑπομένων πολυχειρίᾳ κατα-
ας. Εὑρήσει γε μὴν ἐμφιλοχωροῦντα τοῖς συν-
θεσι, οὔπω τῆς ἡμέρας ἀνείσης τὴν ἑτέρωσέ
ὁδον, ἐνιζανούσης δὲ ὥσπερ τοῖς καταλύμα-
τὸν Κύριον τῆς νυκτός. Ἵνα τοίνυν αὐτὸν
ερον ἀνθρωπίνως διεσκεμμένον ἐλέγξῃ Χρι-
ολά τε πεφρονηκότα κἂν τούτῳ πάλιν, φθάνει
ὸς τῆς ἐφόδου τὴν ἀρχὴν, ἔξεισι δὲ καὶ μάλα
ως ὑπαντήσων αὐτοῖς, ὅτι μήτε ἠγνόει τὸ
ενον διὰ τούτου δεικνὺς, καὶ ὅτι λαθεῖν τε
ἰ διαδρᾶναι προεγνωκότι ῥᾷον, αὐτόκλητος
ὰ τὸ πάθος, οὐχ ἐκ τῆς τινῶν πλεονεξίας ἀν-
ῳ κινδύνῳ περιπεσὼν, ἵνα μήτε γελῶσιν οἱ
λησι σοφοὶ, σκάνδαλόν τε καὶ κατηγόρημα D
τῶν ἐλαφρίας ποιούμενοι τὸν σταυρὸν, μήτε
υριοκτόνος Ἰουδαῖος ὑψηλὴν ἀνασπάσῃ κατὰ
ὺ τὴν ὀφρὺν, κατισχῦσαι νομίζων καὶ οὐχ
αὐτοῦ. Διαπυνθάνεται δὲ τῶν ἡκόντων ἐπὶ
λῆψιν, τίνα δὴ ἄρα διερευνώμενοι πάρεισιν,
οήσας ποθὲν, ἀλλ' ἵνα τοὺς διὰ τοῦτο παρόντας
ρουμένους αὐτὸν, καὶ διὰ τούτου πάλιν ἐλέγ-
ὅσον ἐπιγινώσκειν ἰσχύοντας τὸν ζητούμε-
ᾶς βεβαιώσῃ πρὸς τὸ φρονεῖν ὀρθῶς, ὡς οὐχ
ποτὲ, μὴ οὐχὶ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν ἐθελοντὴς
ι. Ἄθρει γὰρ ὅπως αὐτοῦ διαῤῥήδην τὸ, « Τίνα
; » λέγοντος, οὐχ ἐπήγαγον εὐθὺς, ὅτι Σὲ συλ-

XVIII, 4-6. *Jesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit, et dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit* **1013** *eis Jesus: Ego sum. Stabat autem et Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram.*

Noctu proditor satellitibus Judæorum una cum cohorte secum assumptis accessit. Etenim, ut modo dicebamus, putabat se eum capturum etiam invitum, satellitum numero fretus. Inveniet tamen eum in locis consuetis diversantem, die nondum permittente ut alio concederet, sed nocte Dominum in suis, ut ita dicam, habitaculis retinente. Ut igitur eum animo vana Christus agitare ostenderet, non exspectat quidem dum irruant, sed strenue eis obviam prodit, ostendens ignotum sibi non esse facinus, et quia difficile non erat futurorum præscio diffugere, passioni seipsum offert, non invitus nec vi ad subeundum istud periculum adactus, ne Græcorum sapientes inde subsannandi occasionem acciperent, crucemque scandalum et offensionem ponerent suæ levitatis, neque dominicida Judæus in Christum supercilium tolleret, existimans se ei vel invito prævaluisse. Interrogat vero eos qui ad se comprehendendum venerant, non quod ignoraret quem quærerent, sed ut nos in recta sententia confirmaret, nusquam se captum iri nisi quærentibus ultro se offerret, ostendendo eos ne præsentes quidem ac spectantes agnoscere posse eum quem quæritant. Observa enim ut eo palam et aperte clamante, « Quem quæritis? » non statim subjecerint: Adsumus te qui nos alloqueris comprehensuri, sed tanquam de aliquo absente, aut quem non cernerent, « Jesum, inquiunt, Nazarenum. » Sed dicet forsan aliquis, Miles forsan et Judæorum

[21] Isa. VIII, 14; Rom. IX, 33. [22] Psal. LXXXI, 5.

satellites Jesum ignorabant. Sed respondemus causam non esse cur quisquam hoc objiciat. Quomodo enim eum ignorassent sacerdotum ministri qui in templo docebat per singulos dies, ut Servator ipse testatur? Verum, ne quis hujusmodi fretus sermonibus de recta sententia decederet, divinus evangelista hoc præviso necessario addidit, **1014** cum militibus et ministris astitisse quoque Judam qui tradebat eum. At qui fieri potuit ut Dominum proditor ignoraret? Sed urgebis, noctu et in tenebris eum qui quærebatur non facile agnosci potuisse. Verum numquid mirabilis est scriptor libri hujus, qui ne minimum quidem istud improvisum reliquit? Dixit enim eos cum laternis et facibus in hortum irrupisse. Soluta igitur omni verbosa loquacitate divina Christi dignitas elucet, qui seipsum quidem ultro quærentibus offert, nondum tamen agnoscitur. Ut enim ostenderet se ab iis non posse cognosci, aperte ait, « Ego sum. » Deinde ut inanem esse militum manum, et omnium hominum vires præ ineffabili divinaque virtute nihil esse demonstraret, miti ac benigno sermone eos allocutus, turbam quærentium in terram præsternit, ut hinc disceremus rerum creatarum naturam ne quidem Dei unam vocem, eamque perhumanam ferre posse : quomodo ergo minas sustineret, ut in Psalmis dicitur : « Tu terribilis es, et quis resistet tibi ab ira tua [23]? » Signum autem universalis casus gentis Judaicæ hoc particulari struitur, quod contigit iis qui ad comprehendendum venerant. Unde Jeremias propheta Judæos deflet, dicens : « Domus Israel cecidit : non est qui excitabit eam [24]. » Rei autem necessariæ imago iste casus est. Docet quippe omnino ruituros quicunque in Christum flagitia patrarint.

A ληψόμενοι τὸν λαλοῦντα πάρεσμεν, ἀλλ' ὡς περί τινος τῶν οὔπω παρόντων, μήτε μὴν ὁρωμένων, « Ἰησοῦν, φασὶ, τὸν Ναζωραῖον. » Ἀλλ' ἦν τινας ἴσως εἰκὸς πρὸς τοῦτο εἰπεῖν, Ἠγνόει τυχὸν ὁ στρατιώτης, συνηγνοήκασι δὲ καὶ οἱ τῶν Ἰουδαίων ὑπηρέται τὸν Ἰησοῦν. Πρὸς δὴ τοῦτό φαμεν, ὅτι μάλιστα μὲν οὐκ εὐλόγως τις ἡμῖν τὸ τοιοῦτον ἐρεῖ. Πῶς γὰρ ἂν ἠγνόησαν οἱ τῶν ἱερᾶσθαι κεκληρωμένων ὑπὸ χεῖρα διὰ παντὸς τὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθ' ἡμέραν διδάσκοντα, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνήν; Πλὴν ἵνα μηδὲ τοῖς τοιούτοις τινὲς ἐπιθαρσήσαντες λόγοις, ἔξω που τοῦ πρέποντος ἔρχωνται λογισμοῦ, προαναβλέψας ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς, προστέθεικεν ἀναγκαίως, ὅτι σὺν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ὑπηρέταις εἱστήκει καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτόν. Εἶτα πῶς ἠγνόησεν ἂν B ὁ προδότης τὸν Κύριον; Ἀλλ' ἐρεῖς δὴ πάλιν, ὅτι νὺξ ἦν καὶ σκότος, καὶ οὐκ ἦν ἑτοίμως ἰδεῖν τὸν ζητούμενον. Εἶτα πῶς οὐκ ἀξιάγαστος ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς, ἀπρονόητον οὐκ ἀφεὶς οὐδὲ τὸ οὕτω μικρόν; Εἴρηκε γὰρ ὅτι φανοὺς καὶ δᾷδας ἀψάμενοι τῷ κήπῳ προσέβαλον. Λελυμένης τοιγαροῦν καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις εὑρεσιλογίας τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα διαφαίνεται τοῦ Χριστοῦ, ἑαυτὸν μὲν τοῖς ζητοῦσι προσάγοντος, μὴ μὴν ἔτι καὶ ἐπιγινωσκομένου. Ἵνα γὰρ τοῦτο, τὸ μὴ δύνασθαί φημι διαγινώσκειν αὐτὸν, τὸ « Ἐγώ εἰμι, » φησὶν ἐναργῶς. Ἀλλ' ἵνα πρὸς τούτῳ καὶ τὸ τῆς πολυχειρίας ἔωλον ἀποφήνῃ, καὶ τὴν παντὸς ἀνθρώπου δύναμιν οὐδὲν οὖσαν παντελῶς, ὡς πρὸς τὴν ἄῤῥητόν τε καὶ θείαν ἰσχὺν, πράῳ τε καὶ ἡμέρῳ λόγῳ προσδιαλεχθεὶς, καταστρώννυσιν εἰς γῆν τῶν ζητούντων C τὸν ὄχλον, ἵν' ἐκεῖνο μάθωμεν, ὅτι τῶν γενητῶν ἡ φύσις ἀφορήτως ἔχουσα καὶ πρὸς ἕνα τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ τοῦτο φιλάνθρωπον, πῶς ἂν διοίσῃ τὴν ἀπειλὴν, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον· « Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου; » Σημεῖον δὲ ὥσπερ τῆς καθόλου νοουμένης τοῦ ἔθνους καταπτώσεως, οἰκονομεῖται τὸ μερικὸν καὶ τὸ τοῖς ἐπὶ τὴν σύλληψιν ἐλθοῦσι συμβεβηκός. Καὶ γοῦν Ἰουδαίους ὁ προφήτης Ἱερεμίας κατολοφύρεται λέγων· « Οἶκος Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκ ἔστιν ὁ ἀναστήσων αὐτόν. » Εἴη δ' ἂν καὶ εἰκὼν ἀναγκαίου πράγματος τὸ συμβεβηκός. Διδάσκει γὰρ, ὅτι παντὶ τῷ πονηρεύεσθαι κατὰ Χριστοῦ μελετήσαντι πάντῃ τε καὶ πάντως κείσεται τὸ πεσεῖν.

XVIII, 7-9. *Iterum ergo interrogavit eos : Quem quæritis? Illi autem dixerunt : Jesum Nazarenum. Respondit Jesus : Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit : Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.*

Iterum eos singulari consilio interrogat, ut magnam in eis esse animi duritiem ostenderet. Mente enim ob impietatem emoti, atque attoniti, nesciebant se eum alloqui quem quærebant. Veruntamen quod dixit verum esse, ipsis quoque rebus nobis Christus demonstrat : « Ego enim sum pastor bonus, inquit. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis [25]. » Pro salute igitur apostolorum Dominus **1015** dimicat, et pro iis discrimen adiens, ultro se eis offert qui missi a sacerdotum principibus ac Pharisæis eum morti tradituri

Πάλιν οὖν ἐπηρώτησεν αὐτούς· Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι. Εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν. Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν· Ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ D *ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.*

Ἐρωτᾷ μὲν εἰς δεύτερον οἰκονομικῶς, ἵνα τῆς ἐντεθείσης αὐτοῖς κατὰ νοῦν πωρώσεως ἀποφήνῃ τὸ μέγεθος. Παρῃρημένοι γὰρ ὥσπερ τοῦ νοῦ τὴν ἀκρίβειαν, καὶ τὰς φρένας παρακεκομμένοι διὰ τὴν ἀσέβειαν, αὐτῷ προσλαλοῦντες ἠγνόουν τῷ παρ' αὐτῶν ζητουμένῳ. Πλὴν ὅπερ ἔφη Χριστὸς ἀληθὲς ὑπάρχον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἀποφαίνει πράγμασιν. « Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ὁ ποιμὴν ὁ καλός· Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Προασπίζει τοιγαροῦν τῆς τῶν ἀποστόλων σωτηρίας ὁ Κύριος, καὶ προκινδυνεύων αὐτόμολος εἰς αὐτοὺς

[23] Psal. LXXV, 8. [24] imo Amos V, 2. [25] Joan. X, 11.

Increpat legisperitos, ut qui legem ipsam qua gloriabantur violarent. Nondum enim damnato cum præmaturum quodammodo supplicium irrogarent, crimina frustra quæritant. Quid ergo interrogas, B inquit, et ad defensionem vocas eum quem prius damnasti quam esset accusatus? Licet autem hunc locum aliter intelligere. Qui me odio prosequuntur, inquit, et a quibus tam gravibus ignominiis afficior, si quid de me dicam, continuo falsa me loqui clamabunt. Aliorum itaque voce discite: testes invenire difficile non erit. Hi enim sermones meos audierunt. Neque vero quisquam eum existimabit, cum corda et renes norit [48], aliquos ex iis qui astabant qui ipsum audissent fortuitos testes exhibuisse. Nequaquam. Indicavit enim quosdam ministros qui doctrinam suam olim suspexerant: quomodo vero aut quando, rursus ad explicationem loci hujus **1026** dicere est operæ pretium. Igitur C ille ipse nobis divinus evangelista aliquid istiusmodi rursus narravit, nempe Judæorum principes Christo Servatore nostro turbis ad se confluentibus de regno cœlorum disserente infrenduisse, et invidiæ flamma succensos de medio illum tollere aggressos. Sic autem ait evangelista: « Et miserunt principes et Pharisæi ministros ut apprehenderent eum [49]. » Sed cum de Servatore nostro multa dicerentur, qui a Judæis missi erant una cum aliis omnibus credebant, et plus admirati sunt quam quivis alius e turba. Sic autem rursus scribit evangelista: « Venerunt ergo ministri ad principes sacerdotum et Pharisæos, et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Re- D sponderunt eis Pharisæi: Nunquid et vos decepti estis [50]? » Audis ut cum famulos jam persuasos et admiratione Christi attonitos viderent, Pharisæi turbentur. Hoc ergo cum Servator nosset: « Interroga, inquit, eos qui audierunt. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. » Nam cum illos ipsos quos tunc viderat præsentes cerneret, eos demonstrat dicendo, hi: vel idem est ac si diceret: Ipsi quoque doctrinæ meæ pulchritudinem sunt admirati, qui vestræ impietatis erant ministri.

[47] Rom. I, 6. [48] Psal. VII, 10. [49] Joan. VII, 32. [50] ibid. 45-47.

XVIII, 22. *Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondes pontifici?* A

Istud quidem voce prophetæ prædictum etiam est tanquam de Christo futurum: « Dorsum meum dedi, inquit, ad flagella, et genas meas ad alapas [61]. » Quod olim prædictum nunc in condemnationem superbiæ Judaicæ, et abolitionem ignominiæ nobis debitæ ad exitum perducitur, quippe qui in Adam primo peccavimus, conculcato mandato divino. Pro nobis enim sustinet ignominiam, quandoquidem ipse peccata nostra portat, juxta prophetæ vocem [62], et pro nobis dolet. Quemadmodum enim corpore suo morti tradito mortem destruxit [63], sic ignominiam nostram alapa delevit, Christo per ignominiam inflicta. Unus enim instar omnium pro omnibus ignominiam subiit. Quanquam **1027** creaturæ omnes cohorruissent, opinor, si tam nefarii sceleris sensum habuissent. Gloriæ quippe Dominus impia percussoris manu feriebatur. Sciscitari porro non erit inutile quam ob causam audacissimus hic et impius minister Jesu colaphum incutiat, qui nihil plane duri aut asperi protulisset, sed mitissime ad omnia respondisset. Sed ne ipsum quidem videas Judæorum principem imperasse ut eum cæderet, ac ausu tam impio irrueret. Erunt qui tritam et usitatam ministrorum consuetudinem esse dicent, qui cum ad judiciorum præsides alicujus criminis reos adducunt, modestius loqui cogunt etiam invitos: quod si durius aliquid eis exciderit, ipsi eos interdum indigne habent. Sed non arbitror illius in Christum intemperici causam hanc fuisse; verum si animum ad ea quæ prius dicta sunt intenderimus, aliam rei gestæ causam comperiemus. Paulo ante enim dicebamus ministros aliquos in offensionem principum incurrisse, quod, cum jussi essent Jesum comprehendere, sic edocti reversi sunt, tantaque illius admiratione defixi, ut palam dicerent hominem nunquam sic esse locutum. Qua re in rabiem acti Pharisæi, dicebant: « Nunquid et vos seducti estis? nunquid ex Pharisæis aut ex principibus aliquis credidit in eum? Sed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti sunt [64]. » Cum ergo Servatoris sermo principibus memoriam refricaret illius in ministros indignationis (testes quippe eos doctrinæ suæ citabat dicens: « Ecce, hi sciunt quæ dixi ego »), minister ille, qui quod Christum suspexisset reprehensus fuerat, ne benevolus erga eum esse crederetur, atque ut animum principum ad alias quodammodo cogitationes diverteret, os ei obturat alapa, plura loqui non sinens, ex quibus damni aliquid ministrorum turbæ inferri posset.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς παρεστηκὼς τῶν ὑπηρετῶν ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, εἰπὼν αὐτῷ· Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ;

Προκεκήρυκται μὲν διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς ὡς ἐσόμενον ἐπὶ Χριστῷ καὶ τοῦτο· « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα, φησὶν, εἰς μάστιγας καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. » Διεξάγεταί γε μὴν εἰς τὸ πάλαι προαναφωνούμενον πέρας, εἰς κρῖμα μὲν τῆς Ἰουδαίων ἀλαζονείας, εἰς ἀναίρεσιν δὲ καὶ καταστροφὴν τῆς ὀφειλομένης ἡμῖν ἀτιμίας, ἐπείπερ ἡμάρτομεν ἐν Ἀδὰμ τῷ πρώτῳ τὴν θείαν πατήσαντες ἐντολήν. Ἀτιμάζεται γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, ἐπείπερ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Ὥσπερ γὰρ θανάτου λύσιν εἰργάζετο, θανάτῳ παραδοὺς τὸ ἴδιον B σῶμα· τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον τῆς ἐπηρτημένης ἡμῖν ἀτιμίας διὰ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἀρχέκακον ἁμαρτίαν, λύσιν ἔχει τὸ ῥάπισμα τὴν ἐπὶ Χριστῷ πληροῦν ἀτιμίαν. Εἷς γὰρ ὁ πάντων ἀντάξιος ὑπὲρ πάντων ἠτιμάζετο. Πλὴν ὅλην ἂν οἶμαι φρίξαι τὴν κτίσιν, εἴπερ ἐν αἰσθήσει κέκλητο τοῦ τολμήματος. Ὁ γὰρ τῆς δόξης Κύριος, τῇ τοῦ παίοντος ἀνοσίᾳ χειρὶ κατηκίζετο. Οὐκ ἀμοιρῆσαι γε μὴν ἐρεύνης ἄν, οἶμαι, φιλομαθοῦς, τὸ ἐθελῆσαι μαθεῖν, ἀνθ' ὅτου τυχὸν ὁ πάντολμος οὑτοσὶ καὶ ἀνοσιουργὸς ὑπηρέτης ῥαπίζει τὸν Ἰησοῦν, σκληρὸν μὲν ὅλως ἢ δύσοργον εἰπόντα μηδὲν, πρᾳοτάτην δὲ λίαν τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἐπενηνεγμένοις ἀπολογίαν ποιούμενον. Ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸν ἴδοι τις τῶν Ἰουδαίων C τὸν προεδρεύοντα παίειν αὐτῷ διατεταχότα, καὶ τοῖς οὕτω παραλόγοις ἐπιπηδᾷν δυσσεβήμασι. Καὶ προβαλοῦνται μὲν ἴσως τινὲς τὴν τοῖς ὑπηρέταις ἐν τριβῇ καὶ μελετωμένην συνήθειαν, οἱ τοῖς ἡγουμένοις προσάγοντες τοὺς ἐπί τισι τῶν ἔξω νόμου κατειρημένους, λαλεῖν μὲν ἐπιεικέστερον καὶ οὐχ ἑκόντας ἀναγκάζουσι, παραφθεγξαμένους δέ τι τῶν ἀπηχεστέρων ἔσθ' ὅτε καὶ ἀτιμάζουσιν. Ἀλλ' οὐ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ Χριστῷ μανίας συμβῆναι τότε, πρόφασιν δὲ τοῦ τολμήματος ἑτέραν εὑρήσομεν, τοῖς ἤδη προειρημένοις τὸν νοῦν ἐνερείσαντες. Ἐλέγομεν γὰρ ἀρτίως, ὅτι τοῖς ἡγουμένοις προσκεκρούκασι τῶν ὑπηρετούντων τινὲς, οἱ προσετάχθησαν μὲν συλλαβέσθαι τὸν Ἰησοῦν, ἐπανῆκον δὲ οὕτω μεμυσταγωγημένοι καὶ τεθαυμακότες αὐτὸν, D ὡς διαρρήδην εἰπεῖν· Οὐδέποτε ἐλάλησεν οὕτως ἄνθρωπος. Ἐφ' ᾧ καὶ σφόδρα λελυττηκότες ἔφασκον οἱ Φαρισαῖοι· « Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; Μή τις ἐκ τῶν Φαρισαίων, ἢ ἐκ τῶν ἡγουμένων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν; Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος, οἱ μὴ εἰδότες τὸν νόμον, ἐπάρατοί εἰσιν. » Ἐπειδὴ τοίνυν τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος πρὸς ἀνάμνησιν ἐκάλει τοὺς ἡγουμένους τῆς κατὰ τῶν ὑπηρετῶν κεκινημένης τότε βαρυθυμίας· μάρτυρας γὰρ αὐτοὺς τῆς ἑαυτοῦ διδασκαλίας παρεκόμιζε λέγων· « Ἴδε οὗτοι ἴσασιν, ἃ εἶπον ἐγώ· » ἀποκρουόμενος τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας τὴν ὑπόληψιν, καὶ τῶν ἡγουμένων τὸν νοῦν ἐφ' ἑτέρας ὥσπερ παρατρέπων ἐννοίας ὁ ἐπὶ τῷ θαυμάσαι Χριστὸν παρ' ἐκείνοις ἐγκαλούμενος, ἐπιστομίζει ῥαπίσματι, τὰ λυποῦντα λέγειν οὐκ ἐφιεὶς τῶν ὑπηρετεῖν τεταγμένων τὸ φιλοκίνδυνον στῖφος.

[61] Isa. L, 6. [62] Isa. LIII, 4. [63] I Cor. XV, 54. [64] Joan. VII, 47-50.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;

Ἀδικοῦντα μὲν λίαν ἐλέγχει τὸν ὑπηρέτην, καὶ εἴπερ τις ἦν ὁ κρινόμενος τῶν οὐ σφόδρα λαμπρῶν. Πλήττει γὰρ ἀσυνέτως ὃν ἥκιστα χρῆν, οὐκ ἐκθέσμοις ῥήμασιν εἰς τοῦτο κεκινημένος, ἤγουν ἑτέραν τινὰ τοῦ θράσους ἔχων τὴν ἀφορμὴν, ἐκ μόνης δὲ μᾶλλον τῆς ἐμφύτου μανίας, εἰς ἠθῶν ἀγριότητα θηριοπρεπῆ κατωθούμενος. Κατηγόρησον γὰρ, εἰ δοκεῖ, καὶ τῶν ἡμετέρων καταγωνίζου λόγων, ὡς οὐκ ὀρθῶς εἰρημένων. Εἰ δὲ τοῦτο ποιεῖν οὐ δύνασαι, πλήττεις ἀνθ' ὅτου λοιπὸν τὸν ἀνεγκλήτως φθεγξάμενον; Τετριμμένος μὲν οὖν οὑτοσὶ καὶ σφόδρα συνήθης τοῖς θεωρήμασι λόγος. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τὴν τοῦ προκειμένου δύναμιν ἑτέρωσέ ποι χωρεῖν. Διελέγχει γὰρ ἴσως τὸν ὑπηρέτην, ὡς ἀδικοῦντα μειζόνως, οὐχ ὅτι πέπαικεν ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι προτεθαυμακὼς ἤδη τὸν διδάσκαλον, ἐπ' οὐδενὶ δὲ νυνὶ καταγνοὺς, ἀτιμάζειν ἠνέσχετο. Εἰ μὲν γὰρ οὐχ ἥλως ποτὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ, φησὶ, λόγοις· εἰ μή σοι τὰ κάλλιστα διδάσκειν ἐδόκουν καὶ παράδοξός τις εἶναι πεπίστευμαι τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἐξηγητής· εἰ μὴ αὐτὸς ἦσθα τότε βοῶν· « Οὐδέποτε ἐλάλησεν οὕτως ἄνθρωπος· » τάχα τις ἦν λόγος ταῖς σαῖς ἀπειρίαις ἐπιδιδοὺς τὸν ἔλεον, καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις αἰτίας ἔξω τιθείς. Ἐπειδὴ δὲ ἔγνως τε καὶ τεθαύμακας καὶ οὐκ ἂν ἴσως, φησὶ, τῶν ἐμῶν κατεμαρτύρησας λόγων, εἰ τὸ τῆς ἑαυτοῦ διαμεμνῆσθαι φωνῆς ἔν τε τῷ παρόντι διελογίζου καλὸν, πῶς οὐκ ἀπροφάσιστον ἔχοις τὴν ἁμαρτίαν; Καὶ προσβαλεῖς μὲν τοιῶσδε τοῖς θεωρήμασι· πλὴν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἀσύγκριτόν τινα καὶ ὑπερφυᾶ τῆς εἰς ἄκρον ἀνεξικακίας ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ Σωτὴρ καταγράφει τὸν τύπον, καὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ ὑπερφεροῦς ἡμερότητος τὴν ἰδέαν, ὡς ἐν εἰκόνος τάξει λαμπρᾶς ἀνατυποῖ τὰ καθ' ἑαυτόν. Ὁ γὰρ ἑνὶ καὶ μόνῳ νεύματι πάντας ἄρδην Ἰουδαίους ἀπολέσαι δυνάμενος, δουλοπρεπῶς ῥαπίζεται· καὶ δρᾷ μὲν οὐδὲν, ἀντεπάγει δὲ τῶν ἀδικούντων οὐδενὶ τὴν παραχρῆμα κόλασιν, ἐπεὶ μηδέ ἐστι καθ' ἡμᾶς ἀσθενὴς, ἢ ὀργαῖς, ἢ λύπαις τυραννούμενος, ἢ τῷ τῆς πλεονεξίας βάρει νικώμενος, δυσωπεῖ δὲ πράως τὸν ἐφεστηκότα, τὸν οὐδὲν ἐκτόπως λαλήσαντα μὴ χρῆναι παίειν εἰπὼν, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι δεινοῖς ἐναποληφθεὶς, τῶν οἰκείων ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀλογεῖ. Λογισμῷ γὰρ ἀναπείθει τῷ δέοντι τῆς ἐν τούτοις προπετείας ἀποχωρεῖν τῆς τῶν Ἰουδαίων ὑπεροψίας τὸν ὑπουργὸν, κομισάμενος μὲν αὐτὸς πονηρὰ ἀντ' ἀγαθῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀντιδιδοὺς δὲ τοῖς ἀτιμάζουσιν ἀντὶ πονηρῶν ἀγαθά. Ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς καὶ ῥαπιζόμενος ἀνεξικακεῖ, καίτοι Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, γῆς τε καὶ οὐρανοῦ Κύριος. Ἡμεῖς δὲ οἱ τάλανες, οἱ γῆ, καὶ σποδὸς, καὶ σμικροὶ, καὶ ἐλάχιστοι, καὶ τῇ τῶν λαχάνων χλόῃ παρεικασμένοι, « Ἄνθρωπος γὰρ ὡσεὶ χόρτος, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, καὶ ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως

A XVIII, 23. *Respondit ei Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis?*

Magnam injuriam esse ministri ostendit, tametsi vilis quidam et ignobilis reus in judicium adductus esset. Eum etenim temerarie cædit, quem minus oportebat, a quo nec ullo iniquiore verbo, nec alia quavis **1028** causa esset lacessitus, sed præcipiti furore et animi intemperie, atque efferata rabie eo deductus. Argue enim, si juvat, et me non recte locutum esse revincito. Sin autem id facere non potes, cur demum cædis eum qui innocenter locutus est? Trita igitur ista et familiaris est hujus loci explicatio. Ego vero sensum horum verborum alio pertinere arbitror. Ministrum B enim forsan arguit gravissimam injuriam intulisse, non utique quod incussisset alapam, sed quod magistrum admirationi prius habitum, nunc vero nullius rei condemnatum male multaret. Nisi ergo captus esses antehac meis sermonibus, inquit, nisi tibi optima docere, et mirabilis sacrarum Litterarum interpres tibi visus essem, nisi ipse tunc exclamasses: « Nunquam sic homo locutus est, » aliqua forsan ignorantiæ tuæ venia dari posset. Verum cum agnoveris, et laudaris, nec testimonium adversus meos sermones laturus sis, si tuæ illius vocis meminisse juvaret, nunquid excusatione omni peccatum tuum cariturum est? Et hujus quidem loci sensum sic intelliges; animadvertendum C tamen est Servatorem incomparabilem quamdam et mirabilem summæ patientiæ nobis formam his verbis depingere, et supremæ bonitatis illustrem quamdam speciem et imaginem seipsum præbere. Nam qui uno ac solo nutu Judæos omnes funditus perdere potest, serviliter colaphis cæditur, nec statim ulciscitur, quia non est sicuti nos angusti animi, nec iræ aut dolori cedit, aut ambitionis onere premitur, sed principem blando sermone placare studet, dicens non esse percutiendum eum qui nihil male locutus sit, et inter supplicia ipsa a suo non abhorret instituto. Convenienti quippe ratione suadet Judæorum fastus ministrum ab illa temeritate recedere, quippe qui accipit ipse mala pro bonis, ut scriptum D est[85], et inimicis suis bona pro malis retribuit. Sed Dominus noster Jesus Christus etiam cum alapæ ei infliguntur patienter sustinet, quamvis Deus verus sit, terræque ac cœli Dominus. Nos autem miseri, qui terra ac pulvis[86], qui tenues et angusti, qui oleribus similes sumus: « Homo **1029** enim sicut fenum dies ejus, et tanquam flos agri sic efflorebit, » ut scriptum est[87]; si quando fratrum aliquis verbo lapsus fuerit, et durius aliquid in nos protulerit, more draconum exasperati in eum insurgimus, et mille pro uno conviciis eum petere non satiamur, nec animi nostri angustiis modum facimus, nec communem naturæ infirmitatem

[85] Rom. XII, 17. [86] Gen. III, 19. [87] Isa. XL, 6; I Petr. I, 24.

reputantes, mutua charitate iram prorsus obruimus, nec in ipsum fidei nostræ ducem respicimus et consummatorem Jesum [58], sed nos ulcisci imprimis cupimus, idque acerbe, quamvis divina Scriptura dicat, modo quidem, vias eorum qui memores sunt injuriarum esse ad mortem; modo vero, Unusquisque malum fratris sui ne cogitate in cordibus vestris. At vero mutuæ aliorum erga alios mansuetudinis et mirabilis patientiæ ipse universi Dominus Christus forma et exemplum nobis sit propositus, qui et hanc ob causam ad nos ait alicubi: « Non est discipulus supra magistrum, neque servus supra dominum suum [59]. »

A ἐξανθήσει, » κατὰ τὸ γεγραμμένον· τινὸς ἔσθ' ὅτε τῶν ἀδελφῶν διαπεσόντος εἰς λόγον, καὶ βραχὺ παραφθεγξαμένου τῶν εἰωθότων λυπεῖν, δρακόντων μὲν δίκην ἐκπικραίνεσθαι δεῖν ἐπ' αὐτῷ λογιζόμεθα, μυρίοις δὲ ἀνθ' ἑνὸς κατασφενδονῶντες λόγοις οὐ κορεννύμεθα, οὐ ταῖς ἀνθρωπίναις μικροψυχίαις κιχρῶντες τὴν ἄφεσιν, οὐ τὴν κοινὴν τῆς φύσεως ἐννοοῦντες ἀσθένειαν, οὐ τῷ φιλαλλήλῳ καταχωννύντες τρόπῳ τὰς ἐντεῦθεν ὀργὰς, οὐκ εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντες τὸν τῆς πίστεως ἡμῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν σπουδάζοντες, καὶ τοῦτο πικρῶς, καίτοι τῆς θείας λεγούσης Γραφῆς, ποτὲ μὲν, ὅτι Ὁδοὶ μνησικάκων εἰς θάνατον: ποτὲ δὲ πάλιν, Τὴν κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τύπον ἡμῖν ἡμερότητος τῆς εἰς ἀλλήλους καὶ τῆς ὑπὲρ λόγον ἀνεξικακίας αὐτὸς ὁ πάντων Δεσπότης προκείσθω Χριστὸς, ὃς καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας πρὸς ἡμᾶς πού φησιν· « Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. »

[58] Hebr. XII, 2. [59] Matth. X, 24.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟΥ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

CAPUT UNICUM LIBRI XII.

Quod natura sua Deus sit Filius, licet propter nos Deum appellet Patrem suum.

Ὅτι κατὰ φύσιν Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, κἂν εὑρίσκηται δι' ἡμᾶς Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα καλῶν.

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

1030 IN JOANNIS EVANGELIUM LIBER DUODECIMUS.

XVIII, 24-27. *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Nunquid et tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, et dixit: Non sum. Dicit ei unus ex servis pontificis, cognatus ejus cujus abscidit Petrus auriculam: Non ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit Petrus, et statim gallus cantavit.*

Divinus evangelista narrationis modum ceu præpetem equum inhibet, ac retro flectit. Cur ita? Quippe præmonstrare oportebat ter a Petro negatum esse Christum, rei natura id ita fieri postu-

B *Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα. Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος. Εἶπον οὖν αὐτῷ· Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; Ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν· Οὐκ εἰμί. Λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον· Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ; Πάλιν οὖν ἠρνήσατο Πέτρος· καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν.*

Ἀνακόπτει χρησίμως καθάπερ ἵππον ὀξυδρομοῦντα τὸν τῆς ἐξηγήσεως τρόπον ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς, καὶ ὀπίσω πάλιν ἀνακομίζεται. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Χρῆν γὰρ δήπου προεπιδεῖξαι τῶν ἐφεξῆς

τὴν εἰς τρίτον γενομένην ἄρνησιν τοῦ Πέτρου, καὶ τοῦτον ἔχοντος τοῦ πράγματος τρόπον τὸν αὐτῷ μάλιστα πρέποντά τε καὶ ἐπιτήδειον, καθ' ὃν καὶ τετέλεσται. Οἰκονομικῶς τοιγαροῦν ἀναλαμβάνει τὰ ἐν ἀρχαῖς, καὶ ἀπεστάλθαι μὲν λέγει τὸν Ἰησοῦν παρὰ τοῦ Ἄννα πρὸς Καϊάφαν· διερωτώμενον δὲ δείκνυσι τὸν Πέτρον παρά τε τῶν συνθερμαινομένων οἰκετῶν, καὶ παρά τινος τῶν ἐκ γένους τοῦ πληγέντος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τρίτην ἐν τούτοις ἀποπληροῦντα τὴν ἄρνησιν. Εἶτα τῆς τοῦ ἀλεκτρυόνος διαμέμνηται φωνῆς, κατ' οὐδὲν διαπίπτοντα τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποφαίνων λόγον, προεγνωκότος τε καὶ προηγγελκότος τοῦ ἰδίου μαθητοῦ τὴν ἐν θορύβοις ἀσθένειαν, ἧς οὐδ' ἂν ὅλως ἐπεμνήσθη τάχα, θεοδίδακτος ὤν, ὁ τόδε τὸ σύνταγμα γραφῇ παραδοὺς, εἰ μὴ τὰς τῶν μισοθέων ἐνενόησε φιλοψογίας τε καὶ ἀθυρογλωττίας. Εἶπον γὰρ ἄν τινες εὐθὺς τῶν ὅτι μάλιστα πολεμεῖν ἐγνωκότων ταῖς τοῦ Σωτῆρος εὐκλείαις· Ἐπιδείξατε τοῦ Πέτρου τὴν ἄρνησιν, πῶς δὲ καὶ ὅποι τετέλεσται τὸ προηγγελμένον διὰ Χριστοῦ, καίτοι τὸ ψευδομυθεῖν καθ' ὑμᾶς οὐκ εἰδότος. Ἀλήθειαν γὰρ εἶναί φατε, καὶ ἐξ ἀληθοῦς ἀναλάμψαι Πατρός. Ἀναγκαιοτάτην τοιγαροῦν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς καὶ τούτων ἡμῖν ἐποιήσατο τὴν ἐξήγησιν, ἀληθεύοντα πανταχῇ δεικνὺς τὸν Κύριον. Ἀλλ' ἴσως τοῦ μὲν ἔτι τοιούτοις ἡμᾶς κατακρούειν λόγοις ἀφέξεταί τις τῶν δι' ἐναντίας, δεινὸς δὲ τοῦ Πέτρου φανεῖται κατήγορος, καὶ δειλίας ἀσυγκρίτου τὸν γνήσιον γράψεται μαθητὴν, εὐχερῆ δὲ οὕτως ἐρεῖ πρὸς τὴν ἐν λόγοις γενέσθαι διάπτωσιν, ὡς ἤδη καὶ τρίτον διολισθεῖν εἰς ἀπάρνησιν, οὐδ' ὅσον τῆς τῶν δεινῶν ἀψάμενον πείρας, ἤγουν πρὸς αὐταῖς γεγονότα ταῖς τοῦ κινδύνου θύραις. Ἀλλ' εἰπεῖν μὲν ἁρμόσει τὰ τοιαῦτα τυχὸν τοῖς ἀμυήτοις ἔτι. Ἐγὼ δὲ ὡς πορρωτάτω τὰ τοιαῦτα μεθεὶς, καὶ ταῖς ἐκείνων τερθρείαις ἐῤῥῶσθαι φράσας, εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀπολογίαν τετράψομαι, τοῖς ἤδη κατειθισμένοις νοεῖν μυστήρια τὰ ἐκ τῆς μυστικῆς οἰκονομίας παρατιθεὶς εἰς ἀπόδειξιν. Ἔδει γὰρ, ἔδει καὶ τῶν τοιούτων εὖ μάλα διαμεμνῆσθαι πραγμάτων τὸν σοφώτατον εὐαγγελιστὴν, ὑπὲρ τοῦ συνιέναι τοὺς ἀκροωμένους τίνες μὲν ἦσαν καὶ αὐτοὶ τῆς οἰκουμένης οἱ διδάσκαλοι πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρὸ τῆς καταφοιτήσεως τῆς ἐπ' αὐτοὺς γενομένης τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τίνες ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, κομισάμενοι τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος χάριν, ἣν καὶ ἐξ ὕψους δύναμιν ὠνόμασεν ὁ Χριστός. Προθυμοτάτους μὲν γὰρ εἰς ἀνάληψιν ἀρετῆς, εὐζωνοτάτους δὲ λίαν εἰς τὸ θέλειν ἕπεσθαι τῷ Χριστῷ καὶ παντὸς κινδύνου καταθλεῖν, καὶ σφόδρα πλειστάκις ἐπιχειρήσαντας θεωρῆσαι τις ἄν. Ἀλλ' οὔπω κατηργηκότος τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, σκληρός πως ἦν ἔτι καὶ ἀπρόσιτος παντελῶς ὁ ἐξ αὐτοῦ φόβος, οἱ δὲ οὔπω τὸ Πνεῦμα λαβόντες, ἀλλ' οὐδὲ διὰ τῆς ἄνωθεν κεχαλμένοι [γρ. κεχαλκευμένοι] χάριτος, εἰς τὴν ὑπὲρ φύσιν ἀνδρείαν οὔπω παντελῶς ἐλευθέραν τῆς ἀνθρωπίνης μικροψυχίας τὴν διάνοιαν ἔχοντες, οὐκ ἄθραυστοι κομιδῇ τοῖς ἐκ τοῦ παθεῖν ἐφαίνοντο δείμασιν. Ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ

A lante. Singulari itaque consilio repetit ea quæ prius dicta sunt, et missum quidem esse ait Jesum ab Anna ad Caipham : Petrum vero interrogatum ostendit cum a famulis qui una se calefaciebant, tum **1031** a quodam cognato ejus quem vulnerarat ipse, terque Dominum negasse. Deinde gallicinii mentionem facit, ostendens frustra non esse Domini sermonem, qui prævidit ac prænuntiavit sui discipuli in re difficili ac turbida infirmitatem, quam divinus forsan scriptor reticuisset, nisi Dei hostium prona ad conviciandum et detrahendum studia cognovisset. Nam qui maxime Christi gloriam impugnant illico forsan dicerent : Ostendite Petri negationem, et quomodo atque ubi ad exitum perducta sit Christi prædictio, qui, ut asseritis, men-

B dacium nescit. Veritatem etenim esse dicitis, et ex vero Patre effulsisse. Necessario itaque nobis divinus evangelista hæc quoque narravit, Dominum ubique veracem esse demonstrans. Sed ab hujusmodi verbis adversariorum aliquis forsan abstinebit, sed in Petrum gravior insurget, sinceroque discipulo formidinis incomparabilis notam affinget, tamque levem et inconstantem fuisse dicet, ut jam tertio Christum neget, nondum ullum expertus periculum, sed qui ne fores quidem ipsas periculi attigerit. Verum ista quidem nondum initiatis forsan convenient : ego vero his procul amandatis, eorumque nugis repulsis, ad defensionem facti me convertam, et in mysteriorum contemplatione jam

C exercitatis mysticam dispositionem et ordinem ostendam. Oportebat enim sapientissimum evangelistam harum maxime rerum mentionem facere, ut auditores intelligerent quinam ipsi terrarum orbis magistri essent ante Christi resurrectionem, et antequam Spiritus in eos descenderet, et quales postea exstiterint, accepta per Spiritum gratia, quam et ex alto virtutem Christus nominavit. Quippe hos videbis ad virtutem promptissimos, et in sequendo Christo constantes, et ad subeunda quævis pericula fortissimos. Sed nondum per Servatorem Christum everso mortis imperio, asper adhuc erat et inaccessus ejus metus; hi autem, nondum accepto Spiritu, nec superna gratia muniti, cum ad supernaturalem virtutem nondum animi angustia soluti

D essent, non admodum **1032** infracti malorum metu videbantur. Quemadmodum enim ferrum, quamvis natura sua durum sit, durioribus tamen saxis retunditur, nisi tinctura obduratum sit : sic animus hominis licet constanti virtutis studio efferatur, tamen duritiem certaminum nunquam superabit, nisi prius divini Spiritus gratia sit impinguatus. Quocirca imbecilliores quodammodo erant initio ipsi discipuli, sed accepto Dei qui supra omnes est Spiritu, deposita infirmitate sua in illius firmitatem transmutati sunt, ejus participatione ad robur supernaturale redeuntes. Infirmitas ergo sanctorum ad laudem et Dei gloriam litteris consignata est, qui vires imbecillis restituit, ac velut inexpugnabilem quamdam turrim excitat eos qui vel solo

metu facile collabuntur, et sola interdum suspicione mali franguntur. Quod autem sanctorum uni aut paucis contigit, exemplo nobis erit atque solatio. Hinc enim docemur non esse quandoque respectu nostræ infirmitatis cunctandum quominus Deo serviamus, sed ei confidendum potius qui omnes firmare potest, quique nobis etiam præter spem largitur ut supernaturalibus factis gloriemur.

A σίδηρος, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων σκληρὸς, οὐκ ἂν ἀλωβήτως ὁμιλῆσαι τοῖς τῶν λίθων ἀπηνεστέροις, εἰ μὴ τὴν ἐκ τοῦ στομοῦσθαι προσλάβοι δύναμιν· οὕτως ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ, κἂν σφόδρα νεανιεύηται ταῖς εἰς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἀπαρατρέπτοις ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ τῆς τῶν ἐντεῦθεν ἀγώνων σκληρότητος οὐ περιέσται ποτὲ, μὴ οὐχὶ πρότερον τῇ διὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἀδρυνθεῖσα χάριτι. Οὐκοῦν ἀσθενέστεροι μέν πως τὸ ἐν ἀρχαῖς καὶ αὐτοὶ τυχὸν ἦσαν οἱ μαθηταὶ, κομισάμενοι δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ὑπὲρ πάντας Θεοῦ, τὴν ἑαυτῶν ἤδη παρελάσαντες ἀσθένειαν, εἰς τὴν ἐκείνου στεῤῥότητα μετεπλάττοντο, τῇ κοινωνίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸ, πρὸς τὴν ὑπὲρ φύσιν ἀνατρέχοντες εὐτολμίαν. Ἀναγέγραπται τοίνυν χρησίμως καὶ ἡ τῶν ἁγίων ἀσθένεια πρὸς ἔπαινόν τε καὶ δόξαν Θεοῦ, μετατιθέντος εἰς δύναμιν τὸ ἠσθενηκὸς, καὶ ὥσπερ τινὰ πύργον ἀνιστάντος ἄμαχον τὸ καὶ ψιλοῖς, καὶ εὐανάτρεπτον φόβοις, καὶ μόναις ἔσθ' ὅτε ταῖς ἐκ τοῦ τι παθεῖν ὑποψίαις κατεῤῥαγός. Εἴη δ' ἂν εἰς τύπον τε καὶ παραψυχὴν ἡμετέραν, τὸ ἑνί που τυχὸν ἢ ὀλίγοις τῶν ἁγίων συμβεβηκός. Διδασκόμεθα γὰρ ἐντεῦθεν μὴ ταῖς ἑαυτῶν ἀσθενείαις ἐνορῶντας ἔσθ' ὅτε καταναρκᾷν ἀβουλότατα τὸ δουλεύειν τῷ Θεῷ, πεποιθέναι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῷ πάντας νευροῦν ἰσχύοντι, καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἐναβρύνεσθαι κατορθώμασι καὶ παρ' ἐλπίδα χαριζομένῳ.

XVIII, 28. *Adducunt ergo Jesum a Caipha in prætorium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.*

Justum judicium judicare [60], et innocentem ac justum non interficere, cum lex et divinum præceptum sanxerit [61], pudet quidem miseros nullum sibi crimen suppetere. Cum autem nullam sui in Christum furoris excusationem invenirent, nec sibi occidere eum liceret, quia lustrandi mox erant (immolare enim Pascha debebant juxta legem [62]), ad Pilatum eum adducunt, incredibili vecordia sibi persuadentes injustæ cædis crimine se nequaquam obstrictum iri, si a cæde ipsi abstinentes in alterius manus eum traderent illud passurum, quamvis Mosaicis legibus repugnaret quod mente versabant. Sed et illud perquam **1033** ridiculum deprehendetur, quod cum innocentissimum quasi summorum criminum reum in judicium adducerent, ac tam horrendam impietatem in caput suum effunderent, prætorii limen fugiunt, quasi inquinandi hinc forent, et impuris hominibus misceri summopere cavent. Lapides quippe et ejusdem generis hominum corpora inquinare posse hominis animam sibi persuadent : fœdissimum vero malorum omnium, injustissimam nempe cædem nihil prorsus sibi noxæ putant affingere. Et quod mirabilius, imo vero cæteris omnibus insanius est, non polluuntur ob agni cædem, qui nihil aliud quam mysterii Christi nobis umbram exprimit, et cum rei typum honorent, ipsam veritatem labefactant. Nam cum ob agnum lustrari se fingant, Christi cæde inquinantur. Recte igitur modo quidem sepulcra dealbata eos appellavit [63], externo et artificioso fuco ornata, intus autem fetido et graveolente spurcitia plena : modo culicem quidem excolare dixit, camelum vero deglutire [63*]. Nam cum sæpe minima ac tenuissima quæque, ut verbo dicam, observent, aut rem prorsus nihili, (quid enim est culex?) crimina graviora pro nihilo ducunt, et cali-

B *Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον. Ἦν δὲ πρωΐ, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα.*

Κρῖμα δίκαιον κρίνετε, καὶ ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς, διαῤῥήδην οὕτως ἀνακεκραγότος τοῦ νόμου καὶ τῆς θείας ἐντολῆς, ἐπερυθριῶσι μέν πως τῇ τῶν αἰτιῶν ἐρημίᾳ καὶ οὐχ ἑκόντες οἱ δείλαιοι. Ἀπροφάσιστον δὲ ἤδη τὴν κατὰ Χριστοῦ μανίαν εὑρίσκοντες, εἰργόμενοί τε τῆς αὐτοκτονίας, διὰ τὸν ἐπικείμενον ἁγνισμὸν (ἔμελλον γὰρ ἤδη θύειν τὸ Πάσχα, κατὰ τὸν οὐδὲν παρ' αὐτοῖς ἰσχύοντα νόμον), Πιλάτῳ προσάγουσιν, ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀσυνεσίας τοῖς τῆς ἀδίκου μιαιφονίας ἐγκλήμασιν οὐκ ἂν ὅλως ἐνσχεθῆναι πιστεύσαντες, εἰ αὐτόχειρες μὲν οὐκ ἂν C εἶεν αὐτοὶ, προσοίσειαν δὲ μᾶλλον ταῖς ἑτέρου χερσὶν ἐκεῖνο πεισόμενον, κἂν τοῖς διὰ Μωσέως ἀπᾴδῃ νόμοις ὅπερ ἦν αὐτοῖς κατὰ νοῦν. Γελοιότατον δὲ σφόδρα κἀκεῖνο πρὸς τούτῳ πεπραχότες ἁλώσονται· εὐθύνοντες γὰρ ὡς ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις κατεγνωσμένον τὸν ἡμαρτηκότα μηδὲν, καὶ τὴν οὕτω φρικωδεστάτην ἀσέβειαν τῆς ἑαυτῶν καταχέοντες κεφαλῆς, τὸν τοῦ πραιτωρίου φεύγουσιν οὐδὸν, ὡς ἐσόμενον αὐτοῖς παραίτιον μολυσμοῦ, καὶ τὸ ἀνδράσιν ἐπιμίσγεσθαι τοῖς ἀνάγνοις ἔτι παραιτοῦνται διὰ σπουδῆς. Λίθους γὰρ, οἶμαι, καὶ ἀνθρώπων τῶν ὁμογενῶν σώματα καταμολύνειν δύνασθαι πεπιστεύκασι τὴν ἀνθρώπου ψυχήν· τὸ δὲ δὴ πάντων αἴσχιστον τῶν κακῶν, τὴν ἀδικωτάτην μιαιφονίαν, οὐδὲν ὅλως αὐτοῖς προστρίβεσθαι νενομίκασι βλάβος. D Καὶ τό γε παράδοξον, μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων εὐηθέστερόν τε καὶ ἀλογώτερον, ἁγνεύουσι διὰ τὴν τοῦ προβάτου σφαγὴν, ἕτερον ἡμῖν ἀνατυποῦντος οὐδὲν ἢ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν σκιάν· οἱ δὲ τὸν τύπον τιμῶντες τοῦ πράγματος εἰς αὐτὴν ὑβρίζουσι τὴν ἀλήθειαν. Πλαττόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῷ τὴν ἁγνείαν, τῇ κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίᾳ μεμόλυνται. Καλῶς οὖν ἄρα ὁτὲ μὲν τάφους κεκονιαμένους αὐτοὺς ὠνόμαζε, τοῖς ἔξωθεν καὶ ἐκ τέχνης αὐτοῖς ἐπηωρημένοις περιβλήμασιν ἐξωραϊσμένους, ἔσωθέν γε μὴν δύσομον [γρ. δύσοσμον] καὶ δυσαχθε-

[60] Deut. I, 16. [61] Exod. XXIII, 7. [62] Exod. XII, 7 seqq. [63] Matth. XXIII, 27. [63*] Ibid. 24.

στάτην ἔχοντας τὴν ἀκαθαρσίαν· ὁτὲ δὲ πάλιν, διυλίζειν μὲν ἔφη τὸν κώνωπα, καταπίνειν δὲ τὸν κάμηλον. Ἀκριβολογούμενοι γὰρ πολλάκις ἐπὶ τοῖς ἁπάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐλαχίστοις τε καὶ μείοσιν, ἢ καὶ ἐπὶ μηδενὶ παντελῶς, » (τί γὰρ ὅλως ὁ κώνωψ;) τὰ τῶν ἐγκλημάτων περιπληθέστερα τίθενται παρ' οὐδὲν, καὶ ποτηρίου μὲν καὶ πίνακος ἀπονίζουσι τὸ ἔξω, λόγος δὲ αὐτοῖς παντελῶς οὐδεὶς τῆς ἔνδον ἀκαθαρσίας. Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ καίτοι τοῦ προφήτου λέγοντος Ἱερεμίου σαφῶς· « Ἀπόπλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου, Ἱερουσαλήμ, ἵνα σωθῇς, » τὴν μὲν ἔσω καὶ ἐν διανοίαις ἀσέβειαν οὐδὲν εἶναι κομιδῇ διαπεπιστεύκασι· προσάγοντες δὲ Πιλάτῳ Χριστὸν, παραιτοῦνται τόπους, ὡς ἐναγεῖς, καὶ ἀνδρῶν ἀπεριτμήτων σώματα, καὶ εἰ μὴ δρῷεν αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ τὸ παράνομον, ὑπουργὸν δὲ ὥσπερ τῆς ἑαυτῶν ὠμότητος ποιοῖντο Πιλᾶτον, ἔξω δὴ πάσης αἰτίας διαμένειν ἐξ ἀνοίας ὑπολαμβάνουσιν. Θαυμάσειε δ' ἄν τις οὐδὲ ταύτην αὐτῶν ἠγνοηκότας τὴν ἀσέβειαν τοὺς ἁγίους εὑρίσκων προφήτας. Ἔφη γάρ που περὶ αὐτῶν ὁ μακάριος Ἡσαΐας· « Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. » Ἰεζεχιὴλ δὲ πάλιν· « Καθὼς ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεταί σοι εἰς κεφαλήν σου. » Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀναφωνεῖ Μελῳδός· « Ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς· κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς. » Ὥσπερ γὰρ αὐτοὶ τὸν ἁπάντων Σωτῆρα καὶ Χριστὸν τοῖς Ῥωμαίων προσήγαγον στρατηγοῖς, οὕτω τὸ ἴσον ἐξ ἀντιστροφῆς ὑπομένοντες τῇ τῶν Ῥωμαίων παραδέδονται δυναστείᾳ, καὶ τῇ τῶν τότε κρατούντων χειρὶ δεδαπάνηνται. Δεινὸς γὰρ οὕτω κατ' αὐτῶν ἐξεκαύθη πόλεμος, καὶ ἀπηχεστάταις οὕτω κεκοινωνήκασι συμφοραῖς, ὡς εἴπερ ἐξῆν, ὄρεσί τε καὶ πέτραις εἰσδύνοντας ἐντεθνάναί τινας πρὸ τῆς τοῦ πολέμου θέας, ἥδιον ἂν ἑλέσθαι καὶ τοῦτο πολλούς. Ὃ δὴ αἱρήσεσθαι προαγγέλλων ὁ Κύριος ἔφασκεν· « Ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε ἐρεῖτε τοῖς βουνοῖς· Καλύψατε ἡμᾶς, καὶ τοῖς ὄρεσι· Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς. »

A cis quidem ac disci partem exteriorem abluunt, internæ vero impuritatis nullam rationem habent. Ecce enim, ecce, tametsi Jeremias propheta dicat: « Lava cor tuum a malitia, Jerusalem, ut salva fias [64], » internam quidem et in animo sitam impietatem nihil esse existimant: Christum vero ad Pilatum adducentes loca fugiunt, ut impura, et virorum incircumcisorum corpora, et modo suis ipsi manibus scelus non admittant, sed suæ crudelitatis quodammodo ministrum Pilatum faciant, expertes se culpæ omnis mansuros præ vecordia suspicantur. Sed mirabere forsan illam eorum impietatem non ignotam fuisse prophetis. Dixit enim alicubi de iis beatus Isaias: « Væ iniquo: mala secundum opera manuum ejus accident ei [65]. »
B Ezechiel vero: « Sicut fecisti, erit tibi: retributio tua retribuetur tibi in caput tuum [66]. » Quin et ipse divinus Psalmistes: « Redde retributionem ipsis; secundum opera manuum **1034** illorum da eis [67]. » Quemadmodum enim omnium Servatorem et Christum ad Romanorum prætores adduxerunt, ita vicissim ii Romanorum traditi sunt imperio, et imperatorum manu subacti fuerunt. Tam grave quippe in eos bellum exarsit, tamque inauditis calamitatibus afflicti sunt, ut, si licuisset, in montibus et speluncis abditos emori multi mallent, quam bellum illud spectare. Quod quidem optaturos cum prænuntiaret Dominus, aiebat: « Quando videritis obsessam ab exercitibus Jerusalem, tunc dicetis montibus: Operite nos, et col-
C libus: Cadite super nos [68]. »

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλάτος ἔξω πρὸς αὐτοὺς, καί φησι· Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου;

Παραιτοῦνται μὲν, ὡς ᾤοντο, τὸν ἐκ λίθων καὶ τοίχων μολυσμὸν, ἔξεισι δὲ ὁ Πιλάτος, καὶ διαπυνθάνεται μὲν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀφίξεως τὴν αἰτίαν, ἐξαιτεῖ δὲ εἰπεῖν τὰ τοῦ προσοισθέντος ἐγκλήματα, κατακρίνων καθ' ἕτερον τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητάς. Ἀνὴρ γὰρ ἀλλογενὴς τὸν τῶν Ἰουδαίων δυσωπεῖται θεσμὸν, καὶ τὸ κρατῆσαν παρ' ἐκείνοις ἔθος ἐξ εὐλαβείας αἰσχύνεται. Ἐξέθει γὰρ ἀσυνήθως τοῦ φροντιστηρίου, τὸ ὅσον εἰπεῖν ἐπὶ τῇ δυνάμει τοῦ πράγματος τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τούτου φράσας, ὅτι χρὴ τηρεῖσθαι τὸν νόμον. Οἱ δὲ τοῖς θείοις ἐντάλμασι φρονοῦντες τὰ ἐναντία, καὶ μικρὰ κομιδῇ τῶν διὰ Μωσέως τεθεσπισμένων φροντίσαντες, ἄδικον ἐργάζονται φόνον, καὶ ὁ μὲν ἔξω νόμου τοῦ παρ' αὐτοῖς φιλοπευστεῖ τὰ ἐγκλήματα καὶ περιεργάζεται τὰς αἰτίας, τοὺς οὐδὲν ἡμαρτηκότας εὐθύνεσθαι δεῖν, ἤγουν εἰσπράττεσθαί τινα δίκην, τῶν ἀτόπων εἶναι παραδεικνύς· οἱ δὲ λέγειν ἔχοντες οὐδὲν, ὡς τῶν ἀγρίων

XVIII, 29. *Exivit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc?*

Cavent quidem ne lapidum et parietum tactu inquinentur: Pilatus vero egreditur, et causam adventus eorum sciscitatur, et ejus quem judicio sistebant crimina exquirit, Judæorum principes alioqui condemnans. Nam alienigena cum esset, Judæorum tamen legem reveretur, et morem qui
D apud eos obtinuit religiose observat. Egressus enim est præter solitum ex prætorio, quasi Judæis hoc facto significans legem esse servandam. Illi vero divinis mandatis contraria sentientes, et Mosaicas leges pro nihilo habentes, cædem injustam patrant; et hic quidem, licet ab eorum lege alienus, crimina tamen inquirit ac sedulo rimatur, injustum ostendens esse ut qui nihil deliquerint puniantur, aut ullo supplicio afficiantur: illi, cum nihil ei possint objicere, tamen ut immanem quemdam latronem adducunt. Non abs re ergo ad Judæorum Synagogam dictum est: « Justificata est

[64] Jerem. IV, 14. [65] Isa. III, 11. [66] Ezech. VII, 27. [67] Psal. XXVII, 4. [68] Luc. XXI, 20; XXIII, 30.

Sodoma ex te [69]. » Et ipse alicubi Christus Israelitarum intemperiem accusans : « Sed neque secundum justificationes gentium fecisti mihi [70] : » quod verum quidem esse patet. Nam Græci quidem lignis et lapidibus quos deos putant impuris et illotis manibus sacrificia nequaquam obtulerint, nec quemquam nisi gravissimi sceleris convictum morte affecerint. Hi vero quamvis secundum naturam Deo Pascha sacrificaturi, innocenti sanguine tamen **1035** animum suum obstringunt, et injuste interficere aggrediuntur omnis culpæ exsortem.

A ἕνα προσκομίζουσι λῃστῶν. Εὐλογώτατα τοίνυν πρὸς τὴν τῶν Ἰουδαίων εἴρηται Συναγωγήν· « Ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ. » Καὶ αὐτὸς δέ πού φησιν ὁ Χριστὸς τὰς ἐν τούτοις τῶν ἐξ Ἰσραὴλ παροινίας καταιτιώμενος· « Ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν ἐποίησάς μοι· » καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἴπερ Ἕλληνες μὲν τοῖς ἐν ὑπολήψει γεγονόσι θεῶν λίθοις τε καὶ ξύλοις, οὐκ ἂν τὰ συνήθη προσοίσειαν θύματα, μεμολυσμέναις τε καὶ ἀνίπτοις χερσὶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀνέλοιέν τινα μὴ οὐχὶ τοῖς ἐσχάτοις ἐναλόντα κακοῖς. Οἱ δὲ καίτοι θύειν τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ τὸ Πάσχα μέλλοντες, αἵμασιν ἀθώοις ἔνοχον τὴν οἰκείαν καθιστῶσι ψυχὴν, καὶ ἀδίκως ἀποκτεῖναι σπουδάζουσι τὸν ἁπάσης ἁμαρτίας ἀλλότριον.

XVIII, 30. *Responderunt et dixerunt . Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.*

Justam quidem causam non habent, sed impietatis turpitudinem celant, et ne videantur injuste ejus mortem quærere, subdole aiunt se nequaquam Jesum plectendum adducturos fuisse, nisi aliqua in re deliquisset. Legem quippe observare se simulant, quæ sanctum in omnibus judicium facere jubet, et, quod mirere, legis obsequium prætexunt, ejusque observatores haberi volunt, cum legis auctori crimen affingere non reformident. Malefactorem quippe dicunt eum qui ad delenda maleficia venit in mundum, ut videatur rursus Christus per Isaiæ prophetæ vocem de iis dixisse : « Væ eis, resilierunt a me, meticulosi sunt quia impie egerunt in me. Ego redemi eos, ipsi vero locuti sunt contra me mendacia [70*]. »

Ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Εἰ μὴ ἦν οὗ-
B *τος κακοποιὸς, οὐκ ἂν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν.*

Ἀποροῦσι μὲν αἰτίας εὐλόγου, περιστέλλονται δέ πως τῆς ἀσεβείας τὸ αἶσχος, καὶ τὸ δοκεῖν ἀδίκως ἑλέσθαι φονᾷν, σοφιζόμενοι, ὡς οὐδόλως ἀποτίσοντα δίκην προσεκόμισαν ἂν τὸν Ἰησοῦν, εἰ μή τι καὶ πταίσας ἥλω, φασίν. Ὑποπλάττονται γὰρ ἔτι τοῦ νόμου τὴν τήρησιν, ὁσίαν ἐφ' ἅπασι κρίσιν ποιεῖσθαι προστάττοντος, καὶ, τό γε παράδοξον, καὶ αὐτὴν ἐξοπλίζουσι τὴν εἰς τὸν νόμον. . . . . πιστεύεσθαι γὰρ ἀξιοῦσιν, ὡς νομοφύλακες, οἱ τοῦ νομοθέτου κατηγορεῖν οὐκ ὀκνήσαντες. Κακὸν δὲ δρᾶσαί φασι τὸν ἐπ' ἀναιρέσει φαυλότητος ἀφιγμένον, ἵνα φαίνηται πάλιν ὁ Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς Ἡσαΐου περὶ αὐτῶν εἰπών· « Οὐαὶ αὐτοῖς,
C ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ, δείλαιοί εἰσιν ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. Ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. »

XVIII, 31. *Dixit ergo eis Pilatus : Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate eum.*

Nullius criminis convictum, et indicta causa legum pœnis subjicere mihi quidem non licet, sed vos secundum legem vestram eum judicate, si hominem prorsus innocentem puniendum statuit. Risu vero, imo miseratione dignum est, quod Dominum gentilium leges justificant, adeo ut Pilatus eum supplicio vereatur afficere tam obscuris criminibus petitum, hi vero morte plectendum clamitant, quamvis divina lege imprimis glorientur.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν.

Τὸν ἐπ' οὐδενὶ, φησὶ, τῶν ἀτόπων ἐληλεγμένον, ἀδιάκριτον δὲ παρ' [ἴσ. ἡμῶν] ὑπομένοντα τὴν κατάῤῥησιν ταῖς ἐκ νόμων ὑποθεῖναι ποιναῖς, ἐμοὶ μὲν οὐ θέμις, κρίνατε δὲ μᾶλλον αὐτοὶ κατὰ τὸν ὑμέτερον νόμον, εἴπερ ἄρα, φησὶ, καὶ τὸν ἀνυπαίτιον παντελῶς κολάζεσθαι δεῖν διετάξατο. Γέλως δὲ ὄντως οὐ μικρὸς, μᾶλλον δὲ θρήνου διηνεκοῦς ἄξιον, εἰ οἱ μὲν παρ' Ἕλλησι δικαιοῦσι νόμοι τὸν Κύριον, ὡς καὶ κολάζειν ὀκνῆσαι Πιλάτον αὐτὸν, ἐπ' ἀσήμοις οὕτως ἐγκλήμασι προσηγμένον, οἱ δὲ καὶ δεῖν ἀποτεθνᾶναί φασι, καίτοι νόμῳ τῷ θείῳ παιδαγωγεῖσθαι μεγαλαυχούμενοι.

XVIII, 31, 32. *Dixerunt ergo Judæi : Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.*

Vetari se ab impia cæde aiunt, quia ad agni comestionem purificati erant; si quid in tanta impietate puri esse potest. Ipsi enim ex se ad impium illud facinus suscipiendum promptissimi erant, nec ullius ad id ope indigebant. Præceps enim Judæorum animus ad quodvis facinus, **1036** nec ulla res tam nefaria ac tam invisa Deo est quam

D *Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.*

Κώλυμα γενέσθαι φασὶν αὐτοῖς, καὶ ὥσπερ τι βιαιότατον παραπόδισμα τῆς ἀνοσίου μιαιφονίας, τὸν ἐπὶ τοῦ προβάτου σφαγῇ πληρούμενον ἁγνισμὸν, εἴπερ τις ὅλως παρὰ τοῖς ἐκεῖνα τετολμηκόσιν. Ἦ γὰρ ἂν καὶ λίαν ἑτοίμως εἰς ἀσέβειαν ἦσαν αὐτουργοὶ, τῆς ἑτέρου συμπνοίας δεηθέντες οὐδαμῶς. Εὐπετέστατος γὰρ τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς εἰς τὸ πᾶν ὁτιοῦν

[69] Ezech. xvi, 51. [70] Ezech. v, 7. [70*] Osee vii, 13.

ἐργάζεσθαι πονηρὸν, καὶ μηδενὸς φείσασθαι τῶν ἐκτόπων, ἤγουν ἐπερυθριᾶσαί τινι τῶν ἀπᾳδόντων Θεῷ. Ἀξιοῦσι τοιγαροῦν δανεῖσαι Πιλάτον αὐτοῖς τὴν οἰκείαν ὠμότητα, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπονοίας γενέσθαι μιμητὴν, ὑπηρετῆσαι δέ σφισιν ἐν τῷ παρόντι τυχὸν οὐκ ἐλευθέραν πως ἔχουσι τὴν εἰς μανίαν ἀποδρομήν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτό φασιν ἀληθεύοντα πάλιν ἀποφῆναι τὸν Χριστὸν, καὶ προεγνωκότα μὲν πῶς ἢ τίνα τεθνήξεται τρόπον, προμηνύσαντα δὲ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς. Τί γὰρ ἔφη πρὸς αὐτούς; « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἀποκτενοῦσι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. » Ἀναγκαία δὲ καὶ τούτων ἡ μνήμη· προεγνωκότα γὰρ ἔδει παθεῖν, ἵνα μή τις οἴηται τοῖς ἀβουλήτοις περιπεσεῖν, τὸν ᾧ πάντα ἐστὶ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, πιστεύηται δὲ μᾶλλον ὡς ἐθελοντὴς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς ὑπέστη σταυρόν.

A aggredi erubescant. Rogant ergo Pilatum ut suam eis crudelitatem commodare velit, ac Judaicum furorem imitetur, ac animi tunc inopibus subserviat. Verum istud quoque vere dixisse Christum et prænosse indicat quo pacto moriturus esset, ac sanctis suis discipulis præmonstrasse. Quid enim ad eos dixit? « Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum, et crucifigent eum, et occident eum, et tertia die resurget [71]. » Necessaria vero fit horum quoque mentio, ne quis putet invitum pati eum cui omnia sunt nuda et aperta [72], sed credatur potius pro nobis et propter nos ultro mortem subiisse.

Εἰσῆλθεν οὖν πάλιν εἰς τὸ πραιτώριον ὁ Πιλᾶτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;

B XVIII, 33. *Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, et vocavit Jesum, et dixit ei: Tu es rex Judæorum?*

Οὐδὲν ἔχοντες τὸ παράπαν ἐγκαλεῖν, ἤγουν τι παρακομίσαι τῶν ὅσα δικαίαν ἐπισύρεσθαι δοκεῖ τοῖς δεδρακόσι τὴν κόλασιν, ἐγκειμένου δέ πως καὶ τὰς αἰτίας τῆς προσαγωγῆς ἐξαιτοῦντος Πιλάτου, πεπλημμεληκέναι φασὶν εἰς Καίσαρα τὸν Ἰησοῦν, τὴν ἐκείνῳ πεπορισμένην κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἀρχὴν εἰς ἑαυτὸν ἁρπάζοντα, καὶ μετατιθέντα τῆς βασιλείας τὴν δόξαν εἰς ἰδίαν ὑπόληψιν· πονηρῶς τε σφόδρα μεμηχάνηται τὸ σκαιώρημα καὶ ὁ τῆς συκοφαντίας ἐξηρτύθη τρόπος. Ἤδεσαν γὰρ ὅτι καὶ οὐχ ἑκὼν ὁ Πιλάτος προνοήσει μὲν πάντως τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλείας, τιμωρήσεται δὲ τάχα καὶ προαλέστερον τὸν ἐπὶ τούτοις ὅλως καταβοώμενον. Σεσαλευμένων C γὰρ ἀεὶ πρὸς θορύβους καὶ στάσεις, καὶ μεταχωρούντων εὐκόλως ἐπὶ τὸν τῆς ἀντάρσεως τρόπον, τῶν τὴν Ἰουδαίων οἰκούντων χώραν, πικρότεροί πως εἰς τοῦτο λοιπὸν οἱ παρὰ Καίσαρος ἐγίνοντο δικασταὶ, καὶ ἀσφαλέστεροι μὲν τῆς εὐταξίας φύλακες, προπετεστάτας δὲ τοῖς εἰς τοῦτο καὶ μάτην ἔσθ' ὅτε κατειρημένοις τὰς τιμωρίας ἐπῆγον. Ἔγκλημα τοιγαροῦν Ἰουδαῖοι ποιοῦνται Χριστῷ τὸ βασιλεῦσαι τοῦ Ἰσραήλ. Τοιγάρτοι δικαίως ἐξώσθησαν, προσελήφθη δὲ καὶ ὑπεζεύχθη τὰ ἔθνη, καὶ ὑπὸ τὴν βασιλείαν τέθεινται τοῦ Χριστοῦ· « Αἴτησαι » γὰρ « παρ' ἐμοῦ, φησὶ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Παροιστρήσαντος γὰρ ἑνὸς ἔθνους τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ, πάντα τὰ ἔθνη δίδοται τῷ Χριστῷ, καὶ ἀντὶ μιᾶς γῆς, φημὶ D δὴ τῆς Ἰουδαίων, τὰ τῆς οἰκουμένης πέρατα. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησι, « Παράπτωμα αὐτῶν, πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν, πλοῦτος ἐθνῶν. » Ὅπερ οὖν ἀκήκοεν ὁ Πιλάτος διαγογγυζόντων τῶν Ἰουδαίων, ἐναργῶς ἤδη φησὶ, καὶ ἀπολογεῖσθαι κελεύει τὸν Κύριον, εἰ κατὰ ἀλήθειαν αὐτὸς εἴη τῶν Ἰουδαίων ὁ βασιλεύς. Ἀγωνιᾷ δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ κινδυνεύειν οἴεται τὴν Καίσαρος ἀρχὴν, φιλοπευστεῖ τε καὶ διὰ τοῦτο λίαν, ὡς ἤδη τὴν δέουσαν ἐπανόρθωσιν ἐπικομίσων τοῖς δεδραμένοις, ἵνα καὶ ἀνέγκλητον ἀποδείξῃ τὴν ἐπιτετραμμένην αὐτῷ παρὰ Ῥωμαίων ἀρχήν.

Cum nihil haberent prorsus quod ei objicerent, aut quod supplicio dignum esset, cumque Pilatus urgeret ut causas exponerent ob quas eum adduxissent, Jesum in Cæsarem peccasse dicunt, quippe qui Judæorum regnum in se transferret, regiamque majestatem sibi arrogaret: nefarie id quidem ac versute. Sciebant enim Pilatum etiam invitum suæ utique saluti provisurum, et illico pœnas de eo sumpturum qui horum esset postulatus. Nam cum Judæi proni ad seditiones ac tumultus forent, et facile conjurarent, idcirco a Cæsare missi judices acriores quodammodo se præbebant, et ut eos in officio tutius continerent, in ejus criminis reos inconsideratius quandoque sæviebant. Crimini dant itaque Christo quod Israelis regnum sibi arroget. Quocirca dejecti sunt illi, assumptæ vero et Christi regno subjectæ sunt gentes: « Postula » enim « a me, inquit, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [73]. » Una enim **1037** Israelitarum gente in furorem abrepta, gentes universæ Christo traduntur, et pro una Judæorum regione omnes totius orbis fines. Nam, ut Paulus ait: « Delictum illorum divitiæ sunt mundi, et diminutio eorum divitiæ gentium [74]. » Quod ergo Pilatus murmurantes Judæos audierat, id nunc palam effert, et respondere Christum jubet, an ipse revera sit Judæorum rex. Angitur vero, ut credibile est, et periclitari Cæsaris imperium existimat, ideoque curiosius id scrutatur, ut rebus consulat, sibique a Romanis demandatum imperium sartum ac tectum conservet.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἀπὸ σεαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι εἶπόν σοι περὶ ἐμοῦ;

XVIII, 34. ***Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?***

[71] Matth. xx, 18, 19. [72] Hebr. iv, 13. [73] Psal. ii, 8. [74] Rom. xi, 25.

Cum nemo, inquit, de me istud unquam dixerit, unde tibi succurrit ut me de hoc interroges? Sed non dubium est quin malitia Judæorum et acerbissimus dolus id finxerit: nec enim judex simul eris et accusator. Hæc porro dicebat Christus, innuens Pilato nullum se dictum factumve latere quantumvis occultum et abstrusum, ut natura demum supernaturali intellecta tardius quodammodo Judæorum crudelitati serviret, simulque docens eum gravissime peccare, qui Judæorum clamoribus obsecutus hominem istius culpæ prorsus exsortem supplicio afficeret.

A Κατειρηκότος, φησὶν, ἐναργῶς οὐδενὸς ἐπὶ τούτοις ἐμοῦ, πόθεν ἄρα σοι πρόεισιν ὁ περὶ τούτων λόγος; Ἀλλ' οὐδαμόθεν ἀμφίβολον ὅτι τῆς Ἰουδαίων κακονοίας τὸ κακούργημα, καὶ ὁ πικρὸς οὑτοσὶ διεσκεύασται δόλος· οὐ γὰρ δήπου, φησὶν, ἔσῃ μὲν αὐτὸς δικαστὴς, ἔσῃ δὲ καὶ κατήγορος. Ἐλάλει δὲ καὶ ταυτὶ Χριστὸς, εἰς ἐννοίας ἀναχομίζων Πιλάτον, ὡς οὐκ ἂν αὐτόν τι διαλάθοι καὶ τῶν ἀφανεστέρων, καὶ ἐν παραβύστῳ κατεσκευασμένων τε καὶ εἰρημένων, ἵνα λοιπὸν ἐννοήσας τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον φύσιν, ὀκνηρότερόν πως ἴοι πρὸς ὑπουργίαν τῆς τῶν προσαγόντων ὠμότητος, ὁμοῦ δὲ κἀκεῖνο διδάσκων, ὅτι λίαν ἀδικεῖ τῆς ἑτέρων φωνῆς ὑπέχειν δίκας ἐκβιαζόμενος τὸν ἐπ' οὐδενὶ τῶν τοιούτων ἐληλεγμένον.

XVIII, 36. *Respondit Pilatus: Numquid ego Judæus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti?*

Judæorum arcanum tandem aperit, et accusatorum multitudinem tantum non in medium protulit. Idem enim est ac si diceret: Non mihi utique tua nosse convenit, nec enim sum Judæus, sed tuis gentilibus quibuscum educatus es id convenit, qui cum tua perspecta habeant, te morti tradendum adduxerunt. Se igitur ipse accusat; nam quod ait: « Quid fecisti? » nihil aliud quam istud significat. Imprimis autem sancto evangelistæ curæ fuit quid in judicio contigerit minutatim enarrare, et Pilatum Jesum rogasse quid fecerit. Hinc enim maxime discere licet crimina defuisse, **1038** et cum Servatori nostro Christo nullum culpæ genus inductum fuerit, impiam et injustissimam tandem in eum mortis sententiam exstitisse.

Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος· Μή τι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; Τὸ ἔθνος τὸ σὸν, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν
B *σε ἐμοί. Τί ἐποίησας;*

Ἐκφανὲς ἤδη ποιεῖ τὸ τῶν Ἰουδαίων ληστήριον [*Ισ.* μυστήριον], καὶ τὴν τῶν κατηγόρων πληθὺν μονονουχὶ παρεκόμισεν εἰς μέσον. Ὅμοιον γὰρ ὡσεὶ λέγοι τυχόν· Οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον ἁρμόσει τὸ εἰδέναι τὰ σά· εἰμὶ γὰρ οὐκ Ἰουδαῖος· πρέποι δ' ἂν μάλιστα τοῖς συνέθνοις καὶ συντεθραμμένοις, οἳ καὶ ἴσως ἐγνωκότες τεθνηξόμενον ἄγουσι. Κατηγορεῖ τοιγαροῦν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς. Τὸ γὰρ εἰπεῖν· « Τί ἐποίησας; » οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο μᾶλλον ὑποδηλοῖ. Σπουδὴ δὲ πολλὴ τῷ ἁγίῳ γέγονεν εὐαγγελιστῇ, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ μάλιστα τῇ κρίσει κατὰ λεπτὸν διηγήσασθαι, καὶ ὅτι Πιλάτος, Τί πεποίηκας; ἠρώτα τὸν Ἰησοῦν. Ἦν γὰρ διὰ τούτου μάλιστα μαθεῖν τὴν τῶν ἐγκλημάτων ἀπορίαν, καὶ ὅτι παραδειχθέντος οὐδενὸς,
C ἤγουν ἐλεγχθέντος ἐπί τισι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, δυσσεβὴς καὶ ἀδικωτάτη λοιπὸν ἡ τοῦ θανάτου ψῆφος ἐκβέβηκεν.

XVIII, 36. *Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est de hoc mundo.*

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο ἂν, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν.

Pilatum formidine liberavit, cui regni Judaici custodia a Cæsare demandata fuerat. Existimabat enim more nostro conjurationem Christum moliri, istud quoque Judæis deblaterantibus. Id enim innuebant cum dicerent: « Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum, » conjurationem hic malum appellantes. Simulabant enim adeo se benevolos esse erga Romanos, ut ne lingua quidem defectionis nomen efferri paterentur. Hanc igitur ob causam adduxisse ipsum aiunt pœnas luiturum. Christus autem ad hæc respondens, se quidem regem esse non negavit (verum quippe loqui decebat), sed imperii Cæsaris non hostem clare ostendit, cum suum regnum terrenum haud esse significat, sed cœlo se ac terræ, aliisque majoribus, prout Deo convenit, imperare. Quodnam autem istius rei profert argumentum, aut quomodo affectati regni suspicionem delet? Nempe quod nec satellitibus unquam usus esset, nec defensoribus,

Ἔλυσε τῷ Πιλάτῳ τὸν φόβον, ἅτε δὴ τῆς τοῦ Καίσαρος βασιλείας κεχειροτονημένῳ φύλακι. Ὤετο μὲν γὰρ νόμῳ δὴ πάντως τῷ καθ' ἡμᾶς μελετᾶσθαι παρὰ Χριστοῦ τὴν ἔπαρσιν, πεφλυαρηκότων καὶ τοῦτο τῶν Ἰουδαίων. Τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὑπηνίττοντο λέγοντες· « Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιῶν, οὐκ ἄν
D σοι παρεδώκαμεν αὐτόν· » τὴν ἔπαρσιν εἶναι λέγοντες τὸ κακόν. Ὑπεπλάττοντο γὰρ εὐνοεῖν ἐθέλειν οὕτω Ῥωμαίοις, ὡς μηδόλως ἀνέχεσθαι κἂν γοῦν διὰ γλώττης ἔχειν τὸ τῆς ἀποστάσεως ὄνομα. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας προσαγηοχέναι τέ φασι καὶ δίκας ἀποτίσοντα παρενεγκεῖν. Ἀπολογούμενος δὲ πρὸς ταῦτα Χριστὸς, τὸ μὲν εἶναι βασιλεὺς οὐκ ἠρνήσατο (λέγειν γὰρ ἔδει τὸ ἀληθὲς), ὅτι δὲ τῆς τοῦ Καίσαρος βασιλείας οὐ πολέμιος ἦν ἀπελέγχει σαφῶς, οὐκ ἐπίγειον οὖσαν τὴν ἑαυτοῦ σημαίνων ἀρχὴν, ἀλλ' οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῶν ἔτι μειζόνων θεοπρεπῶς ἐξάρχουσαν. Τίς οὖν ἄρα λοιπὸν ἡ ἀπόδειξις, καὶ πόθεν ἡ τῆς ἐπὶ τούτοις ὑποψίας ἀναί-

ρεσις; Τὸ μὴ δορυφόροις τισὶ καὶ προασπισταῖς ἀποκεχρῆσθαι πώποτε, ἤγουν ὅλως ἔχειν τοὺς ἀνθοπλίζεσθαι δεῖν ἑλομένους, καὶ οὐχ ὅπως ἂν τῆς βασιλείας μὴ ἀποπέσοι μόνον, ἀλλὰ γὰρ οὐδ' ἵνα διαδρῴη τὸν ἐπαρτηθέντα κίνδυνον αὐτῷ, καὶ τοῦτο διὰ τῆς Ἰουδαίων χειρὸς ἐπιῤῥιπτούμενον, μήτι γε καὶ αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος Ἰουδαίων, τοῦτ' ἔστι, τοῦ Καίσαρος. Λελυμένης οὖν ἄρα τῆς εἰς τοῦτο καταβοῆς διὰ τῆς οὕτως ἐναργοῦς ἀποδείξεως, ἀπροφάσιστον ἤδη Πιλάτῳ τὸ κατὰ Χριστοῦ φαίνεται θράσος. Οὐδενὸς γὰρ ἐπαναγκάζοντος, ἤγουν ἐξ ἀκολουθίας εἰς τοῦτο καθέλκοντος, ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἡδοναῖς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς χαρίζεται τὴν ἀπώλειαν, καὶ μερίζεται σὺν αὐτοῖς τῆς Χριστοκτονίας τὰ ἐγκλήματα. Εἰρηκώς γε μὴν ὁ Χριστὸς ὑπερκόσμιον εἶναί τινα τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, οὐ μόνον τοῦ φόβου Πιλάτον ἐξίστησι, καὶ ὑπονοίας ἐλευθεροῖ τῆς κατὰ τὴν ἄνταρσιν, ἀλλά τι καὶ μέγα περὶ ἑαυτοῦ νοεῖν ἀναπείθει, καὶ ἀπάρχεταί πως διὰ τῆς ἀπολογίας τῆς ἐπ' αὐτῷ κατηχήσεως.

A non modo ne regno excideret, sed neque ut periculum vitaret quod sibi cum a Judæis, tum a Cæsare, Judæorum principatum tenente, ingruebat. Solutis ergo tam clara demonstratione Judæorum calumniis, excusatione demum carere videtur Pilati in Christum audacia. Nemine enim cogente, aut ulla ratione ad id pertrahente, Judæorum libidini animæ suæ gratificatur interitum, et Christicidii crimina cum eis partitur. Porro Christus regnum suum supramundanum esse dicens, non modo Pilatum metu liberat, et conjurationis suspicione eximit, sed magnum aliquid de seipso cogitare suadet, et defensione ejus institutionem quodammodo auspicatur.

B *Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ;*

Ἔγκλημα ποιεῖται κατὰ Χριστοῦ τὴν ἀλήθειαν. Ἀκούσας δὲ, ὅτι «Ἡ ἐμὴ βασιλεία οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν,» φόβου μὲν ἤδη τοῦ κατὰ τὴν ἄνταρσιν ἀπαλλάττεται· ἵστησι δ' οὖν ὅμως εἰς ὁμολογίαν τοῦ πράγματος, καὶ εἰς ἐγκλήματος ὁρίζει δύναμιν, τὸ καὶ ὅλως εἰπεῖν, ὅτι βασιλείαν ἔχει, κἂν μὴ ἐπίγειον εἶναι διισχυρίζηται. Συνελαύνων οὖν ὥσπερ εἰς τοῦτο τὸν Ἰησοῦν, Συνωμολόγηκας ἤδη, φησὶν, ὅτι βασιλεὺς εἶ σύ.

1039 XVIII, 37. *Dixit itaque ei Pilatus : Ergo rex es tu?*

Pilatus Christo veritatem in crimen vertit. Postquam audiit vero, « Meum regnum non est de hoc mundo, » conjurationis quidem metu liberatur, pro confesso tamen factum habet, et ei crimini dat quod dixit se regnum habere, sed non terrenum. Quasi ergo Jesum eo adegisset, Confessus es modo, inquit, te regem esse.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Σὺ λέγεις ὅτι βασιλεύς εἰμι. Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς. Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Τί ἐστιν ἀλήθεια;

C Οὐκ ἀρνεῖται τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὴν δόξαν, οὐδὲ ταῖς τοῦ Πιλάτου φωναῖς ἀπονέμει μόναις τὴν ἐπὶ τούτῳ βεβαίωσιν· βασιλεὺς γάρ ἐστιν, ὡς Θεὸς, καὶ εἰ μή τις βούλοιτο τυχὸν, ἀλλ' ἔδειξε πάλιν τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν, καὶ οὐχ ἑκόντα Πιλάτον ἀναπειθούσης εἰπεῖν τοῦ κρινομένου τὴν δόξαν. «Σὺ γὰρ εἴρηκας, φησὶν, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ.» Διά γέ τοι τοῦτο γεγεννῆσθαί τε καὶ ἀφικέσθαι φησὶν εἰς τόνδε δηλονότι τὸν κόσμον, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα μαρτυρήσῃ τῇ ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστιν, ἵνα τοῦ κόσμου τὸ ψεῦδος ἐξελὼν, καὶ τὸν ἐξ ἀπάτης τυραννήσαντα καταστρέψας δαίμονα, βασιλεύουσαν τῶν ὅλων ἐπιδείξῃ τὴν ἀλήθειαν, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἀληθῶς τε καὶ φυσικῶς βασιλίδα φύσιν, ᾗ καὶ τὸ κατάρχειν δύνασθαι, καὶ κρατεῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ παντὸς ἁπαξαπλῶς τοῦ παροισθέντος εἰς γένεσιν, οὐκ ἐκ D πλεονεξίας πεπόρισται, ἀλλ' οὐδὲ ἐπακτὸν, ἢ ἔξωθεν, οὐσιωδῶς δὲ καὶ φυσικῶς ἐνυπάρχον φαίνεται. Ἵνα δὲ πάλιν ἀποφήνῃ Χριστὸς ὅτι τῆς Πιλάτου δυσηκοΐας οὐκ ἠγνόησε τὸ σκληρὸν καὶ δυσπαρακόμιστον εἰς τὸ φρονεῖν ἐθέλειν ὀρθῶς, ἐπάγει χρησίμως· «Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκούει μου τῆς φωνῆς.» Εὐπαράδεκτος γὰρ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος τοῖς ἤδη μαθοῦσί τε καὶ ἀγαπῶσιν αὐτὴν, τοῖς δὲ μὴ τοιούτοις, οὐκέτι. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης ἔλεγεν Ἡσαΐας πρός

XVIII, 37, 38. *Respondit ei Jesus : Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus : Quid est veritas?*

Non negat regni sui gloriam, nec solis Pilati verbis ejus rei confirmationem tribuit : rex enim est, ut Deus, tametsi forte nolit aliquis : sed veritatis vim denuo patefecit, quæ vel nolentem Pilatum gloriam suam fateri cogit. « Tu enim dixisti, inquit, quia rex sum ego. » Ideoque se in hunc mundum venisse ait, cum factus est homo, ut testimonium perhiberet veritati, id est, ut de mundo sublato mendacio et diaboli eversa tyrannide, universis rebus imperare veritatem ostenderet, id est, illam vere et natura sua reginam naturam, quæ cœli ac terræ, omniumque, ut verbo dicam, creaturarum dominatum obtinet, non per vim extortum, nec aliunde invectum, sed essentia sua et natura. Ut vero Christus ostenderet sibi non ignotum fuisse Pilati præfractum et obstinatum animum, utiliter subdit : « Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. » Gratus enim est sermo veritatis iis qui jam didicerunt ac diligunt eam, iis vero qui tales non sunt, non item. Unde propheta Isaias ad quosdam dicebat : « Nisi credideritis, non intelligetis [78]. » Quod verum esse Pilatus ostendens dixit : « Quid est veritas? » Quemadmodum enim iis qui oculorum sensu carent perinde est si aurum obtuleris, aut claram et pretio-

[78] Isa. VII, 9.

sam gemmam **1040** ostenderis, quod ad colorem attinet; sed nec solis splendorem ipsi mirantur, cum ejus rei nullo sensu tangantur aut juventur: ita mente orbatis veritas deformis videtur, quamvis spiritalem divinumque splendorem cernentium ipsam mentibus immittat.

XVIII, 38, 39. *Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, et dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum?*

In condemnationem impietatis simul et crudelitatis Judaicæ recti et æqui cognitionem ostendit Pilatus, qui tamen divinis doctrinis nequaquam gloriabatur, sed hominum instituta sequebatur, et a quibus imperium acceperat, horum placita reverebatur. Quod si Judæorum principes facerent ac sentirent, probabile est eos diaboli vitato laqueo, scelus quoque omnium maxime detestandum, mortem nempe Christi, declinaturos. Non vult ergo Pilatus Christum nullius criminis convictum manifestumve damnare, hominemque longe ab omni culpa alienum supplicio plectendum non esse contendit, idque Romanorum legibus omnino contrarium asserit, horribilem Judæorum insaniam adversus divinam legem hoc pacto retundens. Existimabat enim homines qui se recti et æqui præcones venditabant, sibi jus et æquum proponenti continuo credituros. Sed cum apud se reputaret, ut videtur, levitatem Judaicam non parum inde reprehensum iri, quod qui judicio sistitur ab omni culpa sit immunis, ne petulantius ac ferocius instarent, viam veluti quamdam et rei colorem pulcherrimum comminiscitur dicens: « Est consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum? » Regem vero Judæorum Jesum cum nominat, lepide et facete furiosorum rabiem mitigat, simulque clare ostendit temere ipsum hoc crimine accusari. Nec enim Pilatus, Judææ præses, novarum rerum et affectatæ tyrannidis adversus **1041** Romanos convictum unquam dimisisset. Per hoc ergo quod eum dimittere suadet, testatur omnis eum plane criminis expertem. Hanc itaque textus propositi sententiam esse arbitror: sed consideranti mihi, et apud me perpendenti undenam apud Judæos in more fuerit unius dimissionem petere, latronis puta, vel homicidæ, succurrit, eos non utique ad præscriptum divinæ legis omnia fecisse, sed consuetudinibus usos propriis exsilia quædam observasse, nec institutis Mosaicis admodum consentanea. Verum scrutanti mihi Scripturam, et istius rei causam undique indaganti, locus incidit unde suspicari nobis

A τινας· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. » Ὃ καὶ εὐθὺς ἀληθὲς ὑπάρχον ἀποδεικνὺς ὁ Πιλάτος, ἔφη· « Τί ἐστιν ἀλήθεια; » Ὅνπερ γὰρ τρόπον τοῖς τὴν τοῦ σώματος ὄψιν λελωβημένοις, καὶ ἐκπεπτωκόσι παντελῶς τῆς δι' ὀφθαλμῶν αἰσθήσεως, ἐν οὐδενὶ τέτακται παντελῶς, ὅσον ἧκεν εἰς εὐχροίας δύναμιν, καὶ εἰ χρυσόν τις παρακομίσειε, καὶ εἰ λαμπρὸν καὶ πολύτιμον ἐπιδεῖξαι λίθον· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τῆς ἡλίου μαρμαρυγῆς ἀθαύμαστον ἔσται τὸ φῶς, οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐνιέντος αὐτοῖς τοῦ πράγματος, ἤγουν ἀπόνασθαί τινος τῶν τοιούτων ἐξόν· οὕτω τοῖς ἔχουσι πεπηρωμένον τὸν νοῦν ἀκαλλεστάτη τις εἶναι δοκεῖ καὶ δυσειδὴς ἡ ἀλήθεια, καίτοι νοητήν τε καὶ θείαν μαρμαρυγὴν ταῖς τῶν ὁρώντων αὐτὴν ἐνιεῖσα ψυχαῖς.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἐγὼ οὐδεμίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν. Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα δέσμιον ἀπολύω ὑμῖν ἐν τῷ Πάσχα· βούλεσθε οὖν ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν B *Ἰουδαίων;*

Εἰς κατάκριμα τῆς Ἰουδαίων ἀφιλοθεΐας τε ὁμοῦ καὶ ὠμότητος, τὴν τοῦ δικαίου καὶ πρέποντος προΐσχεται γνῶσιν, ὁ μὴ τοῖς θείοις μαθήμασιν ἐπαυχῶν, ἀνθρωπίνων δὲ φύλαξ διορισμάτων, καὶ ὧν δῶρον εἶχε τὴν ἀρχὴν, τούτων ὅτι δὴ μάλιστα τὰ θεσπίσματα δυσωπούμενος. Ὁ δρῶντάς τε καὶ φρονεῖν ἑλομένους τοὺς τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων καθηγητὰς, ἣν ἂν δήπου καὶ λίαν εἰκὸς τὴν τοῦ διαβόλου πάγην ὑπεκθέοντας, καὶ τὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων μυσαρώτατον ὑπεκκλῖναι κακὸν, τὴν κατὰ Χριστοῦ δὲ δηλονότι μιαιφονίαν φημί. Παραιτεῖται τοιγαροῦν ὁ Πιλάτος, ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀτόπων ἁλόντος ἢ ἐληλεγμένου καταδικάσῃ [ἴσ. καταδικάσαι] Χριστοῦ, καὶ τὸν C αἰτίας ἁπάσης ὡς ποῤῥωτάτω μὴ δὴ χρῆναι δίκας εἰσπράττεσθαι λέγει, ἀπῳδόν τε εἶναι παντελῶς καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν τοῦτο νόμοις εὖ μάλα διισχυρίζεται, τὴν κατὰ τοῦ θείου νόμου φρικωδεστάτην ἀπόνοιαν τῶν Ἰουδαίων ἐκδυσωπῶν. Ὤετο γὰρ δεῖν, ἅτε δὴ καὶ τὸν τοῦ δικαίου τε καὶ ἴσου λόγον πρεσβεύειν ἐπαγγελλομένους, ἀναπείσειν παραχρῆμα τῇ τοῦ δικαίου καὶ πρέποντος παραθέσει. Διενθυμηθεὶς δὲ πάλιν, κατά γε τὸ εἰκὸς, ὅτι τῆς τῶν Ἰουδαίων προπετείας οὐ μετρίως κατηγορήσειεν ἂν τὸ πάσης αἰτίας ἀπολελῦσθαι τὸν προσηγμένον, ἵνα μὴ διὰ τοῦτο τυχὸν ἰταμώτερον ἐγκέοιντο, καὶ φιλονεικοῖεν ἀτόπως, ὁδὸν ὥσπερ τῷ πράγματι καὶ χρῶμά τι κάλλιστον ἐπινοεῖ, λέγων· « Ἔστι συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα δέσμιον ἀπολύσω ὑμῖν ἐν τῷ Πάσχα· βούλεσθε D οὖν ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; » Βασιλέα δὲ τῶν Ἰουδαίων ὀνομάζων τὸν Ἰησοῦν, χαριεντίζεταί τε ὁμοῦ καὶ ὑποχαλᾷ τῷ γελοίῳ τὴν τῶν λελυττηκότων ὀργὴν, ἐν ταυτῷ τε δεικνύει καὶ μάλα σαφῶς, ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ κατηγορεῖται μάτην. Μὴ γὰρ ἂν ἀφέσεως ἀξιῶσαι ποτὲ τὸν ἐπὶ τυραννίδι καὶ νεωτερισμῷ, τῷ κατὰ Ῥωμαίων, κατεγνωσμένον, τὸν Ῥωμαίων στρατηγόν. Δι' ὧν οὖν ἀνεῖναι προτρέπει, μεμαρτύρηκεν αὐτῷ τὸ παντελῶς ἀνυπαίτιον. Ταυτὶ μὲν οὖν οἶμαι τὸν τῶν προκειμένων δηλῶσαι σκοπόν· διασκεπτομένῳ δέ μοι, καὶ σκοποῦντι κατ' ἐμαυτὸν, πόθεν ἄρα τοῖς Ἰουδαίοις ἐν ἔθει γέγονεν ἐξαιτεῖν ἑνὸς ἄφεσιν, ἢ λῃστοῦ τυχὸν, ἢ φονευτοῦ, λογισμὸς μὲν ἐπῆλ-

θεν, ὡς οὐκέτι μὲν πάντα κατὰ τὸν θεῖον αὐτοῖς A ἐπράττετο νόμον, ἔθεσι δὲ μᾶλλον ἰδίοις ἀποχρῆσθαι δοκοῦν, πρὸς ἐξίτηλον ἐτράποντο πολιτείαν, καὶ οὐ σφόδρα συνᾴδουσαν τοῖς διὰ Μωσέως τεθεσπισμένοις. Ἀλλά μοι τὴν θείαν διερευνῶντι Γραφὴν, καὶ φιλοθηροῦντι πανταχόθεν τὴν τοῦ πράγματος αἰτίαν, παρέπιπτέ τι τῶν θείων λογίων, ὃ καὶ χαλεῖ πως εἰς ὑποψίαν τὸν ἡμέτερον νοῦν, μὴ ἄρα τι πληροῦντες τῶν κατὰ τὸν νόμον, καίτοι δυσάγωγοι λίαν ὄντες, Ἰουδαῖοι τὴν τοῦ κακουργοῦντος ἐζήτουν ἄφεσιν. Γέγραπται τοίνυν ἐπὶ τέλει τοῦ βιβλίου τοῦ καλουμένου τῶν Ἀριθμῶν ὁ περὶ τοῦ φονεύοντος νόμος ἀκουσίως, ἤγουν ἑκουσίως· διωρισμένης δὲ τῆς δίκης ἐναργῶς τῆς ἐπὶ τῷ κατὰ βούλησιν φονευτῇ, μέτεισιν εὐθὺς ὁ λόγος εἰς τὸν περὶ τοῦ φονεύοντος ἀκουσίως, εἶτα καὶ οὕτω φησὶ μεθ' ἕτερα· « Ἐὰν B δὲ ἐξάπινα οὐ δι' ἔχθραν ὡς αὐτὸν ᾖ, ἐπιῤῥίψῃ δὲ ἐπ' αὐτῷ πᾶν σκεῦος οὐκ ἐξ ἐνέδρου, ἢ ἐν παντὶ λίθῳ ἐν ᾧ ἀποθανεῖται ἐν αὐτῷ οὐκ εἰδὼς, καὶ πέσῃ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἀποθάνῃ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐχθρὸς αὐτοῦ ἦν, οὐδὲ ζητῶν κακοποιῆσαι αὐτὸν, καὶ κρινεῖ ἡ Συναγωγὴ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα κατὰ τὰ κρίματα ταῦτα, καὶ ἐξελεῖται ἡ Συναγωγὴ τὸν φονεύσαντα ἀπὸ τοῦ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα, καὶ ἀποκαταστήσουσιν αὐτὸν ἡ Συναγωγὴ εἰς τὴν πόλιν τοῦ φυγαδευτηρίου, οὗ ἔφυγε. » Τοιαύτης οὖν ἄρα γεγραμμένης ἐντολῆς, εἶτά τινων, ὡς εἰκὸς, τοῖς τοιούτοις περιπιπτόντων πταίσμασιν, ἵνα πως δοκοῖεν τῶν τῇδε τεθεσπισμένων οὐ παντελῶς ἀλογεῖν, κατὰ πλῆθυν συνιόντες Ἰουδαῖοι, τῶν τοιούτων ἐξήτουν C ἕνα. Ἔργον γὰρ ὅλης τοῦτο τῆς Συναγωγῆς ὁ νόμος γενέσθαι προσέταττεν. Ἀπολύειν γε μὴν ἐξὸν αὐτοῖς, κατά γε τὸ δοκοῦν τῷ νόμῳ, τοῦτο δρᾷν αἰτοῦσι Πιλάτον. Καταδεξάμενοι γὰρ ἅπαξ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, τὰ πλεῖστα λοιπὸν τῶν καθ' ἑαυτοὺς τοῖς ἐκείνων παρεχώρουν νόμοις. Καὶ γοῦν φονεύειν ἐξὸν τὸν ἐπί τισι τῶν ἀτόπων κατεγνωσμένον, ὡς ἕνα τῶν τοιούτων Πιλάτῳ προσῆγον τὸν Ἰησοῦν, λέγοντες· « Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. » Εἰ γὰρ καὶ ἐπλάττοντο τυχὸν τὸν ἐπὶ τῷ ἁγνισμῷ τοῦ Πάσχα καθαρισμὸν, ἀλλ' οὖν ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα κολακεύουσιν, ὡς τοῖς Ῥωμαίων ἐπιτρέποντες νόμοις καὶ ἅπερ αὐτοῖς ἄνωθεν τὸ θεῖον ἐδίδου πρόσταγμα.

datur num Judæi, tametsi duri admodum et præfracti essent, legem adimplentes sontis remissionem quærerent. Igitur ad finem libri quem Numerorum dicimus, lex homicidæ sive voluntarii seu involuntarii, et pœna præscripta in homicidam voluntarium, transit statim ad homicidæ involuntarii pœnam, de quo inter cætera hæc dicit: « Quod si fortuito et absque odio et inimicitiis percusserit eum, aut ejecerit in eum quodlibet vas non ex insidiis, vel omnem lapidem quo occiditur non sciens, et inciderit in ipsum, et mortuus fuerit, ipse autem non fuerit inimicus ejus, neque quæsiverit illi male facere, judicabit Synagoga inter percussorem et propinquum sanguinis, et restituet eum Synagoga in civitatem refugii ad quam confugerat [76]. » Cum igitur hoc mandatum ita conscriptum sit, atque aliqui, uti verisimile est, ejusmodi quandoque casus inciderent, ne viderentur omnino divina præcepta negligere, conveniens multitudo Judæorum, ejuscemodi aliquem petebant. Totius enim Synagogæ opus id esse lex mandabat. Dimittere ergo eis aliquem ex legis mente licebat: hoc autem petunt a Pilato fieri. Ubi enim Romanorum semel jugum admiserunt, plurima in posterum quæ sua erant eorum legibus concesserunt. Etenim cum occidere liceret de gravissimis sceleribus accusatum, quasi unum aliquem ejuscemodi ad Pilatum adducebant Jesum, dicentes: « Nobis non licet interficere quemquam. » Tametsi enim puritatem ob lustrationem Paschalem præ se ferebant, tamen in hoc certe maxime assentantur, ut qui Romanorum legibus permittant etiam ea quæ præscripta sibi sunt divinitus.

Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες λέγοντες· Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. Ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής.

Ἐξελέγχονται πάλιν κἀν τούτῳ δὴ σφόδρα παρανομήσαντες Ἰουδαῖοι, καὶ ταῖς οἰκείαις μᾶλλον εἴκοντες ἡδοναῖς, ἤγουν τιμῶντες τὰ πάλαι τεθεσπισμένα. Τοῦ γὰρ νόμου τοῦ διὰ Μωσέως, τὸν ἀκουσίως ἁλόντα φονευτὴν ἀνεῖσθαι κελεύοντος, οὐχ ἕνα τῶν τοιούτων D ποθὲν, περιβόητον δὲ μᾶλλον ἐξαιτοῦσι λῃστήν. Ὅτι δὲ ἀπηνής τε καὶ ἄγριος ὁ μνημονευθεὶς, καὶ τῶν τῆς μιαιφονίας ἐγκλημάτων οὐκ ἀμοιρήσας ὁρᾶται, σαφηνιεῖ δὴ λέγων ὁ θεσπέσιος Πέτρος πρὸς τοὺς τῶν Ἰουδαίων λαούς· « Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν. » Τὸν γὰρ διὰ τοῦτο τῆς ἰσότητος τῆς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα καταφρονήσαντα καὶ τὴν ἡμετέραν πτωχείαν μετημφιεσμένον, ἵν' ἡμᾶς ἐξέληται τοῦ κατὰ ἀλήθειαν φονευτοῦ, τουτ' ἔστι τοῦ Σατανᾶ, τῆς εἰς ἕνα λῃστὴν ἀγάπης ὀπίσω τάττουσιν, οἱ τῇ κατὰ

1042 XVIII, 40. *Clamaverunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.*

Hic rursus Judæorum se prodit iniquitas, qui suæ libidini obsequuntur potius quam Dei mandata observant. Nam cum lex Mosaica involuntarii homicidii reum dimitti jubeat, non aliquem ejuscemodi, sed insignem latronem deposcunt. Quod autem truculentus et immanis fuerit Barabbas, Petrus declarat dicens: « Vos autem sanctum et justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis [77]. » Eum enim qui ab æqualitate quam cum Deo ac Patre habet ad nostram paupertatem descendit, ut nos a vero illo homicida, hoc est Satana, erueret, latronis unius amori postponunt, qui sacerdotii dignitate secundum legem pollebant, elatoque supercilio contemnentes illud: « Justum judicium judicate [78], » homicidam absolvunt, Christumque condemnant, communique voce ac suffra-

[76] Num. XXXV, 22-25. [77] Act. III, 14. [78] Deut. I, 16.

gio exclamant: « Non hunc, sed Barabbam. » Judæi ergo istius impietatis justas pœnas dabunt. Mirari porro decet Scripturam divinitus inspiratam, quæ tanquam ex persona Christi tam desperati clamoris meminit. Sic enim Jeremias propheta: « Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam: dilectam animam meam dedi in manus inimicorum ejus. Facta est hæreditas mea mihi, quasi leo in silva: dedit super me vocem suam [79]. » Quid enim leo in silvis faciat operæ pretium est, ut videtur, exponere. Ferunt immanem ac terribilem belluam, cum prædam in silvis venatur, ex editiore quodam loco stupendum in modum rugire, tantumque terroris audientibus incutere, ut et horribilem sonum ferre nequeant, sed statim corruant, seu homo, seu aliud quoddam animal, ac sola voce leonis humi procumbant. Quod per prophetam Deus quodammodo confirmat, dicens: « Leo rugiet, et quis non timebit [80]? » Facta est igitur Christo Servatori Judæorum Synagoga, sicut leo in silva, **1043** si petulantiam horum consideres. Metus enim aut terror in naturam divinam non cadit. Vociferationibus enim suis eum interfecit, quamvis Pilatus eum dimitti vellet, ut etiam qui legem nondum didicerant præstare videantur iis qui in ea sunt eruditi.

A νόμον ἱερωσύνῃ λελαμπρυσμένοι, καὶ ὑψηλὴν ἐπὶ τούτοις ἀνατείνοντες τὴν ὀφρὺν, παρελάσαντες δὲ καὶ ὡς οὐδὲν ὅλως παρωσάμενοι τὸ, « Κρῖμα δίκαιον κρίνετε, » δικαιοῦσι τὸν φονευτὴν, Χριστὸν κατακρίνοντες, παμψηφεὶ δὲ λέγουσι· « Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. » Ἰουδαῖοι μὲν οὖν τῆς ἐπὶ τούτῳ δυσσεβείας ἀποτίσουσι δίκας. Θαυμάσαι γε μὴν ἀναγκαῖον τὴν θεόπνευστον Γραφὴν, ὡς ἐκ προσώπου Χριστοῦ, καὶ τῆς οὕτως ἀπεγνωσμένης ἐπιγνωσθεῖσαν καταβοῆς. Λέγει γὰρ οὕτως ὁ προφήτης Ἱερεμίας· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην μου ψυχὴν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ· ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ φωνὴν αὐτῆς. » Τί γὰρ ὁ λέων ἐν δρυμοῖς ἐργάζεται, καλὸν, B ὡς ἔοικεν, εἰπεῖν. Φασὶ τοιγαροῦν, ὡς ὅταν τι τῶν ἐν ταῖς ὕλαις κτηνῶν ἀγρεῦσαι βούληται τὸ μέγα τουτὶ καὶ φρικωδέστατον θηρίον, ἐπί τινα πρῶνα τῶν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀρθεὶς, βρυχᾶταί τι μέγα καὶ ἐξαίσιον, καὶ τοσαύτην ἐνεργάζεται τοῖς ἀκροωμένοις τὴν πτοίαν, ὡς οὐκ ἐνεγκόντας τῆς ἀπειλῆς τὸ δυσαχθὲς ἀποκτύπημα, παραχρῆμα πεσεῖν, κἂν ἄνθρωπος εἴη, κἂν ζῶον ἕτερον, καὶ φωνῆς ἔργον τῷ θηρὶ γίγνεται τὸ πεσόν. Πιστοῦται δέ πως τὸν ἐπὶ τούτῳ λόγον καὶ διὰ τοῦ προφήτου Θεὸς, οὕτως εἰπών· « Λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; » Γέγονε τοίνυν ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ καθάπερ λέων ἐν δρυμῷ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, κατά γε τὸ ἐγχείρημα τῆς ἐπ' αὐτῷ γλωσσαλγίας. Πτοίας γὰρ ὅλως ἢ δείματος ἡ θεία φύσις οὐκ ἀνέχεται. Καταβοήσασα γὰρ ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καίτοι Πιλάτου προτείνοντος ἑλέσθαι τὴν ἄφεσιν, ἵνα καὶ τῶν διὰ νόμου πεπαιδευμένων ἀμείνους εὑρίσκωνται, διὰ πραγμάτων αὐτῶν, καὶ οἱ τὸν θεῖον οὔπω μαθόντες νόμον.

XIX, 1-3. *Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus, et veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, et dicebant, Ave, rex Judæorum. Et dabant ei alapas.*

C *Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε. Καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτὸν, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον· Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἐδίδοσαν αὐτῷ ῥαπίσματα.*

Injuste quidem Christum flagellat, et militum catervis deridendum permittit, coronaque spinea circumdandum, purpurea veste induendum, cædendum alapis, aliisque probris afficiendum. Existimabat enim sensim placatum iri Judæorum populos, tametsi hac sola pœna ingenti quidem plecti viderent illum noxæ omnis expertem. Flagris autem cæsus fuit injuste, ut justa nos plaga liberaret: illusus est atque alapis percussus, ut nos illudamus illusori Satanæ, et peccatum ex prævaricatione nobis incussum vitemus. Arbitrabimur enim, si sapimus, omnes propter nos et pro nobis exstitisse Christi passiones, easque vim habere solvendi avertendique mala quæ nobis propter defectionem a Deo merito contingunt. Quemadmodum enim ad destruendam mortem omnium suffecit pro nostra vita eum qui mortem nesciebat morti carnem suam permisisse (unus enim mortuus est pro omnibus [81]), ita sciendum est sufficere ad liberandos omnes verberibus et ignominiis, quod ea pas-

Μαστιγοῖ μὲν ἀδίκως, καὶ τὸν τῶν στρατιωτῶν ἐφίησιν ἑσμὸν ἐμπαίζειν αὐτῷ, στεφάνῳ τε τῷ ἐξ ἀκανθῶν περιβαλεῖν, καὶ ἁλουργὲς ἱμάτιον ἐπιῤῥίπτειν, καταικίζεσθαί τε ῥαπίσμασι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀτιμίαις. Ὤετο γὰρ δή πως ἐκδυσωπήσειν ἠρέμα τοὺς τῶν Ἰουδαίων λαοὺς, εἰ καὶ μόνην θεάσαιντο καὶ ταύτην ἐκ περιττοῦ παθόντα τὴν κόλασιν, τὸν ἁπάσης ἔξω κείμενον αἰτίας. Ἐμαστίχθη μὲν ἀδίD κως, ἵνα δικαίας ἡμᾶς ἀπολύσῃ πληγῆς, ἐνεπαίχθη καὶ ἐῤῥαπίσθη, ἵνα ἡμεῖς ἐμπαίξωμεν τῷ ἐμπαίξαντι Σατανᾷ, καὶ τὴν ἐκ παραβάσεως προστετραμμένην [*Ισ.* προστετριμμένην] ἡμῖν διαφύγωμεν ἁμαρτίαν. Οἰησόμεθα γὰρ, φρονοῦντες ὀρθῶς, πάντα δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τὰ Χριστοῦ γενέσθαι παθήματα, λυτικήν τε καὶ ἀποτρεπτικὴν ἔχοντα δύναμιν τῶν ἡμῖν συμβεβηκότων εὐλόγως, διὰ τὴν ἀπόστασιν τὴν ἀπὸ Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἤρκεσεν εἰς τὸ καταργῆσαι τὸν ἁπάντων θάνατον, τὸ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας [*Ισ.* ἡμετέρας] ζωῆς τὴν ἰδίαν προέσθαι σάρκα τὸν οὐκ εἰδότα θάνατον (εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν)· οὕτω

[79] Jerem. XII, 7,8. [80] Amos III, 8. [81] II Cor. V, 14.

συνιέναι δίκαιον, ὡς ἐξαρκέσαι πάλιν εἰς τὸ ἀπολῦσαι πάντας καὶ μαστίγων καὶ ἀτιμίας τὸ ταῦτα παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν Κύριον. Ἐπεὶ κατά τινα τρόπον τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Πάντες μὲν γὰρ ἐπλανήθημεν, ἕκαστος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, καθά φησιν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν « ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Μεμαλάκισται γὰρ διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν · καὶ τὰ μὲν ἴδια νῶτα δέδωκεν εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας αὐτοῦ εἰς ῥαπίσματα, » καθὰ καὶ αὐτός πού φησιν. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται, καθάπερ τινὰ τῶν ψευδοτυράννων ἑλόντες τὸν Ἰησοῦν ἐμπαίζουσι στρατιωτικῶς. Διὰ γάρ τοι τοῦτο στέφανος μὲν ὁ ἐξ ἀκανθῶν ἐπενήνεκται, τὸ ἐπ' ἄκροις ἠρτημένον μετώποις, τῆς ἐπιγείου βασιλείας σύνθημα δηλῶν. Τὸ δὲ πορφυροῦν ἱμάτιον, τῆς ἁλουργίδος εἰκὼν ὥσπερ τις καὶ τύπος, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ γέλωτος αἰτία προστέθειται. « Προσῄεσαν γὰρ λέγοντες, φησί · Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. » Ἐπυθόμην δέ τινων, μᾶλλον δὲ λίαν ἀρέσκει τισί, στέφανον μὲν τὸν ἐξ ἀκανθῶν τὴν τῶν εἰδωλολατρούντων ἔτι κατασημαίνειν πληθύν, ἀναληφθησομένην ὥσπερ εἰς διάδημα τῷ Χριστῷ διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτόν, οἳ καὶ ἀκάνθαις ἀγόνοις τε καὶ ἀχρήστοις τὰ ἔθνη παρεικάζουσι διὰ τὸ καρπὸν εὐσεβείας ἔχειν οὐδένα, πεφυκέναι δὲ μᾶλλον ἐπιτηδείαν εἰς πυρὸς τοῦ παμφάγου τροφήν, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν ἐν ἀγροῖς συρφετόν, ἤτοι τὴν ἀγρίαν καὶ γεωργίας τινὸς δίχα φυομένην ἄκανθαν. Τὸ δὲ ἁλουργὲς ἄμφιον, ἤτοι τὸ ἱμάτιον τὸ πορφυροῦν, τὴν ἐσομένην κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου βασιλείαν φάσκουσι δηλοῦν. Παραδεκτὸν δὲ ἅπαν ὃ μὴ τοῦ εὐθέος ἐκπίπτει λόγου, μήτε μὴν ὡς ἀνόνητον ἔσται πεπιστευμένον. Οὐκ ἀπόβλητος τοίνυν τῆς θεωρίας ὁ τρόπος, ἀστειοτάτην ἔχων τὴν ἐπιτήρησιν.

A sus sit pro nobis Dominus. Nam quodammodo ejus livore sanati sumus, ut scriptum est [82]. Omnes enim erravimus unusquisque in via sua, ut ait propheta beatus Isaias, et Dominus tradidit eum « peccatis nostris, et pro nobis dolores sustinet. Attritus enim est propter scelera nostra [83]; et dorsum quidem suum dedit ad flagella, et genas suas ad alapas [84], » ut et ipse ait alicubi. Milites ergo rapto Jesu ceu falso cuidam regi militari more illudunt. Idcirco enim spinea corona summæ fronti impingitur, terreni **1044** regni insigne præferens. Purpurea autem vestis regiæ purpuræ imago ac typus est, sed et risus causa est adhibita. « Veniebant enim ad eum dicentes, inquit : Ave, rex Judæorum. » Sunt quibus placet B per coronam spineam idololatrarum multitudinem significari, a Christo per fidem instar diadematis assumendam; nam et spinis sterilibus et inutilibus gentes ipsi comparant, propterea quod fructum pietatis nullum habeant, sed aptæ potius sint combustioni, sicuti nempe agri palea, et incultæ spinæ. Vestem autem purpuream universi mundi imperium quod eum manebat significare aiunt. Admittendum est vero quidquid a recta ratione alienum non est, nec inutile futurum creditur. Non est ergo rejicienda illa contemplandi ratio quæ elegantissimam in se habet observationem.

Καὶ ἐξῆλθε πάλιν ἔξω ὁ Πιλάτος, καὶ λέγει αὐτοῖς · Ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε ὅτι οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.

Ὁμολογεῖ μὲν τὸ πταῖσμα, καὶ οὐκ αἰσχύνεται. Μαστιγῶσαι γὰρ ἔφη διακενῆς, ἐπιδείξειν δὲ αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται, καταχορέσειν ὥσπερ αὐτῶν τὴν ἀτίθασσον ὀργὴν διὰ τῆς οὕτως ἐλεεινῆς ὑποτοπήσας θέας. Μόνον δὲ οὐχὶ καὶ καταιτιᾶται λοιπόν, ὡς φονῶντας ἀδίκως, καὶ τοῦτο ἐκ παῤῥησίας, καὶ ἀναφανδὸν παρανομεῖν ἀναγκάζοντας, τὸν ᾧπέρ ἐστι τῶν ἰδίων νόμων οὐκ ἀζήμιος ἡ παράβασις. Πληροῦταί γε μὴν ἐπὶ Χριστῷ, καὶ ἀληθὲς ὑπάρχον ὁρᾶται τὸ εἰρημένον, ὅτι « Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. » Ἄθρει γὰρ ὅπως ἄνω καὶ κάτω πάντα διακυκήσας ὁ Σατανᾶς, οὐδὲν ὅλως ἀνευρίσκει τῶν ἐκβεβλημένων παρὰ Θεοῦ καὶ εἰς δύναμιν ἁμαρτίας κατατεταγμένων, ὅπερ ἂν ἴσως, εἰ ἐπενήνεκτο τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, κατακρίνεσθαί τε δικαίως ἐποίει καὶ ταῖς παρ' αὐτοῦ κατηγορίαις ἔνοχον. Ὅνπερ οὖν τρόπον ἐν Ἀδὰμ ὅλην ἐν ἑνὶ τὴν ἀνθρώπου νενίκηκε φύσιν, κατάφορον ἁμαρτίαις ἀποδείξας αὐτήν, οὕτω κἀνθάδε νενίκηται παρ' αὐτῆς. Ἄνθρωπος γὰρ ἦν εἰ καὶ φύσει Θεὸς ὁ μὴ ἐσχηκὼς ἁμαρτίαν · καὶ ὥσπερ ἡ ἐκ τοῦ παραβῆναι κατάκρισις δι' ἑνὸς εἰς πάντας ἐκτείνεται, καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος λέγων · « Ὥσπερ γὰρ δι' ἑνὸς

C XIX, 4. *Et exivit iterum Pilatus foras, et dicit eis : Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam.*

Peccatum quidem non pudet fateri. Immerito quippe flagris cæsum Jesum dixit, eumque se illis exhibiturum pollicetur, hoc tam miserabili spectaculo immanem eorum rabiem expletum iri suspicatus. Quinetiam accusare propemodum videtur eos ut interficiendi Christi injusta cupiditate ardentes, et a quibus palam et aperte leges violare cogatur, magno suo damno atque periculo. Impletur itaque in Christo, et verum esse comperitur quod dictum est : « Venit princeps hujus mundi, et in me non inveniet quidquam [85]. » Observa enim quo pacto Satanas omnibus sursum D ac deorsum pervolutis nihil plane criminis in Christo reperiat quod impactum Christo Servatori reum illum efficiat. Quo modo igitur in Adam totam in uno hominis vicit naturam, eam obnoxiam faciendo peccatis, ita et hic ab ea superatus est. Homo quippe erat, licet natura Deus qui peccatum non habuit [86], et quemadmodum ex prævaricatione condemnatio per unum ad omnes extenditur, ejusque rei testis est Paulus cum ait : « Quemadmodum enim per unum **1045** delictum in omnes homines in condemna-

[82] Isa. LIII, 6. [83] Ibid. 5. [84] Isa. L, 6. [85] Joan. XIV, 30. [86] I Petr. II, 22.

tionem, sic et per unius justitiam in omnes in justificationem vitæ [87]. › Igitur laboravimus quidem per primum illum Adamum inobedientiæ morbo, et illius maledictione, locupletati vero sumus per secundum, obedientia, et illius benedictione. Legis enim Dominus, ut Deus, fuit nobiscum legis observator, ut homo. Unde sic ab eo nos compellari inveniemus: ‹ Qui me diligit mandata mea servabit, sicut et ego Patris mei præcepta servavi, et maneo in ejus dilectione [88]. › Adverte enim quo pacto nobis quidem præceperit ut legis auctor ac Deus sua observare mandata, et ut nobiscum legis observator, servare se asserat legem sui Patris.

XIX, 5, 6. *Exivit ergo Jesus foras portans coronam spineam, et purpureum vestimentum. Et dicit eis, Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.*

Monstravit impie flagellatum, et militum ludibriis indigne violatum universi Dominum Pilatus, sperans vel hoc solo indignissimo spectaculo satiatum iri Judæorum intemperiem. Sed hi ab omni erga eum humanitate adeo sunt alieni, ut etiam belluina crudelitate superata usque tollantur in pejus, ac vehementius inclament morti crudelissimæ addicendum, et omnium fœdissimum supplicium pati cogant. Quod enim supplicii genus tam est acerbum ut cum crucis supplicio comparari possit? Solis autem, ut videtur, Judæorum principibus tantæ impietatis originem sapientissimus evangelista tribuit. Vide enim quo pacto acri veluti quadam cum animadversione dicat: ‹ Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige. › Nam cum infima plebecula Christi ærumnis mediocriter moveretur (miraculorum enim ab eo factorum meminerat), primi clamorem tollunt ipsi, et subditæ multitudinis animum efferata rabie succendunt. Verum igitur est quod de iis apud prophetas scriptum est, ‹ Pastores stulte egerunt, et Dominum non quæsierunt. Propterea non intellexit omnis grex, et dispersi sunt [89]. › **1046** Quod quidem verum est. Nam, quia ducibus caruerunt quibus Christum agnoscerent pecudes, hoc est populi multitudo, idcirco perierunt, et in exitiosum adversus Christum furorem delapsi sunt. Impietatis enim originem apud te perpendito, et eam Judæorum principibus utique tribues. Hi nefarii consilii auctores proditorem sacris pecuniis conduxerunt, hi cohorte ministris adjuncta Christum non secus ac impurissimum latronem vincire jusserunt: hi ad Pilatum adduxerunt, et nunc eum verberibus affectum omnibusque contumeliis propemodum obrutum cernentes, ira magis ac magis æstuant, et præ immani invidia vociferantur. Propositum quippe iis erat vineæ interficere

A παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω δι' ἑνὸς εἰς δικαίωσιν ζωῆς. › Οὐκοῦν νενοσήκαμεν διὰ μὲν Ἀδὰμ τοῦ πρώτου τὴν παρακοὴν, καὶ τὴν ἐκείνης ἀρὰν, πεπλουτήκαμεν δὲ διά γε τοῦ δευτέρου τὴν ὑπακοὴν καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς εὐλογίαν. Ὁ γὰρ τοῦ νόμου Κύριος, ὡς Θεὸς, γέγονε μεθ' ἡμῶν νομοφύλαξ, ὡς ἄνθρωπος. Καὶ γοῦν εὑρήσομεν λέγοντα πρὸς ἡμᾶς· ‹ Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. › Βλέπε γὰρ ὅπως ἐντέταλται μὲν ἡμῖν, ὡς νομοθέτης καὶ Θεὸς, τὰς αὐτοῦ τηρεῖν ἐντολὰς, ὡς δὲ μεθ' ἡμῶν νομοφύλαξ, τηρῆσαι διισχυρίζεται καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ ἰδίου Πατρός.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάν- B *θινον στέφανον, καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἰδοὺ ὁ ἄνθρωπος. Ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες· Σταύρωσον, σταύρωσον.*

Ἐπέδειξε μὲν ἀνοσίως κατῃκισμένον, καὶ τοῖς τῶν στρατιωτῶν ἐμπαίγμασιν ἀφορήτως ἐξυβρισμένον τὸν ἁπάντων Κύριον, κατακορεσθήσεσθαί πως καὶ καταλήξειν ἤδη πιστεύσας τὸν ἄκρατον τῶν Ἰουδαίων θυμὸν, καὶ ἀπὸ μόνης τῆς οὕτως ἀκροτάτης τε καὶ ἀτιμοτάτης θέας. Οἱ δὲ ἀφεστᾶσι τοσοῦτον τοῦ εἰπεῖν τε καὶ δρᾶσαι φιλάνθρωπον ἐπ' αὐτῷ καὶ τῶν εἰς χρηστότητα τελούντων ἅψασθαι λογισμῶν, ὡς καὶ ὠμότητος θηριοπρεποῦς πεσόντας ἐπέκεινα, πρὸς τὸ μεῖζον αἱρεσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ θερμοτέραν ποιεῖσθαι τὴν C καταβοὴν ἀπηνεστάτῳ θανάτῳ καταδικάζοντας, καὶ τὰ πάντων αἴσχιστα παθεῖν ἀναγκάζοντας. Ποῖον γὰρ οὕτω πικρὸν ἂν γένοιτο κολαστήριον, ὡς ὁ ἐπὶ ξύλου σταυρός; Μόνοις δὲ, ὡς εἰκὸς, τὴν τῆς τοσαύτης δυσσεβείας ἀρχὴν προσῆψεν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς. Ἄθρει γὰρ ὅπως μετὰ δριμείας ὥσπερ τῆς ἐπιτηρήσεως λέγει· ‹ Ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν λέγοντες· Σταύρωσον, σταύρωσον. › Τοῦ γὰρ ἀγελαίου πλήθους κἂν γοῦν μετρίως τοῖς κατὰ Χριστοῦ γεγονόσιν ἐπερυθριῶντος κακοῖς (διεμέμνηντο γὰρ ἴσως τῶν παρ' αὐτοῦ παραδόξως τετελεσμένων), αὐτοὶ καὶ πρῶται τῆς καταῤῥήσεως ἄρχονται, καὶ εἰς ἐκτόπους ἀγριότητας τὸν τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν ἀνακαίουσι θυμόν. Ἀληθὲς οὖν ἄρα τὸ εἰρημένον παρὰ Θεοῦ D περὶ αὐτῶν ἐν προφήταις, ὅτι ‹ Οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐξεζήτησαν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθησαν. › Καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς τῶν ἡγουμένων ποδηγίας οὐκ ἔτυχον εἰς τὸ ἐπιγνῶναι Χριστὸν οἱ νομῆς ἐν τάξει κείμενοι, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ἀγελαῖος ὄχλος, διώλωλέ τε καὶ κατώλισθεν εἰς ὀλέθριον ἀβουλίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ. Ἀναμετρείτω γάρ τις, εἰ βούλεται, τὴν τῆς δυσσεβείας ἀρχὴν, καὶ ταῖς τῶν ἡγουμένων αὐτὴν ἀναθήσει κεφαλαῖς. Αὐτῶν γὰρ ἡ ἐν ἀρχαῖς ἀνοσιωτάτη γέγονε σκέψις, αὐτοὶ τὸν προδότην τοῖς ἱεροῖς ἐκπριάμενοι χρήμασι καταπωλῆσαί σφισιν ἀνέπεισαν, αὐτοὶ τὴν σπεῖραν τοῖς ὑπηρέταις συ-

[87] Rom. v, 18. [88] Joan. xv, 10. [89] Jerem. x, 21.

ζεύξαντες, καθάπερ τινὰ τῶν ἀτιμοτάτων λῃστῶν καταδεσμεῖν ἐκέλευον, αὐτοὶ Πιλάτῳ προσήγαγον, καὶ νῦν μεμαστιγωμένον ὁρῶντες καὶ ταῖς παρὰ πάντων ἀτιμίαις μονονουχὶ μεθύοντα, προσεκτείνουσι τὴν ὀργὴν, καὶ τὰ ἐξ ἀμέτρου φθέγγονται φθόνου. Σκοπὸς γὰρ αὐτοῖς τὸν τοῦ ἀμπελῶνος ἀποκτεῖναι δεσπότην· ᾤοντο γὰρ ἕξειν ἀκινδύνως τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, καὶ εἰ γένοιτο τυχὸν ἐκ μέσου Χριστὸς, αὐτοὶ καθηγήσεσθαι πάλιν, καὶ ταῖς παρὰ πάντων τιμαῖς ἐντρυφᾷν. Ἀλλ', ὡς ὁ Ψάλλων φησὶν, « Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. » Οὐ γὰρ ἐκβέβηκέ τι τῶν κατὰ γνώμην αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς πᾶν τοὐναντίον ἐξ ἀντιστρόφου μεταβολῆς ἡ τῶν πραγμάτων μεταχεχώρηκε φύσις.

A dominum, cujus hæreditatem impune se habituros sperabant [90], et, si de medio Christus forsan tolleretur, se tum regnaturos, et supremis honoribus potituros. Sed, ut ait Psalmista : « Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos [91]. » Nihil enim ex animi sententia iis contigit, sed contra quam optabant res evenerunt.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Λάβετε ὑμεῖς αὐτὸν καὶ σταυρώσατε· ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν.

XIX, 6. *Dicit eis Pilatus : Accipite eum vos, et crucifigite : ego enim non invenio in eo causam.*

Καταπλήττεται Πιλάτος, εἰ ἄρα πως καὶ εἰς τοῦτο κατοιχήσεται τόλμης τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, καὶ ἡ τῶν ἀρχιερέων ἀπανθρωποτάτη πληθὺς, ὥστε καὶ τὸν οὕτω φρικτὸν ἐπιθεῖναι θάνατον μὴ παραιτεῖσθαι Χριστῷ, καίτοι τῆς εἰς τοῦτο καλούσης αὐτὸν αἰτίας οὐδαμόθεν ἐξηυρημένης. Διὰ γάρ τοι τοῦτό φησι, μονονουχὶ καὶ ὡς ὑβρισμένος ἀγανακτῶν, Ἐμὲ ταυτησὶ τῆς ἀδίκου μιαιφονίας ἐποιήσασθε βραβευτήν; Ἐγὼ παρὰ πάντας τοὺς Ῥωμαίων νόμους, καὶ τῶν ἀνεγκλήτων ἔσομαι φονευτὴς, ταῖς δὲ ἡμετέραις [γρ. ὑμετέραις] ἀναπεπεισμένος φωναῖς τὸ ἐμαυτοῦ προήσομαι χρήσιμον, καὶ ταῖς παρ' ὑμῶν αἰτήσεσι ῥιψοκινδύνως ὑπηρετῶν, οὐκ ἐν ἐλπίσιν ἔσομαι τοῦ παθεῖν τὰ δεινά; Εἰ μὴ γὰρ οἴεσθε τῶν ἀνοσίων τι δρᾷν, εἰ μὴ χαλεπὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα λογίζεσθε, ὑμεῖς αὐτοὶ, φησὶν, οἱ τοῖς θείοις ἐπαυχοῦντες μαθήμασιν, οἱ ἐπὶ νόμων εἰδήσει τὴν ὀφρὺν ἔχοντες ὑψηλὴν, πήξατε τὸν σταυρὸν, τολμήσατε τὸν φόνον, ἀνοσιουργήσατε δι' ἑαυτῶν, αὐτοὶ τῆς ἑαυτῶν καταχέοντες κεφαλῆς τὰ ἐκ τῆς τοσαύτης δυσσεβείας ἐγκλήματα. Ἰουδαϊκὸν ἔστω τὸ θράσος, καὶ τὸ τῆς μιαιφονίας εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς τετράφθω κακόν. Εἰ νόμος ἐστὶ παρ' ὑμῖν, ὁ ποιναῖς ταῖς οὕτω πανδείνοις ὑποτιθεὶς τὸν ἡμαρτηκότα μηδὲν, ὁ κολάζων τὸν ἀνυπαίτιον, πραττέσθω καὶ τοῦτο δι' ὑμῶν. Ἐγὼ τῆς ἐπὶ τούτῳ συμπνοίας οὐκ ἀνέξομαι. Καὶ ταυτὶ μὲν ἂν οἴοιτό τις τυχὸν τὸν Πιλάτον εἰπεῖν· ὠδίνει γάρ πως ὁ παρ' αὐτοῦ λόγος τῶν τοιούτων τὴν ἔμφασιν. Καταπλαγείη δ' ἄν τις κἀν τούτῳ δὴ πάλιν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀναισχυντίαν, ἐπεὶ μηδὲ ἀνδρὸς ἀλλογενοῦς δικαιοκρισίας αἰσχύνονται, καίτοι τοῦ θείου νόμου περὶ αὐτῶν εἰρηκότος, ὅτι « Χείλη ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. »

Miratur Pilatus utrum Judæorum populus et crudelissima imprimis pontificum turba eo ventura sit B audaciæ ut tam horrendam mortem inferre Christo non vereantur, cum nulla ad id causa moveantur. Idcirco enim hoc cum indignatione quadam ait, Mene injustæ cædis hujus arbitrum fecistis? Ego contra leges Romanorum etiam innocentes occidam, vestrisque sollicitatus clamoribus quod mihi usui est abjiciam, ac petitionibus vestris temere et inconsiderate subserviens, nihil grave aut acerbum pertimescam? Nam si nihil impie vos agere putatis, nisi facinus istud grave putatis, vos crucem ipsi figite, qui divinis doctrinis gloriamini, qui ob legum scientiam supercilium tollitis, ad cædem aggredimini, impium illud per vos ipsos patrate facinus, et in vestrum caput C impietatis **1047** hujus crimina vertite. Usurpate ferocitatem Judaicam, et homicidii istius malum in vos ipsos convertite. Si lex est apud vos quæ tam gravibus suppliciis insontem puniat, id per vos porro fiat. Ego nusquam vobis assentiar. Hæc a Pilato dici quispiam sibi forte persuaserit : quippe ejus verba istiusmodi vim præ se ferunt. Sed hic rursus Judæorum impudentiam mirabere, quos ne pudet quidem a viro alienigena justitia superari; quamvis divina lex de iis dicat : « Labia sacerdotis custodient judicium, et legem requirent ex ore ejus [92]. »

Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησεν.

D XIX, 7. *Responderunt ei Judæi : Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.*

Ἐληλεγμένης ἑώλου τῆς παρ' αὐτῶν ἐν ἀρχαῖς συντεθειμένης συκοφαντίας, καὶ νεωτερισμοῦ μὲν, ἤγουν ἀντάρσεως τῆς κατὰ τοῦ Καίσαρος ἀρχῆς οὐδεμιᾶς ἀποδεδειγμένης· ἀπεσκευάζετο γὰρ τὰς ἐπὶ τούτοις αἰτίας ὁ Κύριος λέγων· « Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο ἂν, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· » Πιλάτου τε πρὸς ταῦτα καθηκόντως τε καὶ ἀδεκά-

Ostensa quam initio struxerant calumniæ, et novarum rerum adversus Cæsarem atque conjurationis vanitate, has enim criminationes refutarat Dominus dicens : « Regnum meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis [93]; » cum Pilatus recte et incorrupte ac nondum ad gratiam de his judicaret, palamque et aperte diceret nullam in eo se prorsus invenisse causam,

[90] Matth. xxi, 38. [91] Psal. ii, 7. [92] Malach. ii, 7. [93] Joan. xviii, 36.

ad aliud quiddam se transferunt audacissimi homines. Legem enim habere se asserunt, quæ mortis reum Servatorem faciat. At quænam ista lex est quæ blasphemis pœnam statuit? Scriptum est enim in Levitico Judæos quosdam rixam in castris movisse, quorum alter nominans nomen Dei benedixit, id est, exsecratus est, ac blasphemavit, ideoque mori jussus est, et acerbas impiæ linguæ pœnas luere, Deo clare dicente : « Homo quicunque maledixerit Deum, peccatum accipiet : nominans autem nomen Domini, moriatur. Lapidibus lapidet eum omnis synagoga Israel, sive indigena sit, sive proselytus, cum ipse nominat nomen Domini, moriatur [94]. » Sed ad hoc forsan inquiet aliquis : Quid sibi vult ista lex? Reum quippe blasphemiarum in Deum mori æquum est. At cur demum si quis vel falsorum deorum **1048** aliquem nominaverit, peccati expers futurus non est? Si quis enim, inquit, Deo maledixerit, peccatum suscipiet. Quid vero ad hoc respondemus? Singulari nempe cautione usum legislatorem. Maledicere enim iis qui vel non sint natura sua dii, exercitatio et via quædam est per quam ad maledicendum naturali Deo incitamur. Ideoque et aliis verbis idipsum inhibet, dicens : « Deos non maledices [95]. » Existimabat enim deitatis nomen, licet falso nonnullis insit, convenienti tamen prosequendum esse gloria, neque vero falsis aliquem honorem deferre lex jussit, sed deitatis nomen venerandum et augustum reputare nos edocet, quamvis illud nonnulli suffurentur. Cum lex itaque blasphemiæ reum morte plecti jubeat, pœnæ subjacere Dominum aiunt. « Filium enim, inquiunt, seipsum Dei fecit. » Porro meminisse nos rursus oportet ubi et quomodo istud a Christo dictum sit. In piscina quæ Probatica dicebatur, gravi ac diuturno morbo liberavit paralyticum in die Sabbati [96]. Illi vero cum tanti miraculi auctorem suspicere deberent, scandalizabantur, violatam esse legem vociferantes propter Sabbatum. At Christus se tunc defendit, dicens : « Pater meus usque modo operatur, et ego operor [97]. » Quibus subdit evangelista : « Propterea ergo magis quærebant Judæi interficere Jesum, quia non solum solvebat Sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo [98]. » Scandalizabantur itaque Judæi Christo universi Dominum Patrem suum vocante, cum mitissimis eos Christus compellavit vocibus dicens : « Scriptum est in lege vestra : Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes. Si vero illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura : quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis, quia Blasphemas, quia dixi : Filius Dei sum [99]. » Sed nullius istorum memor Judæorum populus Veritati crimini vertit veritatem, et quia Christus se dixit esse quod natura sua est, ei hanc ob causam moriendum affirmat. Ego vero

A στως, καὶ οὔπω πρὸς χάριν δικάζοντος, λέγοντός τε διαῤῥήδην μηδεμίαν εὑρῆσθαι πρόφασιν ἐν αὐτῷ, παντελῶς πρὸς ἕτερόν τι μεταχωροῦσιν οἱ πάντολμοι. Νόμον γὰρ ἔχειν διισχυρίζονται καταδικάζοντα τοῦ Σωτῆρος τὸν θάνατον. Καὶ τίς ὁ νόμος, ὁ τοῖς βλασφημοῦσιν ἐπαρτήσας, φησὶ, ζημίαν; Γέγραπται γὰρ ἐν βιβλίῳ τῷ καλουμένῳ Λευϊτικῷ, ὅτι τινὲς τελοῦντες εἰς Ἰουδαίους ἐμαχέσαντο, κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐν τῇ παρεμβολῇ, ὧν ὁ ἕτερος τοῦ θείου, φησὶν, ὀνόματος ἐπιμνησθεὶς, ηὐλόγησεν, ἀντὶ τοῦ *κατηράσατο* καὶ *δεδυσφήμηκεν*, εἶτα τεθνάναι προστάττεται, καὶ τῆς ἀνοσίου γλώττης πικρὰς ἀποτίσαι δίκας, Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἄνθρωπος ὃς ἂν καταράσηται Θεὸν, ἁμαρτίαν λήψεται· ὀνομάζων δὲ τὸ ὄνομα Κυρίου θανατούσθω. Λίθοις λιθοβολησάτωσαν B αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ, ἐάν τε προσήλυτος, ἐάν τε αὐτόχθων, ἐν τῷ ὀνομάσαι αὐτὸν τὸ ὄνομα Κυρίου τελευτάτω. » Ἀλλ' ἴσως τις πρὸς τοῦτο τυχὸν ἐνδοιάσας ἐρεῖ· Τί ἄρα φησὶν ὁ νόμος, τί δέ μοι βούλεται διὰ τούτου δηλοῦν; Τὸ μὲν γὰρ τεθνάναι, φησὶ, τὸν ταῖς εἰς Θεὸν δυσφημίαις ἔνοχον, οὐκ ἂν ἔξω φέροιτο τοῦ εἰκότος, πάθοι δ' ἂν αὐτὸ καὶ σφόδρα δικαίως. Ἀλλὰ τί δή ποτε κἂν εἰς ἕνα τις τῶν ψευδωνύμων ἐξυβρίσῃ θεὸν, ἁμαρτίας οὐκ ἀμοιρεῖ; Ἐὰν γάρ τις, φησὶ, καταράσηται Θεὸν, ἁμαρτίαν λήψεται. Καὶ τί πρὸς τοῦτό φαμεν; Ἀσφαλὴς ὁ νομοθέτης. Τὸ γὰρ, οἶμαι, διαλοιδορεῖσθαι φιλεῖν καὶ τοῖς κατὰ φύσιν οὐκ οὖσι θεοῖς, μελέτη τις ὥσπερ ἐστὶ καὶ τρίβος πρὸς τὴν ἐπὶ τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ γλωσσ- C αλγίαν ἡμᾶς παροτρύνουσα. Διὰ τοῦτο καὶ δι' ἑτέρων αὐτὸ πάλιν ἀπείργει λέγων· « Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. » Ὤετο γὰρ δεῖν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, καὶ εἰ ψευδὲς ἐνυπάρχει τισὶ, ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις καταγεραίρεσθαι δόξαις· καὶ οὐχὶ πάντως ἡμᾶς τοῖς πεπλανημένοις θεοῖς ἀπονέμειν τινὰ τιμὴν ὁ νόμος διεκελεύσατο, σεπτὸν δὲ ἡγεῖσθαι διδάσκει τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, καὶ εἰ κλέπτοιτο παρά τινων. Νόμου τοιγαροῦν θανάτῳ τιμᾶσθαι προστάττοντος τὸν ὑποπίπτοντά πως τοῖς ἐκ δυσφημίας ἐγκλήμασιν, ὑποκεῖσθαι τῇ δίκῃ φασὶ τὸν Κύριον. « Υἱὸν γὰρ, φησὶ, Θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησε. » Χρὴ δὲ ἡμᾶς διαμεμνῆσθαι πάλιν, ποῖ δὴ καὶ πῶς τὸ τοιοῦτο εἴρηται παρὰ Χριστοῦ. Οὐκοῦν ἐπὶ τῇ κολυμβήθρᾳ ποτὲ τῇ ἐπίκλην Προβατικῇ, τοῦ μακροῦ τε καὶ δυσαχθοῦς ἀῤῥωστή- D ματος ἀπέλυσε τὸν παράλυτον, ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου. Οἱ δὲ, θαυμάσαι δέον τὸν οὕτω τερατουργὸν, ἐσκανδαλίζοντο πάλιν, τὴν τοῦ νόμου λύσιν ἐπιφημίζοντες διὰ μόνον τὸ Σάββατον. Ἀλλὰ καὶ τότε Χριστὸς ἀπελογεῖτο λέγων· « Ὁ Πατήρ μου, ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. » Εἶτά φησιν ἐπὶ τούτοις ὁ εὐαγγελιστής· « Διὰ τοῦτο οὖν ἐδίωκον αὐτὸν Ἰουδαῖοι τὸν Ἰησοῦν, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ Σάββατον, ἀλλὰ καὶ Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. » Ἐσκανδαλίζοντο τοιγαροῦν Ἰουδαῖοι, Πατέρα καλοῦντος ἴδιον Χριστοῦ τὸν ἁπάντων Κύριον, ὅτε πρὸς τοῦτο πραοτάτην ἐποιεῖτο τὴν πρὸς αὐτοὺς διάλεξιν, οὕτω λέγων· « Ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ

[94] Levit. xxiv, 15, 16. [95] Exod. xxii, 28. [96] Joan. v, 2 seqq. [97] Ibid. 17. [98] Ibid. 18. [99] Joan. x, 34-36.

ὑμῶν· Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου A πάντες. Εἰ δὲ ἐκείνους εἶπε, φησὶ, θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφή· ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, Θεοῦ Υἱός εἰμι; » Ἀλλ' οὐδενὸς τῶν τοιούτων διαμεμνημένος τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, ἔγκλημα ποιεῖται τῇ Ἀληθείᾳ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπείπερ ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν εἴρηκεν ὁ Χριστὸς, διὰ ταύτην αὐτὸν τὴν αἰτίαν τεθνάναι πρέπειν διισχυρίζεται. Ἀλλὰ γὰρ τῇ τοῦ προφήτου κεχρήσομαι διὰ τοῦτο φωνῇ· « Πῶς ἐρεῖτε ὅτι Σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ νόμος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; » Ἦ γὰρ οὐκ ἔδει δι' ἐρεύνης ἀκριβοῦς ἰέναι πρότερον, τίς καὶ πόθεν ἐστὶν ὁ Χριστός· καὶ εἰ μὲν ἥλω ψευσάμενος, εὐθύνειν δὴ τότε καὶ μάλα δικαίως, ἤγουν τ' ἀληθῆ λέγοντα προσκυνεῖν; Τί B τοίνυν ἀφέντες τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων πληροφορίαν, ἐπὶ μόνην οἴχεσθε τὴν κατάῤῥησιν, καὶ κατηγορίας πρόφασιν ἐποιήσασθε τὴν ἀλήθειαν; Ἔδει Πιλάτῳ λέγοντας, ὅτι Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησεν, ἐγκαλεῖν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς θεότητος ἔργα, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς παραδόξοις καταιτιᾶσθαι μεγαλουργίαν. Ἔδει μετ' ἐκεῖνο βοᾷν, ὅτι τεθρήμερος μὲν ἀνεβίω νεκρὸς, διὰ μιᾶς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς παλινδρομήσας εἰς ζωήν. Ἔδει παρενεγκεῖν τὸν μονογενῆ τῆς χήρας υἱὸν, καὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου τὸ κόριον. Ἔδει καὶ τῆς θεοπρεπεστάτης ἐκείνης διαμεμνῆσθαι φωνῆς, ἐπὶ μὲν τῷ τῆς χήρας υἱῷ· « Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι· » ἐπὶ δὲ τῷ κορίῳ· « Ἡ παῖς, ἔγειραι. » Ἐχρῆν ἐπὶ τούτοις διδάσκειν, ὅτι τυφλοῖς μὲν τὸ βλέπειν, λεπροῖς δὲ τὴν κάθαρσιν ἐχαρίσατο, καὶ, πρὸς C τούτοις, ὅτι μιᾷ κατεστήρησεν [γρ. κατεστόρεσεν] ἀπειλῇ, καὶ θαλάττης ἀγρίας κίνησιν, καὶ πνευμάτων ῥαγδαίων καταφορὰν, καὶ εἴ τι πρὸς τούτοις εἴργασται Χριστός. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀχαρίστοις καταχωννύουσι σιωπαῖς, καὶ τὰ δι' ὧν ἦν αὐτὸν ὁρᾶσθαι Θεὸν παρέντες δυστρόπως, ἐπὶ μόνους βαδίζουσι παραλογισμούς· ἀνδρὶ δὲ ἀλλογενεῖ, καὶ τὴν θείαν ὅλως οὐκ εἰδότι Γραφὴν, ἄνθρωπον ὁρῶντι τὸν Ἰησοῦν, ἐπιβοῶσιν οἱ δείλαιοι· «Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησε· » καίτοι τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἐν ἀνθρωπείῳ σχήματι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐπιφοιτήσειν ποτὲ τῷ κόσμῳ βοώσης. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Τὸ δὲ ἐκ παρθένου τεχθὲν, τί ἂν ἕτερον εἴη λοιπὸν, ἢ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ὅσον εἰς τὴν τοῦ σώματος ὄψιν τε καὶ φύσιν; Ἦν γὰρ μετὰ τοῦ εἶναι ἄνθρωπος καὶ Θεὸς ἀληθῶς.

A adversus eos utar prophetæ voce : « Quomodo dicitis, quia sapientes sumus nos, et lex Domini nobiscum est [1]? » Numquid enim oportebat accurate prius inquirere **1049** quis et unde Christus esset, et, si convinceretur mendacii, tunc ab eo jure pœnas exigere : aut si vere loqui deprehenderetur, adorare? Cur ergo, inquisitione omni relicta ac sacrarum Litterarum spretis testimoniis, solummodo contradicitis, et veritatem crimini datis? Decebat sane, cum ei coram Pilato objiceretis ipsum se Filium Dei fecisse, ei quoque exprobrare deitatis opera, et miraculorum magnitudinem. Oportebat quatriduo jam mortuum sola Servatoris voce ad vitam excitatum narrare [2]. Oportebat unigenitum viduæ filium et archisynagogi puellam proferre. B Oportebat divinæ illius vocis mentionem facere, qua viduæ filium compellavit : « Adolescens, tibi dico, surge [3], » et qua puellam : « Puella, surge [4]. » Præterea docere oportebat cæcis quidem visum, leprosis autem sanitatem eum reddidisse; quin et sola comminatione furentes maris æstus et fluctuum vehementem impetum sedasse, et si quid præterea egit Christus. Verum ingrato quidem illa silentio obruunt, et perverse omissis iis per quæ divinitas ejus manifestari posset, ad sophisticas rationes convertuntur; viro autem alienigenæ, et divinæ Scripturæ prorsus ignaro, et hominem Jesum cernenti miseri inclamant : « Filium Dei seipsum fecit, » cum Scriptura divina in humana C forma Dei Verbum in mundum aliquando venturum prædicet. « Ecce enim, inquit, virgo in utero habebit, et pariet filium : et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus [5]. » Natus autem ex virgine, quidnam aliud demum esse potest quam homo, sicuti nos, si corporis formam consideres ac naturam? Erat enim homo simul ac Deus vere.

Ὅτε οὖν ἤκουσεν ὁ Πιλάτος τοῦτον τὸν λόγον, μᾶλλον ἐφοβήθη, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ· Πόθεν εἶ σύ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ. D

XIX, 8, 9. ***Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit, et ingressus est prætorium iterum, et dicit ad Jesum : Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei.***

Περιτρέπεται τοῖς Ἰουδαίοις τὸ κακούργημα πρὸς τὸ παρ' ἐλπίδα. Οἱ μὲν γὰρ εἰς ὕψος τὴν τοῦ ἐγκλήματος αἴρουσιν ἀφορμὴν, εἰς αὐτὸ διεπταῖσθαι λέγοντες τὸ Θεῖον τὸ ἐγχείρημα τῷ Χριστῷ. Ὁ δὲ τὴν τοῦ πράγματος ὑπεροχὴν, εὐλαβείας ποιεῖται προσθήκην, καὶ φορτικωτέραν δέχεται τὴν ἐκ τοῦ δείματος ἀπειλὴν, ἀκριβής τε γίνεται περὶ αὐτὸν ἢ πρότερον ἦν, καὶ φιλοπευστεῖ λεπτότερον, τίς δὴ ἄρα καὶ πόθεν ἐστὶν, οὐκ ἀπιστήσας, ὥς γέ μοι φαίνεται, ὅτι καὶ ἄνθρωπος ὢν, Υἱὸς εἶναι δύναται Θεοῦ. Δέχεται

Præter spem Judæis cessit maleficium. Hi enim criminandi occasionem in altum efferunt, Christum ausum esse dicentes in ipsum peccare Deum. Ille vero, quanto magis rem augent, tanto majorem cautionem adhibet, graviorique metu percellitur, et diligentius quærit quam prius, et subtilius scrutatur quis aut unde **1050** sit, nequaquam diffisus, ut mihi videtur, quin, homo cum sit, filius quoque Dei esse possit. Cujus rei opinionem ac fidem capit, non ex Scripturis sacris, sed ex errore gen-

[1] Jerem. VIII, 8. [2] Joan. XI, 1 seqq. [3] Luc. VII, 14. [4] Luc. VIII, 5. [5] Isa. VII, 14.

tili. Semideos enim et deorum filios Græcorum fabulæ multos prædicant. Romani vero superstitiosius isthæc agentes, divinam appellationem celeberrimis imperatoribus tribuebant, arisque erectis ac delubris ædificatis multos consecrarunt. Curiosius itaque indagat Pilatus, atque acrius et accuratius quam prius, quis et unde sit Christus. Hic autem, inquit, responsum non dedit ei, suorum, ut credibile est, verborum memor. Quid enim ad eum dixit? « Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam [6]. » Cum autem idolorum cultor esset Pilatus, quomodo Servatoris vocem, qui se Veritatem et Veritatis filium dicebat, intellexisset? Aut quomodo, quæso, Veritatis nomen susciperet ac honoraret, qui respuit illud initio, et dixit: « Quid est veritas [7]? » propterea quod falsos deos colebat, et erroris tenebris obrutus erat.

A γε μὴν τὴν ἐπὶ τούτῳ διάληψίν τε καὶ πίστιν, οὐκ ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, ἀλλ' ἐκ πλάνης Ἑλληνικῆς. Ἡμιθέους γὰρ καὶ θεῶν καλοῦσι παῖδας οἱ παρ' Ἕλλησι μῦθοι πολλούς. Ῥωμαῖοι δὲ μᾶλλον, δεισιδαιμονέστερόν πως τὰ τοιαῦτα δρῶντες, ἀεὶ τὴν θείαν ἐπωνυμίαν τοῖς ἐπιφανεστέροις τῶν ἰδίων ἐχαρίζοντο βασιλέων· βωμοὺς δὲ ἱστάντες, καὶ τεμένη δειμάμενοι, πολλοὺς ἀνεστήλωσαν. Περιεργάζεται τοιγαροῦν ὁ Πιλάτος, πικρότερόν τε καὶ ἀκριβέστερον ἤπερ ἐν ἀρχαῖς, τίς δὴ ἄρα καὶ πόθεν ἐστὶν ὁ Χριστός. Ὁ δὲ, φησὶν, οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ λόγον, τῶν ἰδίων, κατά γε τὸ εἰκὸς, ἐπιμνησθεὶς ῥημάτων. Τί γὰρ ἔφη πρὸς αὐτόν; « Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς. » Εἰδωλολάτρης δὲ ὢν ὁ Πιλάτος, πῶς ἂν ἐπήκουσε τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς, Ἀλήθειάν B τε καὶ τῆς Ἀληθείας τέκνον ἑαυτὸν εἶναι φάσκοντος; Ἢ πῶς ἂν ὅλως τὸ τῆς Ἀληθείας ὄνομα παρεδέξατο καὶ τετίμηκεν, ὁ καὶ ἐν ἀρχαῖ; αὐτὸ διαπτύσας, καὶ εἰπών· « Τί ἐστιν ἀλήθεια; » διὰ τὸ τοῖς ψευδωνύμοις ἔτι λατρεύειν θεοῖς καὶ τῷ τῆς ἀπάτης ἐγκεχῶσθαι σκότῳ.

XIX, 10. *Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te?*

A utilitatem indagandum est. Dabit quippe Dominus suorum nobis verborum notitiam. Mulierem itaque accurrentem ad se prohibet, et pedes amplecti volentem non sinit. Cujus rei causam nobis aperiens, « Nondum enim ascendi ad Patrem meum, » inquit. Verum quid ista sibi velint quærendum nobis est. Quid enim si nondum ad Patrem ascenderit, num idonea causa esse potest cur sanctam ejus carnem ne charis quidem ipsis tangere liceat? An citra culpam suspicari quisquam potest Dominum hæc ad illam dicere, quod tactu inquinari nollet, ut et purus ad cœlestem Patrem rediret? At quis mentis compos ista sibi finxerit? Divina quippe natura inquinari haudquaquam potest. Quemadmodum enim solis radii ex luto aliisque sordibus B damni nihil accipiunt; manent enim iidem, immunes nimirum a sordibus, et fetoris prorsus expertes: ita divina illa et sacrosancta natura sordes aut inquinamentum ullum non admittit. Quænam igitur ratio fuerit cur accedere et sanctam ejus carnem tangere Maria vetaretur: et quid sibi velit Dominus, cum ait: « Nondum enim ascendi ad Patrem meum, » quantum in nobis est dispiciamus. Dicimus itaque causas adventus Servatoris nostri multas esse ac varias, sed unam hanc eamque maxime necessariam, quam ex ejus ore suscepimus, « Non enim veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam [93]. » Ante salutarem crucem igitur, et resurrectionem a mortuis, nostra dispensatione nondum sibi convenientem exitum nacta, C **1085** cum justis simul et injustis miscebatur, et cum publicanis et peccatoribus epulabatur, et quicunque sanctam ejus carnem tangere volebant, liberum eis accessum dabat, ut omnes sanctificaret et vocaret ad agnitionem veritatis, et ad sanitatem ægros peccatorumque morbis conflictatos reduceret. Ideoque ad illos rursus dixit: « Non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habent [94]. » Quare ante resurrectionem quidem a mortuis, cum justis et peccatoribus nullo discrimine versabatur, nec ullum abigebat eorum qui ad se venirent. Et sane cum in domo Pharisæi recumberet, mulier flens astitit, quæ quidem erat in civitate peccatrix, ut scriptum est [95], et solutis capillis, veteribusque malis tandem repudiatis, pedes abstergebat, nec tamen prohibere D cernitur. Sed et cum Synagogæ principis puellam excitaturus venisset, rursus accedens mulier sanguinis fluxu laborans tetigit fimbriam vestimenti ejus, neque tamen indignatum comperiemus, sed blande potius eam allocutum: « Filia enim, inquit, fides tua te salvam fecit: vade in pace [96]. » Sed tunc quidem singulari dispensatione impuris et animo ac corpore inquinatis licebat cum Servatoris nostri Christi sanctam carnem tangere, tum omni quæ ab eo est benedictione perfrui. Postquam autem impleta illa nostra dispensatione crucem ipsam et in cruce mortem pertulit, et a

[93] Matth. IX, 13. [94] Luc. V, 31. [95] Luc. VII, 37, 38. [96] Matth. IX, 20, 22.

mortuis revixit, suamque naturam morte superiorem ostendit, arcet demum, nec amplius quibusvis ad se accedentibus sanctam ipsam carnem tangere facile permittit, istud sanctis Ecclesiis suoque mysterio in typum statuens, quem lex quoque Mosaica significabat cum et agnum immolari in Christi figuram præciperet. « Omnis enim, inquit, incircumcisus non comedet de eo [97], » incircumcisum vocans impurum. Impura autem natura sua jure censetur humanitas. Quid enim est natura hominis, si cum insita Deo puritate comparetur? Non oportet ergo ut qui sunt incircumcisi, id est impuri, sacrum Domini corpus tangant, sed qui spiritali circumcisione puri sunt redditi. Circumcisio enim cordis fit in Spiritu, juxta Pauli vocem [98]: sed haudquaquam fiet in nobis circumcisio illa spiritalis, nisi sanctus Spiritus in nobis habitet **1086** per fidem et sanctum baptisma. Nunquid ergo Mariam oportebat a tangendo sacro corpore arceri, cum spiritum nondum accepisset? Tametsi enim Christus excitatus erat a mortuis, nondum tamen Spiritus datus erat humanitati a Patre per ipsum. Reversus enim ad Deum ac Patrem demisit nobis eum. Ideoque nobis dicebat: « Expedit vobis ut ego vadam; si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos [99]. » Cum itaque nondum missus esset nobis sanctus Spiritus (nondum enim ad Patrum ascenderat), idcirco Mariam abigit ut quæ nondum Spiritum accepisset, dicens: « Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum, » id est, nondum sanctum Spiritum demisi ad vos. Inde sanctæ Ecclesiæ exemplum sumpserunt. Quippe a sacra mensa etiam arcemus eos qui deitatem quidem ejus agnoscunt, et fidem jam professi sunt, id est catechumenos, sed nondum tamen sancto Spiritu ditati sunt; nec enim in iis qui nondum baptizati sunt inhabitat: postquam autem sancti Spiritus facti fuerint participes, tunc Servatorem quoque nostrum Christum tangere nihil prohibet. Quapropter iis qui Eulogiæ mysticæ fieri volunt participes divinorum mysteriorum ministri inclamant: Sancta sanctis, docentes sanctorum participationem decere eos qui sanctificati sunt in Spiritu.

A τότε μὲν οἰκονομικῶς, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ἔτι, καὶ μεμολυσμένον ἔχουσι καὶ σῶμα καὶ νοῦν, ἀδιακωλύτως ἐξῆν καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας ἅπτεσθαι σαρκὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ ἁπάσης εὐλογίας ἀπολαύειν τῆς παρ' αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς πληρώσας οἰκονομίαν, καὶ αὐτὸν ὑπέμεινε τὸν σταυρὸν καὶ τὸν ἐπὶ σταυρῷ θάνατον, ἀνεβίω τε πάλιν, καὶ θανάτου κρείττονα τὴν οἰκείαν φύσιν ἀποδεικνὺς, ἀποκωλύει λοιπὸν, καὶ οὐχ ἑτοίμως ἔτι χαρίζεται τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ τὸ καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας ἅπτεσθαι σαρκὸς, τύπον ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις καὶ τῷ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίῳ τὸ πρᾶγμα τιθεὶς, ὃν καὶ ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως ἐδήλου νόμος, ὅτε καὶ εἰς εἰκόνα Χριστοῦ διετύπου σφάζεσθαι τὸν ἀμνόν. « Πᾶς γὰρ, φησὶν, ἀπερίτμητος, οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ, » B ἀπερίτμητον λέγων τὸν ἀκάθαρτον. Ἀκάθαρτος δὲ κατά γε τὴν οἰκείαν φύσιν ἡ ἀνθρωπότης νοοῖτο ἂν εἰκότως. Τί γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις, ὡς πρὸς τὴν ἐνοῦσαν τῷ Θεῷ καθαρότητα; Δεῖ τοιγαροῦν οὐκ ἀπεριτμήτους ἔτι, τοῦτ' ἔστιν, ἀκαθάρτους τυγχάνοντας τοῦ ἁγίου σώματος ἅπτεσθαι, καθαροὺς δὲ μᾶλλον ἀποδεδειγμένους διὰ τῆς ἐν Πνεύματι νοουμένης περιτομῆς. Περιτομὴ γὰρ καρδίας ἐν Πνεύματι, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐν ἡμῖν ἡ ἐν Πνεύματι γένοιτο περιτομὴ, μὴ ἐνοικισθέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διά τε τῆς πίστεως, καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Πῶς οὖν οὐκ ἔδει τὴν Μαριὰμ ἐξείργεσθαι τέως τῆς τοῦ σώματος ἐπαφῆς, τοῦ ἁγίου δὲ (1) δῆλον ὅτι λαβοῦσαν οὔπω τὸ Πνεῦμα; C Εἰ γὰρ καὶ ἐγήγερτο Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' οὔπω τὸ Πνεῦμα δέδοτο τῇ ἀνθρωπότητι παρὰ Πατρὸς δι' αὐτοῦ. Ἀνελθὼν γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, κατέπεμψεν ἡμῖν αὐτό· διὸ καὶ ἔλεγε, « Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. » Οὔπω τοιγαροῦν καταπεμφθέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὔπω γὰρ ἀναβεβήκει πρὸς τὸν Πατέρα, ὡς οὔπω τὸ Πνεῦμα λαβοῦσαν ἀπείργει τὴν Μαριὰμ, λέγων, « Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα, » τοῦτ' ἔστιν, οὔπω τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατέπεμψα πρὸς ὑμᾶς. Ἐντεῦθεν ταῖς Ἐκκλησίαις ὁ τύπος. Τοιγάρτοι καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἐξείργομεν καὶ τοὺς ἐγνωκότας μὲν αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ ὁμολογήσαν- D τας ἤδη τὴν πίστιν, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἔτι κατηχουμένους, μὴ μὴν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα πλουτήσαντας· τοῖς γὰρ οὔπω βεβαπτισμένοις οὐκ ἐνοικεῖ. Ἐπὰν δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποδειχθεῖεν μέτοχοι, τότε καὶ ἅπτεσθαι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὸ κωλύον οὐδέν. Τοιγάρτοι καὶ τοῖς μετασχεῖν ἐθέλουσιν εὐλογίας τῆς μυστικῆς οἱ τῶν θείων μυστηρίων προσφωνοῦσι λειτουργοὶ, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, πρεπωδεστάτην εἶναι διδάσκοντες τῶν ἁγίων τὴν μέθεξιν τοῖς ἡγιασμένοις ἐν Πνεύματι.

CAP. I.

Quod natura sua Deus sit Filius, licet propter nos Deum nominet Patrem suum.

XX, 17. *Vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.*

Propter causas quas modo attulimus non sinit

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Ὅτι κατὰ φύσιν Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, κἂν εὑρίσκηται δι' ἡμᾶς Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα καλῶν.

Πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.

Δι' αἰτίας μὲν ἃς ἤδη προείπαμεν, οὐκ ἐφίησι

[97] Exod. XII, 48. [98] Rom. II, 29. [99] Joan. XVI, 7.

(1) Virgula post verbum ἁγίου transferenda, et particula δὲ resecanda. EDIT.

θιγεῖν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς καίτοι σφόδρα διψήσασαν τούτου τυχεῖν ἐκ φιλοθείας τὴν Μαριάμ· ἀμείβεται δὲ τῆς προσεδρείας αὐτὴν, καὶ τῆς οὕτως ἐντόνου πίστεως καὶ ἀγάπης διπλοῦν ἀπένειμε τὸν μισθὸν, οὐκ ἄκαρπον τοῖς ἐπιτηδεύουσιν ἀποδεικνὺς τὴν εἰς ἑαυτὸν εὐσέβειαν. Καί τό γε τούτων ἔτι λαμπρότερον, ἐν αὐτῇ γὰρ, καὶ πρώτῃ, φημὶ δὴ τῇ Μαριὰμ, σύμπαν, ὡς εἰπεῖν, τὸ θηλειῶν γένος διττῇ στεφανοῦται τιμῇ, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀῤῥωστημάτων ἐκομίζετο τὴν διάλυσιν. Πρώτη γὰρ οὕτω θρηνήσασα, καὶ τῶν δακρύων τὴν πρόφασιν λαβοῦσα Χριστὸν, μεθίστη τὸ πένθος εἰς θυμηδίαν, μὴ χρῆναι κλαίειν ἀκούσασα, παρὰ τοῦ καὶ πάλαι καταδικάσαντος, καὶ ταῖς τῆς λύπης ἐφόδοις εὐκαταγώνιστον ἀποφήναντος. Εἴρητο γάρ που πρὸς τὴν γυναῖκα παρὰ Θεοῦ· « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. » B Ἀλλ' ὥσπερ αὐτὴν ὑπετίθει ταῖς λύπαις κατὰ τὸν παράδεισόν ποτε, ταῖς τοῦ ὄφεως διακονησαμένην φωναῖς, καὶ ταῖς τοῦ διαβόλου κακουργίαις ὑπηρετήσασαν, οὕτω δὴ πάλιν ἐν κήπῳ κελεύει μηκέτι κλαίειν αὐτήν. Ἀπολύων δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ἀρᾶς ἐφ' ᾗ λυπεῖσθαι προστέτακτο, τῶν μεγάλων ἀγαθῶν κελεύει γενέσθαι πρωτάγγελον, καὶ τὴν πρὸς τὸ ἄνω βάδισιν εὐαγγελίζεσθαι τοῖς μαθηταῖς· ἵν' ὥσπερ ἡ πρώτη καὶ πασῶν ἀρχαιοτάτη γυνὴ ταῖς τοῦ διαβόλου φωναῖς ὑπουργήσασα κατεκρίθη, καὶ δι' ἐκείνης σύμπαν τὸ θηλειῶν γένος, οὕτω καὶ αὐτὴ τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπηρετήσασα λόγοις, καὶ τὰ εἰς ζωὴν ἀναφέροντα τὴν αἰώνιον ἀπαγγείλασα, σύμπαν τῆς αἰτίας τὸ θηλειῶν ἀπαλλάξῃ γένος. Χαρίζεται C τοίνυν τῇ Μαριὰμ πρὸς τὸ μηκέτι κλαίειν, μηδὲ εἰς λύπας εὔκολον τὴν καρδίαν ἔχειν ὁ Κύριος, καὶ τὸ ὡραίους κεκτῆσθαι τοὺς πόδας. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά! » Καίτοι τῆς πρώτης ἐκείνης οὐχ ὡραίους ἐχούσης τοὺς πόδας, οὐ γάρ τι τῶν ἀγαθῶν εὐηγγελίζετο τὰ πρὸς παράβασιν τῆς θείας ἐντολῆς τῷ προπάτορι συμβουλεύσασα. Ὅτι δὲ ἀξιάγαστος ἡ Μαριὰμ, κἀντεῦθεν συνήσεις· μνήμης γὰρ ἠξιώθη προφητικῆς. Τί γὰρ ἔφη περὶ αὐτῆς, καὶ τῶν σὺν αὐτῇ γυναικῶν, αἳ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν τοῖς ἁγίοις εὐηγγελίζοντο μαθηταῖς; « Γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας, δεῦτε. Οὐ γὰρ λαός ἐστιν ἔχων σύνεσιν. » Τὰς μὲν γὰρ φιλοχρίστους ἀληθῶς ταυτασὶ γυναῖκας, μονονουχὶ καὶ ὀξυτέρῳ D φέρεσθαι δρόμῳ τὸ θεῖον ἐν τούτοις διακελεύεται λόγιον, ἵν' ὧν γεγόνασι θεωροὶ, ταῦτα καὶ ἀπαγγείλειαν. Καταδικάζει δὲ τῆς Ἰουδαίων ἀσυνεσίας, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸν τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διαγελώντων λόγον. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρων οὐσῶν γυναικῶν (δοκεῖ γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς ἑτέροις εὐαγγελισταῖς), ὁ σοφὸς Ἰωάννης μόνης ἐποιήσατο μνήμην τῆς Μαριὰμ, οὐκ ἀλλήλοις ἐναντίους εὑρήσομεν τῶν ἁγίων τοὺς λόγους. Εἰκὸς γὰρ ὅτι μόνης ἐπεμνήσθη τῆς Μαριὰμ τῆς Μαγδαληνῆς Ἰωάννης, ἅτε δὴ καὶ θερμότερον ἐχούσης τὸ κίνημα πρὸς ἀγάπην, τὴν εἰς Χριστὸν, καὶ προπηδώσης τῶν ἄλλων,

A Mariam tangere suam carnem, quamvis ob singularem Dei amorem id illa percuperet: sed perseverantiæ mercedem ei reddit, ac tam firmæ fidei ac dilectionis duplex præmium rependit, pietatem erga se non infructuosam ejus cultoribus esse ostendens. Et quod his adhuc illustrius est, in ea prima universum, ut semel dicam, feminarum genus duplici honore coronatur, ac veteribus morbis **1087** exsolvitur. Prima quippe ob Christum in luctus effusa mœrorem vertit in gaudium, quæ cessandum a lacrymis audiit ab eo qui condemnavit olim feminam, et doloris insultibus obnoxiam fore pronuntiavit. Dictum enim est ad mulierem a Deo: « In doloribus paries filios [1]. » Sed quemadmodum eam doloribus subjecit olim in paradiso, cum serpentis vocibus obtemperasset, et diaboli malitiæ obsecuta esset, sic etiam in horto rursus eam non ultra dolere jubet. Dum autem eam ipso maledicto liberat quo flere mulier jussa erat, magnorum vult bonorum esse prænuntiam, et reditum in cœlos discipulis evangelizare præcipit, ut quemadmodum prima omnium mulier diaboli vocibus obsecuta condemnata est, et per illam mulierum genus universum, sic etiam hæc Servatoris nostri sermonibus obtemperans, et quæ ad vitam æternam conducunt renuntians, universum feminarum genus crimine liberaret. Dat itaque Mariæ Dominus ut non ultra fleat, nec animum dolori subjiciat, atque ut speciosos nanciscatur pedes. Nam juxta prophetæ vocem: « Quam speciosi pedes evangelizantium bona [2]! » Etenim prima illa speciosis pedibus carebat, quippe quæ nihil boni nuntiabat, dum primo parenti violare divinum mandatum consuluit. Admirabilem porro exstitisse Mariam vel hinc intelliges: digna quippe habita est cujus mentionem propheta fecerit. Quid enim de ea scripsit et mulieribus ejus comitibus, quæ sanctis discipulis resurrectionem nuntiarunt? « Accedite, mulieres, quæ a spectaculo venitis. Non est enim populus intelligentiam habens [3]. » Has enim Christi vere amantes mulieres divinum oraculum his verbis propemodum hortatur ocius accurrere, ut quorum spectatrices fuerint, hæc renuntient. Stultitiam vero Judæorum condemnat, qui sermonem quoque ipsum de Servatoris nostri Christi resurrectione derident. Jam vero tametsi sapiens Joannes, cum aliæ quoque adessent mulieres (nam aliis evangelistis idipsum placet), solius Mariæ mentionem fecerit, non tamen inter se dissentire sanctorum scripta comperiemus. Videtur enim Joannes Mariæ Magdalenes mentionem duntaxat egisse, utpote quæ ardentiori studio Christum diligeret, ac prior ad monumentum venisset, **1088** omniaque loca circumlustrasset, ut corpus indagaret. Existimabat enim revera translatum esse Dominum. Solent autem fere ducibus attribui rerum et consiliorum eventus, licet eorum adjutores et consortes habeant.

[1] Gen. III, 16. [2] Isa. LII, 7. [3] Isa. XXVII, 11.

Quare Servator in honorem et gloriam perpetuam Mariæ dedit ut fratribus hæc nuntiaret: « Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. » Tu vero cape mihi rursus altum hoc et magnum mysterium, nec a recta divinorum dogmatum regula mentem tuam excidere patiaris. Audis ut nostri simile factum sit unigenitum Dei Verbum, ut et nos ei similes essemus, quoad assequi natura potest, et quantum ad gratiæ, ut ita dicam, instaurationem pertinet. Humiliavit enim semetipsum, ut ad suam celsitudinem quod humile est natura sua revocaret, ac servi formam gestavit [4], quamvis secundum naturam suam Dominus sit ac Filius, ut servos natura in adoptionis gloriam juxta similitudinem suam transferret [5]. Ut ergo nostri similis factus, id est homo, ut et nos ei similes, hoc est dii et filii simus [6], in se quidem nostra peculiariter suscipit, suaque nobis retribuit. Quonam autem modo, jure utique percontaberis. Dicam igitur ut potero. Primum quidem, cum natura et ordine servi simus (Creatori enim creaturæ serviunt [7]), suos tamen fratres appellat, et communem Patrem cum sibi tum nobis Deum nominat: nostra vero propter similitudinem quam habet nobiscum sibi assumens, nostrum Deum suum Deum vocavit, quamvis secundum naturam sit Filius, ut quemadmodum nos ad supernaturalem dignitatem per similitudinem cum eo evehimur: nec enim filii Dei sumus per naturám, quamvis filii Dei vocati fuerimus: clamat enim in nobis per suum Spiritum: « Abba, Pater [8]: » sic etiam ipse, quia nostram formam assumpsit (factus enim homo est, secundum Scripturas [9]): Deum habeat Deum, quamvis Deus exsistat de Deo secundum naturam, ac verus. Noli ergo scandalizari, quamvis audias suum Deum vocare Deum, sed studiose potius considera, et observa prudenter dicti hujus rationem: suum enim Patrem ait esse Deum, et Deum nostrum, rem utrobique veram dicens. Natura enim et veritate Christi Pater est universi Deus, non continuo tamen noster secundum naturam Pater, sed Deus potius, ut creator, ac Dominus: **1089** sed seipsum nobis quodammodo accensens Filius dignitatem sibi ipsi proprie ac peculiariter insitam nostræ naturæ largitur, Patrem communem suum genitorem nominans. Quod autem nostræ naturæ inest in se rursus suscipit propter similitudinem quam habet nobiscum. Deum suum etenim suum Patrem nominat, nolens dehonestare illam quam nobiscum habet similitudinem, propter suam erga homines clementiam atque bonitatem. Si ergo præ inscitia hanc vocem carpere velis, et intolerandum tibi esse videatur quod Dominus Deum suum Patrem ac Deum esse dicat, dispensationem propter te factam stulte reprehendes, cumque gratias agere debeas, benefactorem tuum injuria afficies, et dilectionis qua

A εἴς γε τὸ ἰδεῖν τὸ μνημεῖον, καὶ τὸ ἐν τῷ κήπῳ γενέσθαι, καὶ πάντα τόπον περινοστεῖν τῷ μνημείῳ γείτονα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ζήτησιν. Ὤετο γὰρ ἀληθῶς μετατεθεῖσθαι τὸν Κύριον. Ἐπιγράφεται δέ πως ἀεὶ τοῖς ἡγουμένοις μάλιστα καὶ βουλῆς καὶ πράγματος τὰ τῶν ἐκβάσεων τέλη, κἂν ἕτεροί τινες εἶεν οἱ συσκεπτόμενοι καὶ συμπράττοντες. Οὐκοῦν εἰς τιμὴν καὶ δόξαν, καὶ εἰς καύχημα διηνεκὲς ἐχαρίζετο τῇ Μαριὰμ ὁ Σωτὴρ τὸ εὐαγγελίσασθαι τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι « Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Σὺ δέ μοι πάλιν τὸ βαθὺ δὴ τοῦτο καὶ μέγα δέχου μυστήριον, τῆς τῶν θείων δογμάτων ὀρθότητος τὸν κανόνα διαπηδᾷν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν οὐκ ἐφιείς. Ἀκούεις ὅπως γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ
B Θεοῦ Λόγος, ἵνα καὶ ἡμεῖς κατ' αὐτὸν, κατά γε τὸ ἐφικτὸν τῇ φύσει, καὶ ὅσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς τὸν διὰ τῆς χάριτος ἀνακαινισμόν; Τεταπείνωκε γὰρ ἑαυτὸν, ἵνα πρὸς τὸ ἴδιον ὕψος ἀναγάγῃ τὸ ταπεινὸν κατὰ φύσιν, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν πεφόρεκε, καίτοι κατὰ φύσιν Κύριός τε ὑπάρχων καὶ Υἱὸς, ἵνα τὸ τῇ φύσει δοῦλον εἰς τὴν τῆς υἱοθεσίας μετακομίσῃ δόξαν, καθ' ὁμοιότητα τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὡς πρὸς αὐτόν. Ὡς οὖν καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ἡμεῖς κατ' αὐτὸν [γενώμεθα], φημὶ δὴ θεοὶ καὶ υἱοὶ, δέχεται μὲν εἰς ἑαυτὸν τὰ ἡμῶν ἰδικῶς, ἀντιδίδωσι δὲ ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πῶς, ἢ τίνα τρόπον, ἐρέσθαι δὴ πάντως θελήσεις εὐλόγως. Οὐκοῦν ἐρῶ κατὰ δύναμιν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν οἰκετῶν ὄντας
C τάξει τε καὶ φύσει (δοῦλα γὰρ τοῦ ποιητοῦ τὰ ποιήματα) καλεῖ μὲν ἰδίους ἀδελφοὺς, Πατέρα δὲ κοινὸν ἑαυτοῦ τε καὶ ἡμῶν ὀνομάζει τὸν Θεόν· οἰκειούμενος δὲ διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν τὰ ἀνθρώπινα, Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν ἡμῶν ἐκάλεσε Θεὸν, καίπερ ὢν Υἱὸς κατὰ φύσιν, ἵν' ὥσπερ ἡμεῖς εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀξίωμα διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοιώσεως ἀναβαίνομεν· οὐ γὰρ ὄντες υἱοὶ κατὰ φύσιν, υἱοὶ κεκλήμεθα Θεοῦ· κράζει γὰρ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ ἰδίου Πνεύματος· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ· » οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπείπερ τὴν ἡμετέραν ἐδέξατο μόρφωσιν (γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, κατὰ τὰς Γραφάς), Θεὸν ἔχῃ τὸν Θεὸν, καίτοι Θεὸς ὑπάρχων ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινός. Μὴ τοίνυν σκανδαλισθῇς, κἂν ἀκούσῃς ὅτι Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἀποκαλεῖ, περιάθρει δὲ μᾶλλον ὡς
D φιλομαθὴς, καὶ περισκέπτου φρονίμως τοῦ λόγου τὴν ἀκρίβειαν· ἑαυτοῦ μὲν γὰρ Πατέρα φησὶν εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ ἡμῶν δὲ Θεὸν, πρᾶγμα λέγων καθ' ἑκάτερον ἀληθές. Φύσει μὲν γὰρ καὶ ἀληθείᾳ Πατὴρ ἐστι τοῦ Χριστοῦ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἡμῶν δὲ οὐκέτι κατὰ φύσιν Πατὴρ, Θεὸς δὲ μᾶλλον, ὡς ποιητὴς, καὶ Κύριος· ἀλλ' ἑαυτὸν ἡμῖν οἱονεί πως ἀνακρίνας ὁ Υἱὸς, τὸ μὲν ἑαυτῷ κυρίως τε καὶ ἰδικῶς ὑπάρχων [γρ. ὑπάρχον] ἀξίωμα τῇ ἡμετέρα χαρίζεται φύσει, Πατέρα κοινὸν ὀνομάζων τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα· τὸ δὲ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει προσπεφυκὸς δέχεται πάλιν εἰς ἑαυτὸν, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. Θεὸν γὰρ ἑαυτοῦ τὸν ἴδιον ὀνομάζει Πατέρα, οὐ θελήσας

[4] Philipp. II, 6, 7. [5] Galat. IV, 4, 5. [6] Joan. X, 34; I Joan. III, 1. [7] Psal. CXVIII, 91. [8] Rom. VIII, 15. [9] Joan. I, 14.

ἀτιμάσαι τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ φιλανθρωπίαν τε καὶ ἡμερότητα. Ἂν τοίνυν ἐξ ἀμαθείας ἐγκαλεῖν ἐθελήσῃς τῇ τοιαύτῃ φωνῇ, καὶ ἀφόρητόν πως εἶναί σοι δοκῇ τὸ φάναι τὸν Κύριον Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν, αἰτιάσῃ παραφρόνως τὴν διὰ σὲ γενομένην οἰκονομίαν, καὶ δέον εὐχαριστεῖν, ἀτιμάσεις τὸν εὐεργέτην, καὶ τῆς ἀγαπήσεως τῆς εἰς ἡμᾶς γενομένης τὸν τρόπον, ἀσυνέτως διαβαλεῖς. Εἰ γὰρ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ διὰ σὲ γενόμενος ἄνθρωπος, τῆς σῆς, ὦ οὗτος, ἐστὶ τὸ ἔγκλημα ταπεινότητος· τῷ δὲ καὶ τοῦτο παθεῖν ἑλομένῳ διὰ σὲ μέγα τε καὶ ἐξαίσιον ὀφείλεται θαῦμα. Καταπλήττομαι δὲ, ὅτι κένωσιν ὅλως ἀκούων (κεκένωκε γὰρ ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς), οὐ λογίζῃ τὴν πλήρωσιν, καὶ ταπείνωσιν βλέπων, τὸ ὕψος οὐκ ἐννοεῖς. Κεκένωται γὰρ πῶς, εἰ μὴ τέλειον ἐννοεῖς ὑπάρχειν, ὡς Θεόν; Τεταπείνωται δὲ κατὰ τίνα τρόπον, εἰ μὴ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως αὐτοῦ λογίζῃ τὰ ὑψώματα; Οὐκοῦν πλήρης ὑπάρχων καὶ παντέλειος, ὡς Θεὸς, κεκένωται διὰ σὲ, πρὸς τὴν σὴν ἑαυτὸν κατακομίσας ὁμοίωσιν, καὶ ὑψηλὸς ὑπάρχων, ὡς Υἱὸς, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, ἐπείπερ γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ τῶν ὑψωμάτων τῆς θείας δόξης τοσοῦτον ἡττώμενος, ὅσον οἶδεν ἡ φύσις. Ὅτε τοίνυν ἐν ταυτῷ τέ ἐστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὑψηλὸς μὲν διὰ τὸν φύσαντα (Θεὸς γάρ ἐστιν ἐκ Θεοῦ, καὶ Υἱὸς ἐκ Πατρὸς ἀληθῶς), ταπεινὸς δὲ δι' ἡμᾶς (ἄνθρωπος γὰρ καθ' ἡμᾶς γέγονε δι' ἡμᾶς), ἀτάραχον ἔχε τὸν νοῦν, ὅταν ἀκούσῃς λέγοντος· « Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Πρέποι γὰρ ἂν καὶ μάλα εἰκότως, ὡς Θεῷ μὲν καὶ Υἱῷ κατὰ φύσιν Πατέρα καλεῖν τὸν γεννήτορα, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ καθ' ἡμᾶς, Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάζειν.

A nos prosequitur modum stulte criminaberis. Si enim humiliavit semetipsum ignominia contempta [10], et propter te factus homo, tuæ humilitatis, o quisquis es, crimen istud est : ei vero qui propter te istud pati voluerit, magna et stupenda prorsus admiratio debetur. Vehementer autem miror quod, cum inanitionem audis (exinanivit enim semetipsum propter nos [11]), plenitudinis tibi cogitatio non subeat, et cum humiliationem vides, altitudinem mente non reputes. Quomodo enim humiliatus est, nisi perfectum esse cogites, utpote Deum? Aut quomodo humiliatus est, nisi ineffabilis ejus naturæ sublimitatem concipias? Quapropter plenissimus cum esset ac perfectissimus, ut Deus, exinanitus est propter te, ad tuam se demittens similitudinem, B et cum excelsus sit, ut Filius, et ex ipsa Patris substantia, humiliavit seipsum, quia factus est homo, qui a divinæ gloriæ sublimitate tantum abest quantum natura novit. Cum ergo Deus idem sit ac homo, altus quidem propter genitorem (Deus enim est de Deo, et ex Patre vere Filius), humilis autem propter nos (homo enim sicuti nos factus est propter nos), cave ne turberis animo cum dicentem audies : « Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum. » Ei quippe ut Deo quidem ac Filio secundum naturam convenit Patrem vocare genitorem, sed ut homini nostri simili Deum suum Deum nominare.

Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

C XX, 18. *Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, quia Vidi Dominum, et hæc dixit mihi.*

Θεραπεύεται τὸ νενοσηκὸς μάλιστα γένος, φημὶ δὴ τὸ θηλειῶν, διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φιλανθρωπίας, ἀνακεφαλαιουμένου τρόπον τινὰ τὴν τῶν καθ' ἡμᾶς ἀῤῥωστημάτων ἀρχὴν, καὶ μετατιθέντος τοῖς δευτέροις ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Ἀπαγγέλλει γὰρ ἡ Μαριὰμ, ὅτι καὶ θεάσαιτο τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ διαφυγόντα τὸν Κύριον, καὶ τίνα λέγοντος ἤκουσε, διεκόμισέ τε τοῖς μαθηταῖς τοὺς τῆς ζωῆς λόγους, καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων τὰς ἀπαρχάς.

Curatur ægrotum maxime mulierum genus Servatoris nostri misericordia qui **1090** morborum nostrorum quodammodo instaurat initium, ac transfert in melius. Renuntiat enim Maria sibi visum esse Dominum mortis vinculis exsolutum, et quænam eum loquentem audierit, ac discipulis verba vitæ divinorumque Evangeliorum primitias pertulit.

Οὔσης οὖν ὀψίας, τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ.

XX, 19, 20. *Cum ergo sero esset die illo, una Sabbatorum, et fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus,* D *et stetit in medio, et dicit eis : Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus.*

Κατ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ὤφθη τε καὶ διείλεχται τῇ Μαριὰμ, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἐπέλαμψε μαθηταῖς, τὰς τῶν ἀνοσίων Ἰουδαίων ἀφορήτους καταδρομὰς καταπεφρικόσι, καὶ εἰς οἶκόν τινα διὰ τοῦτο συγκεκομισμένοις. Οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀμοιρῆσαί ποτε τοῦ πρέποντος λογισμοῦ τοὺς οὕτω

Ipsa illa die qua visus est Mariæ, eamque allocutus est, sanctis etiam ipsis discipulis apparuit, impiorum Judæorum metu in unam domum congregatis. Nec enim probabile est eos recta ratione caruisse, ita præsertim edoctos, et eorum furorem a quibus ad cædem quærebantur fugere sæpe jussos.

[10] Philipp. II, 8. [11] Ibid. 7.

Eis autem inopinato apparet. Obseratis enim, ut ait, foribus, in medio stetit Christus ineffabili quadam virtute, Deoque convenienti supra rerum ordinem omnemque rationem humanam. Nemo enim dicat : Quomodo, quæso, in crasso corpore cum esset Dominus, nullo tamen negotio, tametsi januæ clausæ essent, penetravit ? Sed apud se cogitet potius divinum evangelistam haudquaquam hæc de aliquo nostri simili dicere, sed de eo potius qui Deo ac Patri assidet atque omnia quæcunque vult facit. Oportebat enim, cum Deus secundum naturam suam sit ac verus, nequaquam subjacere rerum ordini, sicuti res ab ipso creatæ, sed necessitati ipsi, et omnium quæ aguntur rationi dominari. Alioqui enim quo pacto mare pedibus suis subjiceret fluctusque sicco pede tranaret ? neque enim nostris corporibus aquæ substernuntur. Aut quomodo alia miracula virtute Deo convenienti ederet ? Næ, inquies, illa rationem excedunt. Illis ergo istud quoque annumera, nec tamen, ut aliquibus præ levitate animi placuit, **1091** existimes idcirco non esse cum hoc corpore Dominum excitatum, sed carne nudum, et templo quod assumpserat penitus destitutum. Nam si vim naturæ ineffabilis animo capere non potes, quidni potius adversus humanam infirmitatem vociferaris? Istud enim sapientius esse arbitror. Atqui silentio tegis tibi præstitutam a Creatore conditionem; repudiata vero quodammodo omni sapientia, magnum incarnationis mysterium violas, in quo spem omnem habemus. Revocentur enim in memoriam ista Pauli : « Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Si vero Christus non resurrexit, vana est fides vestra, et estis adhuc in peccatis vestris [12]. » Præterea : « Invenimur autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt [13]. » Quid enim, quæso, suscitatum dicitur, nisi quod cecidit? aut quid resurrexit, nisi quod in mortem lapsum est? Quomodo vero nos resurrectionem exspectabimus, si templum suum non suscitavit Christus, mortuorum primitias [14] et primogenitum dormientium [15] seipsum pro nobis constituens? Aut quomodo corruptibile hoc incorruptionem induet, si, quemadmodum nonnulli putant, prorsus interibit? Quomodo enim id ei non eveniet, cum resurgendi spem nullam habeat ? Cave ergo ne a recta fide excidas ex eo quod res opinione tua major est, sed aliis hoc quoque prudenter adjungito. Vide enim quo pacto januis clausis mirabiliter penetrando rursus ostenderit Deum se esse secundum naturam, nec alium ab illo qui una cum eis antea versabatur : denudando vero latus ipsum corporis, et clavorum notas ostendendo, manifeste demonstraverit templum quod in ipsa cruce pependerat, et quod gestaverat corpus a se excitatum, destructa

A πεπαιδευμένους, καὶ τὰς τῶν φονώντων ὀργὰς διαδιδράσκειν ἐπείγεσθαι κεκελευσμένους πολλάκις. Ἐπιφαίνεται δὲ παραδόξως αὐτοῖς. Κεκλεισμένων γάρ, ὥς φησι, τῶν θυρῶν, ἀδοκήτως εἰς μέσον ἔστη Χριστὸς, ἀφάτῳ τινὶ δυνάμει, καὶ θεοπρεπεῖ καὶ τὰς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας ὑπεριπτάμενος, καὶ τοῦ τοῖς δρωμένοις πρέποντος λογισμοῦ τε καὶ σχήματος ἀμείνων ἀναδεικνύμενος. Μὴ γὰρ δή τις λεγέτω· Πῶς ἐν σώματι τῷ παχεῖ τυγχάνων ὁ Κύριος, ἀδιακωλύτως εἰσήλασε; καίτοι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων; Ἐννοείτω δὲ μᾶλλον, ὡς οὐ περί τινος τῶν καθ' ἡμᾶς τὰ τοιαῦτά φησιν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστής· περὶ αὐτοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ συνεδρεύοντος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ πάντα δρῶντος εὐκόλως ὅσαπερ ἂν βούλοιτο. Ἔδει γάρ, ἔδει Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν, καὶ B ἀληθινὸν, μὴ ταῖς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαις ὑποκεῖσθαι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ γεγονότα, κατεξουσιάζειν δὲ μᾶλλον καὶ ἀνάγκης αὐτῆς καὶ λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος, καὶ πρεπωδεστάτου τῶν τελουμένων ἑκάστῳ. Ἐπεὶ κατὰ τίνα τρόπον θάλασσαν μὲν τοῖς ἰδίοις ὑπετίθει ποσὶ, διέθει δὲ καθάπερ ἐπὶ ξηρᾶς τοῦ κύματος, καίτοι τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὴν ἐφ' ὕδασιν ὁδὸν οὐκ ἐχόντων ὑπεστρωμένην· ἢ πῶς τὰς ἑτέρας ἐπλήρου θαυματουργίας ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ; Ἀλλ' ἐκεῖνα δὴ, πάντως ἐρεῖς, ὑπὲρ λόγον. Οὐκοῦν τίθει μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο, καὶ μὴ, καθάπερ ἔδοξέ τισιν ἐκ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἐλαφρίας συνηρπασμένοις ἐπὶ τὸ βούλεσθαι φρονεῖν ἅπερ ἥκιστα C χρῆν, οἰηθῇς διὰ τοῦτο μὴ μετὰ τοῦδε τοῦ σώματος ἐγηγέρθαι τὸν Κύριον, γυμνὸν δὲ σαρκὸς, καὶ ἀσύμπλοκον παντελῶς τοῦ ληφθέντος ναοῦ. Εἰ γὰρ μὴ δύνασθαι [γρ. δύνασαι] νοεῖν τῆς ἀῤῥήτου φύσεως τὴν ἐνέργειαν, τί μὴ μᾶλλον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας καταβοᾷς; Τοῦτο γὰρ εἶναί φημι καὶ σοφώτερον. Εἶτα στέργεις [γρ. στέγεις] σιωπῇ τὸ διορισθέν σοι μέτρον παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ, ἀποσειόμενος δὲ ὥσπερ τὸν σώφρονα λογισμὸν, ἀδικεῖς τὸ μέγα τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, ἐφ' ᾧ πᾶσαν ἔχομεν τὴν ἐλπίδα. Διαμεμνήσθω γάρ τις βοῶντος τοῦ Παύλου· « Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. » Εἶτα πάλιν· « Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ D Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. » Τί γὰρ ὅλως τὸ ἐγερθὲν, εἰ μὴ τὸ πεσὸν, ἢ τί τὸ ἀναστὰν, εἰ μὴ τὸ κεκλιμένον εἰς θάνατον; Πῶς δὲ ἡμεῖς προσδοκήσομεν τὴν ἀνάστασιν, εἰ μὴ τὸν οἰκεῖον ἤγειρε ναὸν ὁ Χριστὸς, ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων καὶ πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν καθιστάς; Ἢ πῶς ἐνδύσεται τὸ φθαρτὸν τοῦτο τὴν ἀφθαρσίαν, εἰ καθάπερ οἴονταί τινες εἰς ἀπώλειαν παντελῆ κατοιχήσεται; Πῶς γὰρ οὐ τοῦτο πείσεται, μηδεμίαν ἔχον εἰς ἀναβίωσιν τὴν ἐλπίδα; Μὴ τοίνυν τὴν ἐν τῷ πιστεύειν ὀρθότητα ζημιωθῇς διὰ τὸ παραδόξως τετελεσμένον, προστίθει δὲ

[12] I Cor. xv, 16, 17. [13] Ibid. 15. [14] Ibid. 20. [15] Coloss. i, 18.

τοῖς ἑτέροις θαύμασι καὶ τοῦτο σωφρόνως. Ἄθρει γὰρ ὅπως διὰ μὲν τοῦ παραδόξως εἰσελάσαι κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, δέδειχε πάλιν ὅτι Θεός ἐστι κατὰ φύσιν, καὶ οὐχ ἕτερος παρ' ἐκεῖνον τὸν αὐτοῖς καὶ πάλαι συνδιαιτώμενον. Διὰ δὲ τοῦ καὶ αὐτὴν ἀπογυμνῶσαι τοῦ σώματος τὴν πλευρὰν, καὶ τοὺς τύπους ἐπιδεῖξαι τῶν ἥλων, πεπληροφόρηκεν ἐμφανῶς ὅτι τὸν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ κεκρεμασμένον ἤγειρε ναὸν, καὶ ὅπερ πεφόρεκε σῶμα, τοῦτο πάλιν ἀνέστησε, καταργήσας δηλονότι τὸν τῇ σαρκὶ πρέποντα θάνατον, ἐπείπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν ζωὴ καὶ Θεός. Ἐπεὶ τίς ἡ χρεία τῆς τῶν χειρῶν καὶ τῆς πλευρᾶς ἐπιδείξεως, εἴπερ ὅλως κατὰ τὴν τινων ἀδελτηρίαν, οὐ μετὰ τῆς ἰδίας ἐγήγερται σαρκός; Εἰ γὰρ ἕτερόν τι περὶ αὐτοῦ φρονεῖν ἠθέλησε τοὺς μαθητὰς, τί μὴ μᾶλλον αὐτοῖς ἐν ἑτέρῳ διεφαίνετο σχήματι, καὶ τὸ τῆς σαρκὸς ἀτιμάσας εἶδος, πρὸς ἑτεροίας αὐτοὺς ἐννοίας ἐκάλει; Νυνὶ δὲ τοσούτων [γρ. τοσοῦτον] ὁρᾶται πεφροντικὼς τοῦ χρῆναι πιστεύειν ἔσεσθαι τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν, ὥστε καὶ καιροῦ καλοῦντος ἤδη μετασκευάζειν εἰς δόξαν ἄῤῥητόν τινα καὶ ὑπερφυᾶ τὸ ἴδιον σῶμα, φαίνεσθαι πάλιν ὅπερ ἦν συγκεχώρηκεν οἰκονομικῶς, ἵνα μὴ ἕτερον ἔχων παρ' ἐκεῖνο νομίζηται ἐν ᾧ καὶ πέπονθε τὸν ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατον. Ὅτι γὰρ οὐχ ἂν ἐγένετο φορητὴ τοῖς ἡμετέροις ὄμμασιν ἡ τοῦ ἁγίου σώματος δόξα, εἴπερ αὐτὴν ἐξαπλοῦν ἠβουλήθη Χριστὸς, καὶ πρὶν ἀναβῆναι πρὸς τὸν Πατέρα, συνήσεις εὐκόλως, τὸν ἐν τῷ ὄρει ποτὲ παραδειχθέντα τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς μετασχηματισμὸν ἐνθυμούμενος. Γράφει γὰρ ὁ μακάριος Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι παραλαβὼν ποτε Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡσεὶ χιὼν, οἱ δὲ τὴν θέαν οὐκ ἐνεγκόντες πεπτώκασιν. Οἰκονομικώτατα τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὔπω πρὸς δόξαν τὴν αὐτῷ χρεωστουμένην καὶ πρέπουσαν τὸν οἰκεῖον μεταστοιχειώσας ναὸν, ἐν τοῖς πρώτοις ἔτι διεφαίνετο σχήμασι, τὴν τῆς ἀναστάσεως πίστιν οὐκ ἐφ' ἕτερόν τι σχῆμα καὶ σῶμα μετακομίζεσθαι θέλων, ἢ εἰς ὅπερ ἔλαβεν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, ἐν ᾧ καὶ σταυρωθεὶς ἀπέθανε, κατὰ τὰς Γραφὰς, τῆς τοῦ θανάτου δυνάμεως κατὰ μόνης τρεχούσης τῆς σαρκὸς, ἐξ ἧς καὶ ἀπελήλαται. Εἰ γὰρ μὴ ἀνέστη τὸ τεθνηκὸς αὐτοῦ σῶμα, ποῖος νενίκηται θάνατος; Ποῦ δὲ ἠτόνησε τὸ τῆς φθορᾶς κράτος, οὐ δι' ἑνὸς ἀποθανόντος τῶν λογικῶν κτισμάτων; οὐ ψυχῆς, οὐκ ἀγγέλου, μήτι γε καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου; Ὅτε τοίνυν περὶ μόνον τὸ φθείρεσθαι πεφυκὸς τὸ τοῦ θανάτου γίνεται κράτος, περὶ αὐτὸ δὴ πάντως καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως δύναμις νοοῖτ' ἂν εἰκότως, ἵνα καὶ ἡ τοῦ τυραννήσαντος παραλύηται δύναμις. Τὸ δὲ εἰσελθεῖν τῶν θυρῶν κεκλεισμένων τὸν Κύριον, τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ σημείοις συντετάξεται παρά γε τοῖς σώφροσι. Κατασπάζεται δὲ τοὺς ἁγίους μαθητάς· « Εἰρήνη γὰρ ὑμῖν, » φησὶν, ἑαυτὸν εἶναι λέγων τὴν εἰρήνην. Οἷς γὰρ ἂν παρείη Χριστὸς, τούτοις ἕψεται δὴ πάντως καὶ τὸ ἐν ἀταράχῳ διατηρεῖσθαι πνεύματι. Ὃ δὴ καὶ Παῦλος ὑπάρξαι παρὰ Θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πι-

nimirum morte carnis, quandoquidem vita est secundum naturam, ac Deus. Nam quid opus erat alioquin manus ac latus ostendere, sicut stulte nonnulli sentiunt, cum sua carne non resurrexit? Si enim de se aliquid aliud sentire discipulos voluisset, quidni potius eis in alia forma apparebat, et carnis contempta specie, ad alias cogitationes eos vocabat? Nunc vero tantæ ei curæ fuisse videtur futuræ resurrectionis carnis fidem facere, ut cum jam tempus esset corporis sui in gloriam quamdam ineffabilem ac supernaturalem **1092** transferendi, divina tamen dispensatione quale prius erat apparere voluerit, ne aliud ab illo corpus habere putaretur, in quo et mortem in cruce pertulit. Quod enim oculi nostri sancti corporis gloriam ferre non possent, si vel priusquam ad Patrem ascenderet Christus eam explicare voluisset, facile intelliges, si transfigurationem quæ in monte olim sanctis discipulis exhibita est in animum revocaveris. Scribit enim beatus Matthæus evangelista Christum, Petro, Jacobo et Joanne secum assumptis, in montem ascendisse, et transfiguratum esse coram eis, et resplenduisse faciem ejus sicut fulgur, et vestimenta ejus facta fuisse alba instar nivis: eos autem visionem cum ferre non possent, in faciem cecidisse [16]. Singulari itaque consilio Dominus noster Jesus Christus, nondum ad gloriam sibi debitam atque convenientem suo templo transfigurato in priori adhuc forma apparebat, resurrectionis fidem nolens in aliam formam et corpus transferri quam illud quod sumpsit ex sancta Virgine, in quo etiam mortuus est crucifixus, secundum Scripturas, cum mors in solam carnem potestatem haberet, ex qua etiam depulsa est. Nam si mortuum ejus corpus non surrexit, quænam victa mors est? Aut quomodo cessasset corruptionis imperium, nisi per rationalium creaturarum unam quæ mortua sit? Non enim per animam, non per angelum, neque adeo per ipsum Dei Verbum. Cum ergo mors tantum in illud potestatem obtineat quod natura sua corrumpi potest, erga illud ipsum utique resurrectionis quoque vis versari jure merito censebitur ut tyrannica ejus potestas evertatur. Quod autem januis clausis Dominus ingressus est, inter alia ejus miracula quicunque sanus est numerabit. Salutat vero discipulos his verbis: « Pax vobis, » seipsum pacem esse dicens. Quibus enim Christus adest, omnino sequitur ut tranquillo ac sedato sint spiritu. Quod certe Paulus fidelibus optabat dicens: « Pax Christi quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras [17]: » pacem Christi omnem sensum exsuperantem aliam non esse dicens ab ejus Spiritu, cujus si quis sit particeps omni bono replebitur.

[16] Matth. XVII, 1-7. [17] Philipp. IV, 7.

στεύουσιν ἐπηύχετο λέγων · « Ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν · » εἰρήνην Χριστοῦ τὴν ἐπέκεινα νοῦ παντὸς, οὐχ ἑτέραν εἶναι λέγων παρὰ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, οὗπερ εἴ τις μετάσχοι, παντὸς ἀνάπλεως ἔσται καλοῦ.

XX, 19. *Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino.* A

1093 Vera esse verba Servatoris his rursus beatus evangelista confirmat, lætitia et gaudio repletos esse discipulos inquiens, quia viderant Jesum. Meminimus enim quod, cum ænigmatice de sancta cruce et resurrectione verba faceret: « Modicum, aiebat, et jam non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me. Et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis [18]. » Gaudebant enim summa dementia pleni Judæi cum Jesum cruci affixum cernerent; ingenti vero et intolerabili dolore sanctorum discipulorum cor premebatur. Sed cum vita sit secundum naturam, destructo mortis imperio revixit [19], et Judæorum quidem exstinctum est gaudium, sanctis B autem apostolis versus est luctus in gaudium, ac perpetuum et æternum animi gaudium germinavit. Non enim Christus morietur amplius semel mortuus in destructionem peccati, sicut scriptum est [20]. Nam cum vivat semper et exsistat, perpetuum videlicet credentibus in se gaudium servabit. Porro salutabat discipulos, familiaribus ad eos vocibus usus, « Pax vobis, » legem veluti quamdam inde statuens Ecclesiæ filiis. Quo fit ut in sanctis potissimum synaxibus circa ipsa mysterii initia hoc invicem dicamus. Pacem quippe inter nos Deumque colere fons quidam et initium omnis boni censeri debet. Quare Paulus optima quæque precans vocatis ad fidem: « Gratia vobis, et pax, inquit, a Deo Patre nostro et Domino Jesu C Christo [21]. » Rursus autem ad pacem cum Deo ineundam exhortans eos qui nondum crediderant: « Pro Christo, inquit, legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo [22]. » Nec minus nos excitat Isaias propheta, clamans: « Faciamus pacem illi, faciamus pacem, venientes [23]. » Vis ergo et ratio salutationis hujus largitori pacis convenit, imo vero paci omnium, id est Christo: « Ipse enim est pax nostra, » secundum Scripturas [24].

Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον.

Τοῖς τοῦ Σωτῆρος ῥήμασιν ἐπιμαρτυρεῖ τὴν ἀλήθειαν κἀν τούτῳ δὴ πάλιν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς, θυμηδίας καὶ χαρᾶς ἀναπεπλῆσθαι λέγων τοὺς μαθητὰς, ἐπείπερ εἶδον τὸν Ἰησοῦν. Μεμνήμεθα γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς αἰνιγματωδῶς τοὺς περὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐξυφαίνων λόγους· « Μικρὸν, ἔφη, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς ἀρεῖ ἀφ' ὑμῶν. » Ἔχαιρον μὲν γὰρ οἱ πάσης ἀποπληξίας τὸν νοῦν ἀνάμεστον ἔχοντες Ἰουδαῖοι, σταυρῷ προσηλούμενον βλέποντες τὸν Ἰησοῦν. Λύπη δὲ ἀκράτῳ καὶ δυσαχθεστάτῃ κατεφορτίζετο τῶν ἁγίων μαθητῶν ἡ καρδία. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν ζωὴ, καταλύσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἀνεβίω πάλιν, καὶ ἡ μὲν τῶν Ἰουδαίων ἀπέσβη χαρὰ, τοῖς γε μὴν ἁγίοις ἀποστόλοις μετακεχώρηκε μὲν ὁ κοπετὸς εἰς χαρὰν, ἀναπόβλητος δὲ παντελῶς καὶ ἀναφαίρετος ἀνεβλάστησε θυμηδία. Τεθνήξεται γὰρ οὐκέτι Χριστὸς, ἅπαξ ἀποθανὼν, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, καθὰ γέγραπται. Ζῶν ἀεὶ καὶ ὑπάρχων, ἀτελεύτητον δῆλον ὅτι τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτῷ διατηρήσει τὸ χαίρειν. Κατασπάζεται δὲ πάλιν, τὸ σύνηθες ἐκεῖνο λέγων, τοῦτ' ἔστιν, « Εἰρήνη ὑμῖν, » νόμον ὥσπερ τινὰ καὶ τὸν ἐπὶ τούτῳ τιθεὶς τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τέκνοις. Τοιγάρτοι καὶ ἐν ταῖς ἁγίαις μάλιστα συνόδοις, ἤτοι συνάξεσι, παρ' αὐτὰς τοῦ μυστηρίου τὰς ἀρχὰς, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀλλήλοις φαμέν. Τὸ γὰρ εἰρηνεύειν ἡμᾶς πρός τε ἀλλήλους καὶ Θεὸν, πηγή τις ὥσπερ καὶ ἀρχὴ παντὸς ἂν ὑπάρχειν νοοῖτο καλοῦ. Τοιγάρτοι καὶ Παῦλος τὰ πάντων ὑπάρξαι κάλλιστα τοῖς κεκλημένοις ἐπευχόμενος· « Χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη, φησὶν, ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Προτρέπων δὲ πάλιν εἰς εἰρήνην τὴν ὡς πρὸς Θεὸν τοὺς οὔπω πιστεύσαντας· « Ὑπὲρ Χριστοῦ, φησὶ, πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. » Παραθήγει δὲ οὐδὲν ἧττον ἡμᾶς καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας βοῶν· « Ποιήσωμεν εἰρήνην αὐτῷ, ποιήσωμεν εἰρήνην, οἱ ἐρχόμενοι. » Πρέπουσα τοίνυν ἡ τοῦ λόγου δύναμις τῷ τὴν εἰρήνην βραβεύοντι, μᾶλλον δὲ τῇ πάντων εἰρήνῃ, τοῦτ' ἔστι Χριστῷ· « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, » κατὰ τὰς Γραφάς.

XX, 21. *Dixit ergo eis Jesus iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* D

Ordinavit quidem his verbis Dominus noster Jesus Christus orbis duces atque doctores, ac 1094 divinorum suorum mysteriorum dispensatores [25], quos etiam luminarium instar lucere jam et illustrare jubet non solam duntaxat Judæorum regionem, ad modum præcepti legalis, quæ a Dan adusque Bersabee pertinet, ut scriptum

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς πάλιν· Εἰρήνη ὑμῖν. Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ ζῶν Πατὴρ, κἀγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς.

Κεχειροτόνηκε μὲν ἐν τούτοις ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τοὺς τῆς οἰκουμένης καθηγητάς τε καὶ διδασκάλους, καὶ τῶν θείων αὐτοῦ μυστηρίων οἰκονόμους, οὓς καὶ φωστήρων δίκην ἀναλάμψαι τε ἤδη, καὶ καταυγάσαι κελεύει οὐχὶ μόνην τῶν Ἰουδαίων τὴν χώραν κατὰ τὸ μέτρον τῆς νομικῆς ἐντολῆς διηκούσης ἀπὸ Δὰν καὶ ἕως Βηρσαβεὲ, κατὰ τὸ

[18] Joan. xvi, 16. [19] Hebr. ii, 14. [20] Rom. xi, 9; Hebr. ix, 26. [21] Rom. i, 17. [22] II Cor. iv, 20. [23] Isa. xxvii, 5. [24] Ephes. ii, 14. [25] Ephes. iv, 11; I Cor. iv, 1.

γεγραμμένον, μᾶλλον δὲ τὴν ὑφ' ἡλίῳ σύμπασαν, καὶ τοὺς πανταχόσε κατεσπαρμένους καὶ κατῳκηκότας. Ἀληθὴς οὖν ἄρα λέγων ὁ Παῦλος, ὡς οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος παρὰ τοῦ Θεοῦ. Κέκληκε γὰρ εἰς εὐκλεεστάτην ἀποστολὴν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, καὶ μονονουχὶ σειομένην καὶ πίπτουσαν ὅλην ἔπηξε τὴν γῆν, ἀναδείξας ὡς Θεὸς τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῆς, καὶ τοὺς ἀντερείδειν (1) ἰσχύοντας. Τοιγάρτοι καὶ ἔφη διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς περί τε τῆς γῆς καὶ τῶν ἀποστόλων, ὅτι «Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς.» Στύλοι γὰρ ὥσπερ καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας οἱ μακάριοι γεγόνασι μαθηταὶ, οὓς δὴ καὶ ἀποστεῖλαί φησιν, ὥσπερ αὐτὸν ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ, ὁμοῦ μὲν τῆς ἀποστολῆς τὸ ἀξίωμα δεικνὺς, καὶ τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἐξουσίας τὴν ἀσύγκριτον δόξαν· ἐν ταυτῷ δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ἐπιτηδευμάτων ὑποφαίνων τὴν ὁδόν. Εἰ γὰρ οὕτως ἀποστέλλειν ᾤετο δεῖν αὐτὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, ὥσπερ οὖν αὐτὸν ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ἰδεῖν τοὺς, οἵ γε τῶν ἴσων ἔμελλον ἔσεσθαι μιμηταὶ, τί δὴ καὶ δράσοντα τὸν Υἱὸν ἀπέστειλεν ὁ Πατήρ; Οὐκοῦν τῆς ἰδίας ἀποστολῆς τὸν τρόπον διαφόρως ἡμῖν ἐξηγούμενος, ποτὲ μὲν ἔφασκεν· «Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.» Καὶ πάλιν· «Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.» Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ποτὲ μὲν, ὅτι «Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με·» ποτὲ δὲ πάλιν· «Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.» Ἐν ὀλίγοις τοιγαροῦν τοῖς ῥήμασι τὰ τῆς ἀποστολῆς ἐπιτηδεύματα συνελὼν, οὕτως ἀποστεῖλαί φησιν αὐτοὺς, καθάπερ αὐτὸν ὁ Πατὴρ, ἵν' εἰδεῖεν ἐντεῦθεν, ὡς καλεῖν ὀφείλουσιν ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, θεραπεύειν δὲ τοὺς κακῶς ἔχοντας, σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς, ἐν δὲ ταῖς τῶν πραγμάτων οἰκονομίαις τὸ ἴδιον οὐχὶ πάντως θέλημα ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἀποστείλαντος, σώζειν τε, καθόσον ἐνδέχεται, ταῖς διδασκαλίαις τὸν κόσμον. Καὶ γοῦν διὰ τούτων ἁπάντων διαπρέπειν σπουδάζοντας καὶ αὐτοὺς εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους μαθητὰς, καὶ ὁ τῆς πληροφορίας πόνος οὐ πολὺς τῷ γε ἅπαξ ἐγκύψαντι τῇ τῶν Πράξεων συγγραφῇ, καὶ ταῖς τοῦ ἁγίου Παύλου φωναῖς.

A est [26], sed omnem potius quæcunque sub sole est, et universos per orbem homines ac terræ incolas. Verax igitur est Paulus cum ait neminem sibi sumere honorem, sed qui vocatus sit a Deo [27]. Vocavit enim ad clarissimum apostolatum Dominus noster Jesus Christus præ aliis omnibus suos discipulos, totamque terram propemodum concussam ac labentem firmavit fulcris, ac sustentaculis ejus constitutis. Ideoque voce Psalmistæ de terra et apostolis dictum est: «Ego confirmavi columnas ejus [28].» Columnæ enim et firmamentum veritatis [29] exstiterunt beati discipuli, quos utique se misisse ait sicut a Patre missus est, simul quidem apostolatus dignitatem ostendens, eisque traditæ potestatis gloriam incompa-
B rabilem, simulque, ut videtur, apostolici instituti viam subindicans. Nam si suos ipse discipulos ita mittere debere putabat, sicut eum misit Pater, quomodo necesse non erat ut qui eorumdem imitatores futuri erant, viderent ad quid Pater misit Filium? Quare missionis suæ modum multifariam nobis exponens, modo quidem aiebat: «Non veni vocare justos, sed peccatores, in pœnitentiam [30].» Et rursus: «Non necesse habent sani medico, sed qui male habent [31].» Ad hæc: «Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me [32];» modo rursus: «Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum [33].» Paucis itaque verbis apostolatus instituta comple-
C xus, sic eos a se missos ait, sicut ipse a Patre, ut hinc sibi incumbere scirent vocare peccatores in pœnitentiam, et sanare cum corpore tum spiritu male habentes, et in rerum dispensationibus suam certe voluntatem non quærere, sed ejus a quo missi sunt, et quoad ejus est doctrina sua mundum servare. Quibus omnibus rebus clarere quantopere sancti apostoli studuerint, scire difficile non erit, si vel apostolorum Actus **1095** et sancti Pauli scripta legeris.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

XX, 22, 23. *Hæc cum dixisset, insufflavit, et dicit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quorum re-*
D *miseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.*

Λαμπροὺς ἀποφήνας τῷ μεγάλῳ τῆς ἀποστολῆς ἀξιώματι, καὶ τῶν θείων θυσιαστηρίων, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, οἰκονόμους τε καὶ ἱερουργοὺς ἀναδείξας, ἁγιάζει παραχρῆμα τὸ ἴδιον αὐτοῖς Πνεῦμα διδοὺς δι' ἐμφανοῦς ἐμφυσήματος, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀραρότως πιστεύωμεν ὡς οὐκ ἀλλότριον τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ὁμοούσιον αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ προϊὸν τὸ ἐκ τοῦ Πατρός. Ἔδειξε δὲ ὅτι τοῖς εἰς θείαν

Postquam magna dignitate apostolatus claros effecit, divinorumque altarium, sicuti modo dixi, dispensatores ac sacerdotes constituit, statim eos sanctificat, manifesto insufflatu Spiritum eis largiens, ut et nos firmiter crederemus alienum non esse a Filio Spiritum, sed ei consubstantialem, et per ipsum ex Patre procedentem. Ostendit vero necessario sequi ut detur iis Spiritus qui ad divi-

[26] II Reg. III, 10. [27] Hebr. V, 4. [28] Psal. LXXIV, 4. [29] I Tim. III, 15. [30] Matth. IX, 15. [31] Marc. II, 17. [32] Joan. VI, 38. [33] Joan. III, 17.

(1) Ἀντερείδειν dicuntur lapides qui in opere fornicato medium obtinent, et opus totum continent.

num apostolatum per eum deliguntur. Cur ita? Nempe quod nihil gratum Deo facere, neque peccati laqueis sese expedire possint, nisi virtute ex alto prius induti [34], et in aliud quiddam quam quod erant transformati. Ideoque ad quemdam veterum dictum est: «Insiliet super te Spiritus Domini, et verteris in virum alium [35].» Robur vero mutaturos homines Deo afflatos propheta nobis etiam Isaias promittebat. Sed Paulus sapientissimus plus quam alios quosdam se in apostolatu laborasse referens, statim subjunxit: «Non ego autem, sed gratia Dei mecum [36].» Ad hæc dicimus non intellecturos fuisse Christi mysterium, nec perfectos ejus doctores futuros, nisi Spiritus illustratione ad revelationem eorum quæ mentem et orationem excedunt venissent, qua ad docendum quæ recta sunt evehi possent. Ait enim: «Nemo potest dicere, Dominus Jesus,» juxta Pauli sententiam, «nisi in Spiritu sancto [37].» Quia ergo dicturi erant Dominum Jesum, id est, prædicaturi ut Deum ac Dominum, necessario jam apostolatus dignitati annexam Spiritus gratiam suscipiunt, dante eum Christo, non certe alterius ministerio, sed ex seipso. Nec enim aliter in nos transmeat a Patre, quam per Filium. Vetus itaque et in Litteris posita lex, umbras habens et exemplaria verorum [38], corporalius, ut ita dicam, et rudius res sacras explicari jubebat. Moses itaque beatus, Deo rursus id jubente,
1096 aquis ablui, cum Aaronem ipsum, tum Levitas præcepit [39]. Deinde perfectionis immolato ariete, cruore ejus unxit auriculæ dextræ partem infimam, ut scriptum est [40], tum dextræ manus ac dextri pedis extremum, Christi mysterii typum tanquam in imagine depingens. Nam cum aqua et sanguis ea sint per quæ fiebat sanctificatio, quomodo vel unde dubitari potest quin pulchritudo veritatis in obscurioribus adhuc typis formaretur? Dominus autem noster Jesus Christus in veritatis vim figura legis translata divinorum altarium sacerdotes per seipsum perfecit. Est enim ipse perfectionis aries. Perfecit vero, per veram sanctificationem suæ naturæ participes communicatione Spiritus efficiens, ac veluti refingens naturam hominis ad supernaturalem vim atque gloriam.

te, prandete, » docens nimirum his verbis post A labores ac sudores insumptos in eos qui vocati fuerint ac servati, secum tandem recubituros, juxta Servatoris ipsius vocem, atque una perpetuo futuros, ineffabilibus deliciis eis appositis, spiritalibus nimirum ac divinis, et mentem nostram excedentibus. Christus porro quasi significare vult quod in Psalmis scriptum est : « Labores manuum tuarum manducabis [93]. » Sed enim ipsi sibi non capiunt quod manducent, sed Christus eis potius distribuit, ut rursum velut in typo quodam disceremus Christum etiam tunc temporis fore nobis divinorum donorum largitorem ac distributorem, in quantum Dominus est.

τρόπον, τοὺς τοῖς εὐαγγελικοῖς ἀναπεπεισμένους κηρύγμασιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνειλκύσθη τὸ δίκτυον, ἔφη πάλιν ὁ Κύριος ἡμῶν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς· « Δεῦτε, ἀριστήσατε, » καὶ διὰ τούτου δὲ δῆλον ὅτι διδάσκων, ὅτι μετὰ πόνους καὶ ἱδρῶτας τοὺς ἐπὶ τοῖς κεκλημένοις τε καὶ ἀνασεσωσμένοις, συνανακλιθήσονται πάλιν αὐτῷ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, καὶ συνέσονται διὰ παντὸς, παρακειμένης αὐτοῖς τῆς ἀῤῥήτου τρυφῆς, πνευματικῆς δῆλον ὅτι θείας τε καὶ ὑπὲρ νοῦν τὸν ἡμέτερον. Μόνον δὲ οὐχὶ κατασημᾶναι βούλεται Χριστὸς τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον, ὅτι « Τοὺς καρποὺς τῶν πόνων σου φάγεσαι. » Οὐχ ἑαυτοῖς δὲ λαβόντες ἐσθίουσι, διαδίδωσι δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, ἵνα δὴ πάλιν ὡς ἐν τύπῳ μανθάνωμεν, ὅτιπερ ἔσται καὶ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πάλιν αὐτὸς ὁ Χριστὸς τῶν θείων ἡμῖν χαρισμάτων ὁ χορηγὸς, καὶ τῶν ὠφελεῖν εἰωθότων διανομεὺς, ὡς Κύριος.

XXI, 15-17. *Cum ergo prandissent, dicit Simoni* B *Petro Jesus : Simon Joannis, diligis me plus his?*
1118 *Dicit ei : Etiam, Domine : tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. Dicit ei iterum : Simon Joannis, diligis me? Ait illi : Etiam, Domine : tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos. Dicit ei tertio : Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio : Amas me? et dixit ei : Domine, tu omnia scis : tu scis quia amo te. Dicit ei Jesus : Pasce oves meas.*

Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς· Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ, Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Βόσκε τὰ ἀρνία μου. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον· Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ, Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ· Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον· Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος, ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον· Φιλεῖς με; καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ οἶδας, Κύριε, πάντα· σὺ γινώσκεις, ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Βόσκε τὰ πρόβατά μου.

Prævertit alios Petrus, etiam ad eum venire cum scapha nihil moratus propter incomparabilem ac præcipuum amoris erga Christum fervorem : idcirco prior emicat, ac rete trahit. Alacer enim C atque agilis erat homo, et ad agendum ac loquendum promptissimus. Quare primus fidem professus est, cum nempe Servator eos circa partes Cæsareæ Philippi interrogavit his verbis : « Quem me dicunt homines esse Filium hominis? » Reliquis enim respondentibus, alii quidem Eliam, alii Jeremiam, sive prophetarum unum, cum Christus insuper adderet : « Vos autem quem me esse dicitis? » præ aliis rursus emicat ille cæterorum caput ac princeps, et ait : « Tu es Christus Filius Dei vivi [94]. » Præterea cum militum cohors una cum ministris Judæorum advenisset ut comprehensum Jesum ad principes adduceret, alii quidem omnes, eo relicto, fugerunt, ut scriptum est [95], Petrus autem D gladio Malchi amputavit auriculam. Existimabat enim omni modo sibi defendendum esse magistrum, licet rem sibi nullatenus convenientem aggrederetur. Advenientem itaque Christus eum acrius urget utrum se plus iis diligeret, idque tertio. Annuit vero Petrus ac diligere se fatetur, sui amoris testem eum citans. In singulis autem confessionibus multifariam audit rationales oves sibi curæ esse debere. Ego vero arbitror (nam abstrusum horum verborum sensum investigandum quoque aio) frustra hæc scripta non esse, sed

Προενήρξατο τῶν ἄλλων ὁ Πέτρος, καὶ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐοικὸς, τὴν διὰ τοῦ σκάφους ὀλιγωρήσας ἄφιξιν, διὰ τὸ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἀσυγκρίτως θερμὸν καὶ ἀξιοζήλωτον· διὸ καὶ πρῶτος ἄνεισι, καὶ ἕλκει τὸ δίκτυον. Εὐπερίστροφος γὰρ ἀεί πως ἦν ἄνθρωπος, κεκεντρωμένος οὐ μετρίως εἰς τὴν ἐπὶ τὸ δρᾶσαί τε καὶ εἰπεῖν προθυμίαν. Διὸ δὴ καὶ πρῶτος ὡμολόγει τὴν πίστιν, ὅτε δὴ πεῦσιν αὐτοῖς προσκεκόμικεν ὁ Σωτὴρ περὶ τὰ μέρη τῆς Φιλίππου Καισαρείας εἰπών· « Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; » Εἰρηκότων γὰρ τῶν ἑτέρων, οἱ μὲν Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν, προσερωτῶντος δὲ πάλιν καὶ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ· « Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε, » προεξάλλεται πάλιν τῶν ἄλλων ὁ κορυφαῖος, καὶ τῶν ἄλλων προτεταγμένος, καί φησι· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Καὶ μὴν καὶ ὅτε τῶν στρατιωτῶν ἡ σπεῖρα παρῆν τοῖς Ἰουδαίων ὑπηρέταις ἀναμὶξ πρὸς τὸ τοῖς ἄρχουσιν ἀποκομίσαι τὸν Ἰησοῦν, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Πέτρος δὲ τῇ μαχαίρᾳ τὸ τοῦ Μάλχου διέκοψεν ὠτίον. Ὤετο γὰρ δεῖν διὰ παντὸς ἐπαμύνειν τρόπου τῷ οἰκείῳ διδασκάλῳ, εἰ καὶ ἀπᾴδουσαν αὐτῷ παντελῶς ἐποιεῖτο τὴν ἐγχείρησιν. Ἀφικομένῳ τοιγαροῦν τῶν ἄλλων γοργότερον προσάγει τὴν πεῦσιν, εἰ πλεῖον αὐτῶν ἀγαπᾷ, καὶ τοῦτο εἰς τρίτον γίνεται. Συγκατανεύει δὲ Πέτρος, καὶ ἀγαπᾷν ὁμολογεῖ, τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῷ διαθέσεως αὐτὸν εἶναι λέγων τὸν μάρτυρα. Ἐφ' ἑκάστῃ δὲ τῶν ὁμολογιῶν διαφόρως ἀκούει τῆς τῶν

[93] Psal. cxxvii, 2. [94] Matth. xvi, 13, 14. [95] Matth. xxvi, 56.

λογικῶν προβάτων ἔχεσθαι φροντίδος. Οἶμαι δὲ ἔγωγε (χρῆναι γὰρ ὄντως φημὶ καὶ τὴν κεκρυμμένην ἐν τούτοις διερευνῆσαι διάνοιαν) οὐκ εἰκῆ γεγράφθαι καὶ ταῦτα, ὠδίνει δέ τι πάλιν ὁ λόγος, καὶ τῶν προκειμένων ὁ νοῦς ἔχει τι πάντως τὸ ἐνδομυχοῦν. Ἢ γὰρ οὐκ ἐρεῖ τις εὐλόγως, Μόνον ἐρωτᾷ τὸν Σίμωνα, καίτοι τῶν ἄλλων παρεστώτων μαθητῶν, διὰ ποίαν αἰτίαν; τί δ' ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ, «Βόσκε τὰ ἀρνία μου,» καὶ τὰ τούτοις ἀδελφά; Φαμὲν οὖν, ὅτι κεχειροτόνητο μὲν ἤδη πρὸς τὴν θείαν ἀποστολὴν ὁμοῦ τοῖς ἑτέροις μαθηταῖς ὁ θεσπέσιος Πέτρος. Αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀποστόλους ὠνόμασε, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐπειδὴ δὲ πραχθῆναι συμβέβηκε τὰ τῆς Ἰουδαίων ἐπιβουλῆς, καί τι μεταξὺ διεπταίσθη, καὶ γέγονεν (ἀκράτῳ γὰρ δείματι καταληφθεὶς ὁ θεσπέσιος Πέτρος ἠρνήσατο τρὶς τὸν Κύριον), θεραπεύει τὸ πεπονθὸς, καὶ ἀνταπαιτεῖ ποικίλως τὴν εἰς τρίτον ὁμολογίαν, ἀντίσταθμον ὥσπερ ἐκείνῳ τοῦτο τιθεὶς, καὶ ἀντίῤῥοπον τοῖς πταίσμασιν ἐξαρτύων τὴν ἐπανόρθωσιν. Τὸ γὰρ λόγῳ διαπταισθὲν καὶ ἐν ψιλοῖς ἔχον ῥήμασι τῶν ἐγκλημάτων τὴν δύναμιν, κατὰ τὸν ἴσον δοίη τις ἂν ἀπολύεσθαι τρόπον. Ἐξαιτεῖ δὲ εἰπεῖν, εἰ καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἀγαπᾷ. Καὶ γάρ τοι κατὰ ἀλήθειαν, ἅτε δὴ καὶ μείζονος ἀπολελαυκὼς ἀνεξικακίας, καὶ οἱονεὶ πλουσιωτέρᾳ χειρὶ τὴν τοῦ πλημμελήματος κομισάμενος ἄφεσιν, τῆς τῶν ἄλλων ἀγάπης μείζονα πῶς οὐκ ἂν εἰκότως συλλέξας ἐν ἑαυτῷ, ταῖς εἰς ἄκρον ἡκούσαις εὐνοίαις τὸν εὐεργέτην ἠμείψατο; Κοινὸν μὲν γὰρ ἅπασι τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς τὸ τετράφθαι πρὸς φυγὴν, τῆς Ἰουδαίων ἀπανθρωπίας ἀφόρητον αὐτοῖς ἐντιθείσης τὸ δεῖμα, καὶ τῆς τῶν στρατιωτῶν ἀγριότητος τὸν ὠμὸν ἀπειλούσης θάνατον, ὅτε συλληψόμενοι παρῆσαν τὸν Ἰησοῦν· ἰδιαζόντως γε μὴν πρὸς τούτῳ συνέβη τὸ τοῦ Πέτρου πλημμέλημα, τὸ διὰ τῆς εἰς τρίτον ἀρνήσεως. Οὐκοῦν, ὡς πλείονα τῶν ἄλλων τὴν ἄφεσιν κομισάμενος, ἐξαιτεῖται λέγειν εἰ καὶ πλεῖον ἀγαπᾷ. Καὶ [γρ. κατὰ] γὰρ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν, ᾧ πολὺ ἀφίεται, πολὺ καὶ ἀγαπήσει. Τύπος δὲ πάλιν ταῖς μὲν Ἐκκλησίαις ἐντεῦθεν εἰς τὸ χρῆναι τρίτον διερωτᾷν τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, τοὺς ἀγαπᾷν αὐτὸν ἑλομένους, διὰ τοῦ καὶ προσελθεῖν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. Διδασκάλοις δὲ γνῶσις διὰ τῆς τῶν προκειμένων εἰσβέβηκε θεωρίας, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως εὐαρεστήσαιεν [Ἴσ. εὐαρεστήσειαν] τῷ πάντων ἀρχιποιμένι, τοῦτ' ἔστι Χριστῷ, εἰ μὴ τῆς τῶν λογικῶν προβάτων εὐρωστίας καὶ τῆς εἰς τὸ εὖ εἶναι διαμονῆς ποιοῖντο φροντίδα. Τοιοῦτός τις ἦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τοῖς ἀσθενοῦσι συνασθενῶν, καύχημα δὲ τῆς ἰδίας ἀποστολῆς, καὶ χαρὰν, καὶ στέφανον ὀνομάζων τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύσαντας, καὶ διὰ τῆς τῶν ἔργων λαμπρότητος εὐδοκιμεῖν ἑλομένους. Ἤδει γὰρ, ᾔδει τῆς εἰς Χριστὸν τελείας ἀγάπης καρπὸν εἶναι τοῦτον ἐμφανῆ· λογισμῷ δὲ τοῦτο καλῷ τε καὶ ἀγαθῷ θεωρῆσαι τις ἄν. Εἰ γὰρ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, πῶς οὐκ ἂν ἁπάσης ἠξίωσε φροντίδος τὴν ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ

A arcani quiddam ac reconditi in se omnino habere. Numquid enim merito quæret aliquis quam ob causam Simonem duntaxat interroget, aut quid sibi velit istud, « Pasce oves meas, » et similia? Respondemus **1119** igitur divinum Petrum una cum aliis discipulis jam electum fuisse ad divinum apostolatum. Ipse quippe Dominus noster Jesus Christus eos nominavit apostolos, ut scriptum est [96]. Sed quia interea, dum procederet Judæorum facinus, nonnihil lapsus est (ingenti quippe formidine captus divinus ille Petrus ter Dominum negarat [97]), ægrum nunc sanat, et ternam confessionem loco ternæ illius negationis flagitat, hanc illi quodammodo opponens, et delicta correctione compensans. Nam quod peccatum est verbo, in B eoque duntaxat culpæ vim et rationem habet, eadem ratione dimitti fatendum est. Petit autem ab eo utrum plus aliis diligat. Etenim cum majorem Domini clementiam in se fuerit expertus, et liberaliore manu remissionem peccati obtinuerit, nonne majorem dilectionem quam alii in se colligens summa benevolentia bene de se meritum compensaret? Quod enim Judæorum et militum qui ad comprehendendum Jesum venerant metu crudelem mortem minitantium in fugam discipuli versi sint, commune est iis omnibus, peculiare tamen Petri crimen est quod ter eum negavit. Quare ut qui plus remissionis quam alii impetrarit, idcirco rogatur ut dicat numquid plus diligat. Nam, juxta C Servatoris dictum, cui plus dimittitur, plus diligit [98]. Hinc præterea docentur Ecclesiæ tertio quærendam esse confessionem in Christum ab iis qui eum diligere sibi proposuerint, dum ad sanctum baptismum accedunt. Ex hoc quoque loco agnoscunt fidei magistri non aliter se summo pastori, id est Christo, gratos fore quam si omni studio caveant ut rationales oves recte curentur et bene habeant. Talis erat divinus ille Paulus, qui cum infirmis infirmabatur [99], et gloriam apostolici sui muneris gaudiumque et coronam nominabat eos quos ad fidem ac virtutum splendorem adduxerat [1]. Sciebat enim perfectæ in Christum dilectionis fructum hunc esse manifestum. Quod recte philosophanti liquido patebit. Nam si mortuus est pro D nobis, quomodo non omni cura dignam duxisset omnium salutem ac vitam? Et si vere in Christum **1120** peccant qui peccant in fratres, et infirmam eorum conscientiam percutiunt, numquid dictu verum est eos in ipsum Dominum pios esse qui fidelium, aut eorum qui exspectant dum ad fidem vocentur, animum quasi manuducunt, eisque constantem ac firmam fidem conciliare nituntur? Quapropter per triplicem beati Petri confessionem triplici abnegatione contractum peccatum abrogatur. Ex eo vero quod Dominus dicit, « Pasce agnos meos, » traditi jam ei apostolatus renovatio quæ-

[96] Luc. vi, 13. [97] Matth. xxvi, 70 seqq. [98] Luc. vii, 47. [99] II Cor. xi, 29. [1] Philipp. iv, 1.

dam esse censetur, quæ delictorum subinde solvit infamiam, et infirmitatis humanæ delet angustias.

A ζωήν; Καὶ εἴπερ ἀληθῶς εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτιπερ εἰς αὐτὸν εὐσεβοῦσι τὸν Κύριον οἱ τῶν ἤδη πεπιστευκότων, καὶ τῶν εἰς τοῦτο καλεῖσθαι προσδοκωμένων χειραγωγοῦντες τὸν νοῦν, καὶ διὰ πάσης αὐτοῖς ὠφελείας τὸ βέβαιον ἐν πίστει περιποιεῖν σπουδάζοντες; Οὐκοῦν διὰ μὲν τῆς εἰς τρίτον ὁμολογίας τοῦ μακαρίου Πέτρου τὸ ἐν τριπλῷ γεγονὸς εἰς ἀπάρνησιν κατηργήθη πλημμέλημα. Διὰ δὲ τοῦ φάναι τὸν Κύριον, « Βόσκε τὰ ἀρνία μου, » ἀνανέωσις ὥσπερ τις τῆς ἤδη δοθείσης ἀποστολῆς αὐτῷ γενέσθαι νοεῖται, τὸν μεταξὺ λύουσα τῶν πταισμάτων ὀνειδισμὸν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας μικροψυχίαν ἐξαφανίζουσα.

XXI, 18, 19. *Amen, amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas. Cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei : Sequere me.*

Scite admodum Dominus noster Jesus Christus suo discipulo testimonium perhibuit sinceræ erga se dilectionis, et summæ pietatis ac perseverantiæ. Quem enim exitum habiturus sit ejus apostolatus clare aperit, et qualem vitæ finem sortiturus. Prius enim ostendit ipsum abductum iri ab aliquo in locum quemdam, etiam invitum, hoc est eum in quo crucem defixerunt persecutores, sive qui capitali eum supplicio multarunt. Petro autem crucis locum præter voluntatem fore ait. Nemo quippe sanctorum consulto patitur : sed tametsi mors acerba eis ingruat etiam perinvitis, tamen, gloriæ divinæ cupidi, vitam quoque hanc terrenam aspernantur. Christus itaque beatum Petrum abductum iri prædixit in exosum et infestum mortis locum. Verum eo gloriæ non devenisset, neque propter Christum crucifixus esset, nisi ob curam quam in rationales oves impendebat judicio postulatus esset, et dilectionis in Christum radicibus infixam vim habens ad obsequium vocasset homines diabolica fraude in errorem abductos. Nam qui beatum Petrum occiderunt nullum ei aliud crimen intulerunt quam pietatem in Christum.
1121 Ex his itaque videre licet Dominum nostrum Jesum Christum utiliter ac necessario Petri mortem prædixisse, ut per ea quæ pati debebat consignaret quodammodo verumque ostenderet quod ad eum dictum est : « Etiam, Domine; tu scis quia amo te. » Omnino enim propter prædicationem mori, numquid certum et indubitatum est amoris indicium et perfectæ illius in Christum dilectionis? Subjicit autem Petro Christus : « Sequere me; » quæ verba, si communem sententiam sequimur, de assectatione discipulorum possunt intelligi; sed ænigmatice, ut videtur, aliud nihil subinnuunt, nisi, Vestigia meorum periculorum sequere, eamdemque viam quodammodo insistens, verboque et opere vocatorum ad fidem animas adjuvans, ne ad ipsam quidem crucis mortem ire gravator, quam etiam eventuram ait cum ad senectutem pervenerit, nolens ei præmaturum metum incuti, sed in longum tempus formidinis vim et impetum extendens.

Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι· ὅτε ἧς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλοι ζώσουσί σε, καὶ ἀποίσουσί σε ὅπου οὐ θέλεις. Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ· Ἀκολού-
B *θει μοι.*

Χαριέντως δὴ σφόδρα, καὶ λίαν ἀστείως ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τῷ οἰκείῳ μεμαρτύρηκε μαθητῇ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἡκούσης εὐσεβείας τε καὶ ὑπομονῆς τὸ καύχημα. Εἰς τί γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς ἀποστολῆς ἐκτελευτήσει ποτὲ διαγορεύει σαφῶς, καὶ ποῖον αὐτὸν [γρ. αὐτοῦ] τοῦ βίου διαδέξεται τέλος. Προμεμήνυκε γὰρ ὅτι τις αὐτὸν, καὶ εἰς ἀνεθέλητόν τινα χώραν ἀποκομιεῖ, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐν ᾧ κατέπηξαν τὸν σταυρὸν οἱ διώκοντες, ἤτοι τὴν εἰς αἷμα τιμωρίαν ἐπιθέντες αὐτῷ. Ἀνεθέλητον δὲ τῷ Πέτρῳ τὸν τοῦ σταυροῦ τόπον εἶναί φησι. Πάσχει γὰρ οὐδεὶς τῶν ἁγίων ἑκών· ἀλλ' εἰ καὶ πικρὸς ὁ θάνατος ἔπεισί τε καὶ λίαν ἀνεθελήτως αὐτοῖς, ἀλλά γε τῆς δόξης τῆς παρὰ Θεοῦ γλιχό-
C μενοι, καὶ τῆς ἐπιγείου καταφρονοῦσι ζωῆς. Ἀποκομισθήσεσθαι τοιγαροῦν τὸν μακάριον Πέτρον προεφώνησεν ὁ Χριστὸς εἰς ἀπᾴδοντά τε καὶ μεμισημένον τοῦ θανάτου τόπον. Ἀλλ' οὐκ ἂν εἰς τοῦτο κατέληξε δόξης, οὐδ' ἂν ἐσταυρώθη διὰ Χριστὸν, εἰ μὴ τῆς τῶν λογικῶν προβάτων ἐπιμελείας ἠκολούθει τὰ ἐγκλήματα, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐῤῥιζωμένην ἔχων τὴν δύναμιν ἐκάλει πρὸς εὐπείθειαν τοὺς ταῖς διαβολικαῖς ἀπάταις σεσαγηνευμένους πρὸς πλάνησιν. Ἀπεκτόνασι γὰρ τὸν μακάριον Πέτρον οἱ καὶ τοῦτο δρᾶσαι τολμήσαντες, οὐχ ἑτέρας αἰτίας ἐπιγράφειν ἔχοντες αὐτῷ, μόνην δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ἐγκαλοῦντες εὐσέβειαν. Ἔστι τοίνυν καὶ διὰ τούτων ἰδεῖν, ὅτι χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς
D ὁ Χριστὸς προανεφώνησε τοῦ Πέτρου τὴν τελευτὴν, ἵνα δι' ὧν ἔμελλε παθεῖν κατασφραγίσῃ τρόπον τινὰ, καὶ ἀληθὲς ἐπιδείξῃ τὸ πρὸς αὐτὸν εἰρημένον· « Ναὶ, Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. » Τὸ γὰρ ὅλως τελευτῆσαι διὰ τὸ κήρυγμα, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο σαφής τε καὶ ἀναμφίλογος τοῦ φιλεῖν ἀπόδειξις, καὶ ὅτι τῆς τελείας ἀγάπης, φημὶ δὴ τῆς εἰς Χριστὸν, κατ' οὐδένα τρόπον ἀπελιμπάνετο; Ἐπιλέγει γε μὴν οἷς ἔφη Χριστὸς τῷ Πέτρῳ τὸ, « Ἀκολούθει μοι, » δήλωσιν μὲν ἔχον, ὡς ἐν διανοίᾳ κοινῇ τῆς κατὰ μαθητείαν νοουμένης ἀκολουθήσεως, αἰνιγματωδῶς δὲ πάλιν ὑπεμφαῖνον, κατά γε τὸ εἰκὸς, ἕτερον οὐδὲν, ἢ ὅτι Κατ' ἴχνος ἔρχου κινδύνων τῶν ἐμῶν, καὶ τὴν αὐτὴν οἱονεὶ βαδίζων ὁδὸν, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ τὰς τῶν κεκλημένων ὠφελήσας ψυχὰς, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἰέναι κατ-

ὄκνει μηδαμῶς τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον, ὃν καὶ συμβῆναί φησιν ὅταν εἰς γῆρας ἐλάσῃ, πρόωρον αὐτῷ γενέσθαι τὴν πτοίαν οὐκ ἐφιείς, ἀλλ' εἰς μακροὺς ἀνατείνων χρόνους τοῦ φόβου τὴν ἔφοδον.

Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος, βλέπει τὸν μαθητὴν A *ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; Τοῦτον οὖν ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, οὗτος δὲ τί; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; Σύ μοι ἀκολούθει. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος εἰς τοὺς ἀδελφούς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. Οὐκ εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ', Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ;*

XXI, 20-23. *Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, qui et recubuit in cœna super pectus ejus, et dixit : Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Jesu : Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus : Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus : Non moritur, sed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?*

Ἑαυτὸν δὴ πάλιν ἀφανέστερον μὲν, κατασημαίνει δ' οὖν ὅμως ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστής. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀγαπώμενος, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος ἀναπεπτωκὼς τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸν τοῦ δείπνου καιρὸν, ἤρετό B τε τίς ὁ παραδώσων αὐτόν. Τοῦτον τοιγαροῦν τεθεαμένος ὁ Πέτρος, φιλοπευστεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ μαθεῖν ἠξίου, ποίοις ἄρα καὶ τίσιν ὁμιλήσει καὶ αὐτὸς τοῖς μετὰ ταῦτα κινδύνοις, ἢ καὶ εἰς τί καταλήξει τυχὸν καὶ αὐτῷ τοῦ βίου τὸ πέρας. Ἀλλ' ἔξω λόγου τοῦ πρέποντος ἡ πεῦσις ἐφαίνετο, καὶ περιεργείας μᾶλλον, ἢ χρηστομαθείας ἔργον ἦν, τῶν καθ' ἑαυτὸν λαβόντα τὴν εἴδησιν τὰ ἐφ' ἑτέροις ἐσόμενα ζητεῖν. Διὰ ταύτην, οἶμαι, τὴν αἰτίαν ὁ Κύριος ἀπεκρίνατο μέν τι, πλὴν οὐκ εὐθὺ τῶν ἐρωτωμένων, ἤτοι τῶν ζητουμένων, ἀποκομίζων δέ πως εἰς ἕτερα τοῦ διερωτῶντος τὸν σκοπὸν, οὐκ ἀθάνατον ἔσεσθαι τὸν Ἰωάννην φησίν· Ἀλλ' εἰ βουλοίμην αὐτὸν διαζῆν, ἕως ἔρχομαι, τί ἄρα τοῦτο πρὸς σέ; Τοῦτ' ἔστιν· Ἀκήκοας, ὦ Πέτρε, τὰ κατὰ σαυτὸν, τί σοι τὰ ἑτέρων φιλο- C πευστεῖν, καὶ τῶν θείων κριμάτων ἀνορύττειν ὥσπερ οὐκ ἐν καιρῷ τὴν εἴδησιν; Εἰ γὰρ καὶ μηδόλως τελευτῴη, φησὶν, ἄρα τί τοῦτο τὴν σὴν φροντίδα παραμυθήσεται; Ἀδιαφορήσει τοιγαροῦν ὁ σοφός τε καὶ ἔμφρων, εἴπερ τι καὶ μέλλοι παθεῖν, εἴτε σώζοιτό τις ἕτερος, εἴτε μή. Κείσεται γὰρ αὐτῷ τὰ οἰκεῖα παθεῖν, οὐδὲν τὸ παράπαν ἐκ τῆς ἑτέρου συμφορᾶς ἤγουν εὐθυμίας εἰς παραψυχὴν δεχομένῳ. Ταυτί πως ἡ τῶν προκειμένων ὠδίνει δύναμις· ὑποσημαίνει δὲ ἡμῖν ὁ περὶ τούτων λόγος, ὅτι ὡς πάντη τε καὶ πάντως, ἢ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, ἢ καθ' ἕτερόν τινα τυχὸν καὶ αὐτοῦ κινδυνεύειν μέλλοντος Ἰωάννου ποτὲ, οἱονεὶ πρὸς παραμυθίαν τῶν καθ' ἑαυτὸν ὁ μακάριος Πέτρος καὶ τὰ αὐτῷ συμβήσεσθαι μέλλοντα φιλαγρύπνως περιειργάζετο. Καὶ μήτοι θαυμάσῃς, ἐννόει δὲ D μᾶλλον ἐκεῖνο. Κοινὸν γάρ πως ἐν ἡμῖν καὶ τοῦτό ἐστιν, εἰ καὶ παντελῶς ἀνόνητον, τὸ φιλεῖν ἔσθ' ὅτε μὴ μόνους ὁρᾶσθαι πάσχοντας, ἤγουν τι τῶν ἀπευκτῶν ὑπομένειν μέλλοντας, ἀκροᾶσθαι δὲ μᾶλλον καὶ τὰ ἑτέρων, ἢ τῶν ἤδη πεπονθότων, ἤγουν εἰς τοῦτο πεσεῖσθαι προσδοκωμένων.

Seipsum rursus, quamvis obscurius, designat tamen divinus evangelista. Ipse enim ille est qui diligebatur, et qui supra pectus Christi recubuit cœnæ tempore, rogavitque quis esset eum B traditurus. Hunc itaque Petrus conspicatus, sciscitari voluit quænam eum quoque pericula manerent, et quem finem ejus vita esset habitura. Verum absurda visa est ejus interrogatio, et curiosi potius quam utilia quærentis animi, accepta suarum rerum notitia aliena scrutari. Hanc, opinor, ob causam Dominus respondit quidem aliquid, verum non recta ad interrogata, sed alio veluti percontantis scopum **1122** avertens, non immortalem fore Joannem ait, sed, Si velim eum vivere, inquit, donec veniam, quid hoc ad te, quæso? Hoc est : Audisti, o Petre, quæ ad te pertinent; cur aliena sciscitaris et divinorum judiciorum scientiam intempestive scrutaris? Nam etsi non moria- C tur prorsus, inquit, an tuam curam aliqua in re istud levabit? Quisquis ergo sapiens est atque cordatus, si quid passurus sit, nihil moratur utrum servetur quis alius, annon. Stat enim apud eum sua pati, et nihil prorsus ex aliena calamitate aut felicitate capit solatii. Hæc fere propositorum verborum sententia est, quibus subinnuitur Petrum ad suam quodammodo consolationem sedulo sciscitari quænam Joanni eventura essent, quasi eodem modo aut forte alio quodam passurus olim esset. Neque vero mirere, sed cogita potius commune istud quoque nobis esse. Tametsi enim inutile sit prorsus, tamen si quid periculi subituri sumus, videri volumus non pati soli, aut aliquando passuri, sed cæteros audire potius vel similia jam per- D pessos fuisse, vel in eamdem calamitatem casuros.

Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς, ὁ καὶ μαρτυρῶν περὶ τούτων, ὁ καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν αὐτοῦ ἡ μαρτυρία.

XXI, 24. *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc. Et scimus quia verum est testimonium ejus.*

Ἐνδοιάσειν οἶμαι μηδένα τῶν νουνεχεστέρων, ὡς οὐκ ἂν ἠγάπησε τὸν Ἰωάννην ὁ Κύριος, εἰ μή τις ἦν λίαν ἐξαίρετος, καὶ περιφανὴς εἰς ἀρετὴν, καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἐπιτηδείως τε ἔχων, καὶ τελείως ἀπηρτισμένος. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἁλοίη Θεὸς ἀλόγοις τισὶ προσκεκλιμένος ῥοπαῖς τοῖς οὐκ ἀξίοις ἀγά-

Neminem cordatiorem dubitaturum opinor Christum Joannem dilecturum non fuisse, nisi eximia et illustri virtute præditus et ad omne bonum apte et perfecte instructus fuisset. Non enim vanis quibusdam affectibus, quales in homines cadunt, Deum erga indignos amore affici comperies : sed

cum ab omni impetu et incursu perturbationum liber plane sit, et ad omne genus virtutis firmus ac stabilis, imo vero ipse sit omne virtutis genus, quomodo non istud cum judicio et discrimine faceret, et inculpato studio dilectionem suam digno impertiret? Postquam igitur præmisit se eum esse qui dilectus sit, citra fastum et ostentationem omnem ait se de his testimonium perhibuisse, mirabili quadam et præstanti ratione postulans iis quæ scripsit atque testatus est, auditores velut ex necessitate assentiri. **1123** Nec enim mentitus esset præco veritatis. Ideoque ait : « Scimus quia verum est testimonium ejus. » Et sane lubrica et periculosa res est mendaciloquium, quando non potest homo vocem non emittere. Nec enim eum veritas dilexisset, si veritatem infirmasset.

A πης τῆς παρ' αὐτοῦ· ἀνθρωποπρεπῆ γὰρ μᾶλλόν ἐστι τὰ τοιαῦτα πάθη· ὁ δὲ τῆς ἐκ παθῶν ἐφόδου καὶ καταδρομῆς παντελῶς ἀπείρατος ὤν, ἑδραιότατα δὲ βεβηκὼς εἰς πᾶν εἶδος ἀρετῆς, μᾶλλον δὲ αὐτὸς πᾶν εἶδος ὑπάρχων ἀρετῆς, πῶς οὐκ ἂν δρῴη κεκριμένως καὶ τοῦτο, καὶ ἀλοιδόρητον παντελῶς ἐποιήσατο τὴν ῥοπὴν, τὴν εἰς τὸ χρῆναί φημι τῆς ἀγάπης ἀξιοῦν τὸν τούτου τυχεῖν ὀφείλοντα; Προεξηγησάμενος τοίνυν εὖ μάλα, καὶ ἠγαπῆσθαι προειρηκὼς, ἀκόμπως τε καὶ ἀφιλοδόξως κομιδῇ, μεμαρτυρηκέναι φησὶ περὶ τούτων, ἀξιαγάστως ἤδη καὶ καλῶς, τὸ συννεῦσαι τοὺς ἀκροωμένους οἷς γέγραφέ τε καὶ μεμαρτύρηκεν, ὡς ἐξ ἀνάγκης αἰτῶν. Οὐ γὰρ ἂν ἐψεύσατο τῆς ἀληθείας ὁ κῆρυξ. Διὰ τοῦτο καί φησιν· « Οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. » B Σφαλερὸν οὖν ἄρα, καὶ πάνδεινον ἀληθῶς ψευδομυθεῖν τὸ παράπαν, οὐκ εἰδότος ἀνδρὸς μὴ προΐεσθαι φωνήν. Οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν ἠγάπησεν ἡ ἀλήθεια, παραλύοντα τὴν ἀλήθειαν.

XXI, 25. ***Sunt autem et alia multa quæ fecit Jesus : quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Amen.***

Ingens, inquit, miraculorum multitudo et innumerabilis est præclarorum operum series, et ex multis millibus desumpta hæc sunt, quæ cumulatissimam auditoribus utilitatem afferre abunde queunt. Neque vero libri hujus scriptorem quisquam reprehendat, inquit, æquus ac studiosus auditor, si non aliorum quoque meminerit. Nam si quæ facta sunt sigillatim scripta essent nullo prætermisso, mundum quidem ipsum implesset innumera librorum multitudo. Atque hæc hyperbolice quidem dici putamus. Multa quippe miraculorum millia virtute Servatoris nostri facta esse cogitandum est; verumtamen illustriora tantum ab Evangeliorum præconibus, ut videtur, scripta fuere, et per quæ maxime possent auditores ad incorruptam fidem firmari, et doctrina tam morum quam dogmatum institui, ut recta fide conspicui, et operibus ad pietatem spectantibus varie illustrati, et ad ipsam supernam civitatem evecti atque primogenitorum Ecclesiæ conjuncti, in ipsum quoque regnum cœlorum penetrarent in Christo, per quem, et cum quo Deo ac Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἓν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Ἀμήν.

Πολλὴ μὲν ἄγαν, φησὶν, ἡ τῆς θεοσημείας πληθὺς, καὶ ἀναρίθμητος παντελῶς ὁ τῶν κατορθωμάτων φανεῖται κατάλογος, καὶ ἐκ μυρίων ὅσων ἐλήφθη ταυτὶ, πληρεστάτην ἐμποιῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις τὴν ὄνησιν οὐκ ἀνικάνως ἔχοντα. Τὸν δὲ συγγεγραφότα τὴν βίβλον μὴ καταιτιάσθω, φησὶν, ὁ φιλακροάμων, καὶ χρηστομαθὴς, εἰ καὶ μὴ τῶν ἑτέρων ἐμνήσθη. Καὶ γὰρ τὸ καθ' ἓν εἰ γέγραπται τῶν τετελεσμένων, παραλειφθέντος οὐδενὸς, ἐπλήρωσεν ἂν τὴν οἰκουμένην ὁ τῶν βιβλίων ἀχώρητος ὄχλος. Ὑπερβολικῶς C δὲ καὶ νῦν τὴν τοῦ λόγου δύναμιν πεποιῆσθαί φαμεν. Μυρία γὰρ ὅσα ἐννοήσαι τις ἂν διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος πεπληρῶσθαι θαύματα· γεγράφασί γε μὴν τῶν Εὐαγγελίων οἱ κήρυκες τὰ ἐν τοῖς γεγονόσι λαμπρότερα, κατά γε τὸ εἰκὸς, καὶ δι' ὧν ἦν μάλιστα τοὺς ἀκροωμένους δύνασθαι βεβαιοῦσθαι πρὸς πίστιν τὴν ἀπαράφθορον, καὶ παίδευσιν ἔχειν ἠθικήν τε καὶ δογματικὴν, ἵνα πίστει μὲν ὀρθῇ διαπρέποντες, ἔργοις δὲ τοῖς εἰς εὐσέβειαν βλέπουσι πολυτρόπως ἠγλαϊσμένοι, καὶ εἰς αὐτὴν καταντήσαντες τὴν ἄνω πόλιν, καὶ τῇ τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησίᾳ συναπτόμενοι, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσελάσειαν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

SUPPLEMENTUM

AD

TOMUM IV EDITIONIS JOANNIS AUBERTI.

—

S. CYRILLI

FRAGMENTA IN ACTA APOSTOLORUM

(Ex Catena Crameri, Oxonii 1838.)

—

A *Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.*

Κυρίλλου. Οὐ γὰρ περιεργάζεσθαι χρῆναι τὰ λίαν ἀπόῤῥητα καὶ ἐν Θεῷ κεκρυμμένα, καὶ διὰ τούτων ἐδίδασκεν· ἰέναι δὲ μᾶλλον ἐθέλειν καὶ σφόδρα νεανικῶς ἐπὶ τὸ σφίσι λυσιτελές· καὶ πληροῦν ἐθέλειν τῆς ἀποστολῆς τὴν διακονίαν ἀνατεθεικότας Θεῷ τῶν ὅλων τὴν γνῶσιν.

Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός.

Κυρίλλου (1). Οἱ μὲν ταῖς γλώσσαις ἐλάλουν, καίτοι πρὶν οὐκ εἰδότες αὐτάς· οἱ δὲ συνῆσαν διερμηνεύοντες, καίτοι πάλαι τὸ οὖς οὐκ ἐν τριβῇ τε καὶ ἐν ἔθει τῶν τοιούτων ἐχόντων τινῶν. Δεδόσθαι γε μὴν B ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς τότε τὴν χάριν διϊσχυρίζεται τὸ γλώσσαις λαλεῖν, οὐχ ὡς μοῖρα χαρίσματος, ἀλλ' ὡς ἐν τάξει σημείου τοῖς πιστοῖς, καὶ δὴ καὶ προτρεπτικὸν παρετίθει λόγιον οὕτως ἔχον· « Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἑτεροχείλεσι λαλήσω τῷ λαῷ (2) τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως πιστεύσουσιν. » Ἔνειμε διαφόρως τὸ Πνεῦμα τὴν τῶν χαρισμάτων διανομήν. Ἵνα ὥσπερ, φησί, τὸ παχὺ δὴ τοῦτο καὶ ἀπὸ γῆς σῶμα συνέστηκεν ἐκ μορίων, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἤτοι τὸ σῶμα αὐτοῦ, τουτέστιν ἡ Ἐκκλησία, διὰ πολλῆς ἁγίων πληθύος εἰς ἑνότητα τὴν νοητὴν, τελειοτάτην ἔχει τὴν σύστασιν. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ὅτε τοίνυν ἔμελλον οἱ τῆς ὑφ' ἡλίῳ μυσταγωγοὶ, γλώσσῃ τε ἁπάσῃ καὶ ἔθνει παντὶ προσλαλεῖν τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ σωτήριον κήρυγμα, σημεῖον C ἐδίδου τὰς γλώσσας αὐτοῖς. Ἄνδρες ὄντες Γαλιλαῖοι καὶ τεθραμμένοι κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, Ἑβραῖοί τε καὶ ἐξ Ἑβραίων, Μήδοις τε καὶ Πάρθοις, καὶ μέντοι καὶ Ἐλαμίταις, καὶ τοῖς ἐκ μέσης οἰκούσης ποταμῶν, Καππαδόκαις τε καὶ Αἰγυπτίοις, ταῖς αὐτῶν προσελάλουν γλώσσαις· καὶ διεπεραίνετο μὲν τὸ

I, 7. *Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.*

Cyrilli. Rerum quidem secretarum in Deoque absconditarum nimiam non esse habendam curam, hisce quoque demonstrat, exhortando ut sedulo ea amplectamur quæ utilia sunt, atque apostolatus munere strenue fungamur, Deo rerum omnium scientiam attribuentes.

II, 3. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.*

Cyrilli. Alii quidem linguis loquebantur antea ignotis; alii interpretationibus operam dabant coram hominibus qui ex parte talium rerum haud admodum curiosi erant. Paulus quidem donum linguarum illis non ut signum gratiæ, sed ut symbolum iis qui fidem habebant, impertitum fuisse attestatur, quem in finem hæcce verba affert: « In aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic; et nec sic exaudient me [2]. » Itaque Spiritum sanctum gratiarum dispensatorem facit. Sicut enim, inquit, corpus hoc crassum ac terrestre ex partibus constat, ita et Christus, imo corpus ejus, id est Ecclesia, multis constans sanctis, in unitatem spiritualem coadunatur. *Et paulo post:* Cum igitur mystagogi terrestres omni lingua et omnibus populis Evangelium salutare annuntiare vellent, linguarum donum acceperunt. Viri Galilæa oriundi, native in Idumæa, Hebræi parentibus Hebræis, cum Medis et Parthis, Elamitis et iis qui Mesopotamiam incolebant, Cappadocibus porro atque Ægyptiis sua ipsorum lingua loquebantur; Spiritus enim sancti gratia in ipsis operabatur. Namque scriptum est: « Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, » etc. Et initio quidem non omnes rerum istarum sensum comprehendebant.

[1] Philipp. iv, 1. [2] Isa. xxviii, 11.

(1) Cod. Coislin., Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Κορινθ. α' Ἐπιστολ. τόμου β'.

(2) Verba a λαῷ usque ad διαφ. suppl. rec. m. in margine.

Postquam enim alienis loqui linguis cœpissent, Spiritus divini donum in insolentiam et ostentationem vertentes, jam multitudinem de sacris prophetis edocere atque de evangelicis dogmatibus instruere indigne ferebant, quippe quæ antiquitus ac cœlitus prædicata fuissent; sicque de linguarum dono superbientes ad idque omnia referentes, nullam rem aliam protinus agitabant.

χρῆμα αὐτοῖς τῇ τοῦ Πνεύματος ἐνεργείᾳ καὶ χάριτι. Γέγραπται γὰρ, ὡς « Ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ τρόπος μὲν οἰκονομίας τὸ δρώμενον ἦν· συνίσταν δὲ οὐ πάντες. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ταῖς ἑτέρων γλώσσαις ἐλάλουν, ἐπίδειξιν ὥσπερ τινὰ τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ποιούμενοι χάριν, καὶ φιλοκομπίας ἀφορμὴν δεχόμενοι τὸ σημεῖον, ῥᾴθυμοι μὲν ἦσαν τὸ δεῖν τοῖς ὄχλοις τὰ ἐκ τῶν ἁγίων προφητῶν διαλέγεσθαι, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς συναγορεύειν δόγμασιν· ὡς ἄνωθέν τε καὶ ἐκ πολλοῦ προκεκηρυγμένου· ἀποσεμνυνόμενοι δὲ ὡς ἐπὶ μόνῳ τῷ δύνασθαι γλώσσαις λαλεῖν, τούτου τε καὶ μόνου μεταποιεῖσθαι δεῖν ᾤοντο· καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν σπουδαῖς ταῖς προὐργιαιτάταις.

II, 19. *Et dabo prodigia in cœlo sursum et signa in terra deorsum.*

Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω.

Sancti Cyrilli. Christi crucis quodnam fatum sit futurum, quæque circa ipsam eventura sint Judæis in bello Romano clare prædicit; Christi vero ipsum diem « magnum et illustrem » resurrectionis nuncupat.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. Τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ γενησόμενα προδιδάσκει σαφῶς, καὶ τὰ δι' αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις συμβαίνοντα διὰ τοῦ Ῥωμαίων πολέμου· τὴν δὲ Χριστοῦ ἡμέραν « τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ, » τὴν τῆς ἀναστάσεώς φησιν.

II, 20. *Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem.*

Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα.

Cyrilli. Elementa naturæ ipsa super iniquitatibus quibus Judæi Christum affecerant, luxerunt, sicut totus mundus Dominum suum indigne tractatum videns. Templum sanctum diceres cum lugentibus luxisse, quippe quod discinderetur; scriptum est enim quod velum templi scissum est in duas partes, a summo usque ad deorsum [3]. Sol, retentis radiis, jam non lucere amplius mortalibus volebat, siquidem inde ab hora sexta ad nonam usque obscuratus est [4]. Scissæ sunt etiam petræ [5], et lunæ orbis insoliti quid passus esse videtur; in sanguineum enim transformatus colorem exhibetur. Quod factum quidem a sanctis evangelistis silentio præteritur; fides enim prophetiis habebatur affirmantibus, non in sole tantum, e numine divino, signa apparuisse; quod autem totus mundus formam induerit tetram et insolitam, Isaias testis esto hæc dicens: « Cœlum caligine obruam, et amictum ejus in saccum transmutabo [6]. » Quando cœlum dicit, omnia cœlestia intelligit, et sacco eum se involvere minando, luctum et mœrorem hac figura innuit. En signa et miracula in cœlo apparentia [7]. Quod si deinceps « sanguinem et ignem et fumi vaporem [8] » nominat, Judæorum calamitates significat quas in dirissimo contra Romanos bello perpessi sunt. Tota namque eorum regio sanguine inundabatur, et templum ipsum fama celeberrimum in eo erat ut simul cum urbibus igni deleretur: quid? quod ædificia terræ motu ne interirent timendum erat. Porro quod ante diem magnum et memorandum, quo ante tribunal Christi constitutus quisque pro merito remunerabitur, Judæi talia toleraturi forent: verbis « Ante diem magnum ac memorandum Domini [9] » satis innuit.

Κυρίλλου. Ἐπὶ ταῖς τῶν Ἰουδαίων δυσσεβείαις, ταῖς εἰς Χριστὸν δηλονότι γεγενημέναις, καὶ αὐτὴ τῶν στοιχείων δεδυσφόρηκεν ἡ φύσις, κατωλοφύρατο δὲ ὥσπερ ἡ κτίσις, ὑβρισμένον ὁρῶσα τὸν ἑαυτῆς Δεσπότην. Καὶ ὁ μὲν θεῖος ναὸς μονονουχὶ καὶ ἀσχάλλων τοῖς πενθοῦσιν ἐν ἴσῳ, περιεῤῥήγνυτο· γέγραπται γὰρ ὅτι τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Ἥλιος δὲ τὸ οἰκεῖον ἀνάπτων σέλας, καὶ τὴν ἀκτῖνα συνενεγκὼν, οὐκ ἠξίου φαίνειν ἔτι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· ἐποίει γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ὥρας ἐνάτης. Ἐσχίζοντο δὲ καὶ αἱ πέτραι· τάχα δέ που καὶ περὶ τὸν τῆς σελήνης κύκλον ἐπράττετό τι τῶν ἀσυνήθων, ὡς δοκεῖν εἰς αἷμα μεταπεποιῆσθαι καὶ αὐτήν. Σεσίγηται μὲν οὖν τὸ τοιόνδε παρὰ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς· ἀξιόχρεώς γε μὴν ἡ πίστις ἐκ προφητείας, ὅτι τοῖς τοῦ Δημιουργοῦ νεύμασιν οὐκ ἐν ἡλίῳ μόνῳ τὰ σημεῖα γέγονεν, ἀλλ' οἷον ὅλη πρὸς τὸ ἀκαλλὲς καὶ ἀσύνηθες αὐτῇ μετακεχώρηκεν ἡ κτίσις, σαφὲς ἂν γένοιτο διὰ φωνῆς λέγοντος Ἡσαΐου· « Καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ θήσω ὡς σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. » Οὐρανὸν δὲ ὅταν λέγῃ, πάντα που πάντως φησὶν τὰ ἐν οὐρανῷ· καὶ οἷον σάκκῳ τῷ σκοτεινῷ καταμφιέσαι φησὶ, πενθοῦντά τε καὶ κατηληκότα· καὶ αὐτῷ δὴ τούτῳ διακεχραγότα τῷ σχήματι. Σημεῖα μὲν οὖν ἤτοι τέρατα τὰ ἐν οὐρανῷ ταυτὶ φαίην ἄν. Τὰ δέ γε εἰς γῆν « αἷμά τε καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ, » καταδηλώσειεν ἂν, οἶμαί που, τὰς τῶν Ἰουδαίων συμφορὰς, ἃς ὁ παγχάλεπος αὐτοῖς ἐπεσώρευσε πόλεμος, ὁ διὰ τῆς Ῥωμαίων χειρός. Αἵματι μὲν γὰρ ἡ πᾶσα μὲν αὐτοῖς κατεῤῥαίνετο χώρα· ἔμελλε δὲ ὁμοῦ ταῖς πόλεσι καταπίμπρασθαι καὶ αὐτὸς ὁ διαβόητος νεώς· οἶκοί τε καπνίζεσθαι κατασεσεισμένοι. Ὅτι δὲ καὶ πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς, καθ' ἣν ἅπασι τὸ θεῖον προκείσεται βῆμα Χριστοῦ διδόντος ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τὰ τοιάδε τοῖς Ἰουδαίοις συμβήσεται, διαμεμήνυκεν εἰπών· « Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. »

[3] Matth. xxvii, 51. [4] ibid. 45. [5] ibid. 51. [6] Isa. L, 3. [7] Joel ii, 29. [8] Ibid. 30. [9] ibid. 31.

Ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. A

Κυρίλλου. Τριήμερος γὰρ ἀνεβίω, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν ζωὴν ὄντα κατὰ φύσιν αὐτὸν τοῖς τοῦ θανάτου κρατεῖσθαι δεσμοῖς. *Καὶ πάλιν·* Οὐ γάρ τι θέμις εἰπεῖν φθορᾷ μὲν δύνασθαι κρατεῖσθαί ποτε τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα, κάτοχον δὲ αὐταῖς ᾅδου πύλαις τὴν θείαν γενέσθαι ψυχήν· οὐκ ἐγκατελείφθη γὰρ εἰς ᾅδου, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφη Πέτρος.

Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

Κυρίλλου. Ἀνεβίω γὰρ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, «καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς εἰπών· Ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν B τῷ σκότει· Ἀνακαλύφθητε.»

Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς.

Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας. Ἐκεῖνο διδάσκων ὅτι τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἔχων πρόσωπον ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, τοὺς ἡμῖν μᾶλλον καὶ οὐχ αὐτῷ πρέποντας, καθὸ νοεῖται Θεὸς, ἀνίησι λόγους, ὡς ἐφ' ἑαυτῷ καὶ πρώτῳ καλῶν· ἐφ' ἡμᾶς τὴν τῶν οὐρανίων μέθεξιν ἀγαθῶν. Ὡς γὰρ ἑαυτῷ δεδόσθαι φησὶ, τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει προσνέμει· ἐπεί πως τῇ τοῦ ἀνθρώπου πτωχείᾳ πεπλουτήκαμεν.

Ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής.

Κυρίλλου. Ὅτι δὲ ὁ Πατὴρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι C λέγεται τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐνεργουμένου δηλονότι περὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ τοῦ πράγματος, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις· αὐτός τε ὑπάρχων ἡ ζωοποιός τε καὶ ἐνεργὴς δύναμις τοῦ Πατρὸς, τὸν ἴδιον ἐζωοποίει ναὸν, κατὰ τὸ, «Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.» Ἦν ἄρα τὸ ζωοποιούμενον οὐκ ἀλλότριον, οὔτε μὴν ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων, ἀλλ' ἴδιον αὐτοῦ τοῦ Λόγου σῶμα.

Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου.

Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας. Ἑτοιμάζεσθαι κελεύει πρὸς τὸ εὐήνιον, καὶ μονονουχὶ κατακλίνοντας τὸ ὠτίον συνιέναι λεπτῶς τῶν θείων λόγων τὴν δύναμιν.

Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, κ. τ. λ. B

Κυρίλλου. Ἄθρει δὴ οὖν ὅτι τοῖς ὁλοσχερῶς τε καὶ ὁλοτρόπως ἀκολουθοῦσι Θεῷ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος πεποιημένοις δεύτερα τὰ σαρκὸς καὶ φιληδονίαν κοσμικὴν, ἕψεται πάντως τοῖς τοιούτοις τὸ εὐλογίας τῆς ἄνωθεν πλουσίως μεταλαχεῖν.

Καὶ ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν ὁ

II, 26. *Insuper et caro mea requiescet in spe.*

Cyrilli. Tertio die resurrexit, quia fieri non poterat ut is, qui vita est, mortis vinculis obstringeretur. *Et iterum :* Dici sane non poterit carnem Verbo unitam corruptioni obnoxiam esse, aut animam divinam inferni intra portas recludi ; non enim in inferno derelinquetur, sanctus Petrus dicit.

II, 27. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

Cyrilli. Resurrexit, inferos spolians, « iisque qui in vinculis sunt, dicens : Exite ; et iis qui in tenebris sedebant : Revelamini [10]. »

II, 28. *Notas mihi fecisti vias vitæ.*

Cyrilli. Illud enim nos monere voluit quod is qui humanitatis speciem præ se fert, eademque qua nos natura induitur, sermones serit nobis magis quam ipsi, utpote Deo, accommodatos ; seipsum enim primum appellat, nos autem de bonorum cœlestium participatione commonefacit. Nam ea quæ sibi ipsi attributa erant, in humanam confert naturam, et sane nos paupertate secundum hominem locupletati sumus.

IV, 10. *Quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.*

Cyrilli. Nemo dubitabit quin Pater Dominum nostrum Jesum Christum e mortuis resuscitaverit, in carnem operando ; nam ipse Patris potentia est vivifica, et inde templum resuscitavit suum, secundum illud : « Destruite templum hoc, et tribus diebus reædificabo illud [11]. » Igitur quod resuscitatum est, non alienum fuit, neque secundum naturam aliquid nostram, sed corpus Verbo proprium.

VII, 2. *Viri fratres et patres, audite me.*

Cyrilli. Accingi eos vult ad recipiendum sermonem ; plerique enim satagebant vim verbi divini primis labiis gustasse.

VII, 3. *Exi de terra tua et de cognatione tua*, etc.

Cyrilli. Viden', quod ii qui Deo in omnibus obtemperant et spem in eum rebus corporeis et voluptatibus mundanis præponunt, benedictionum cœlestium plane compotes erunt ?

VII, 22, 23. *Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, et erat potens in verbis et in operibus suis. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus.*

Cyrilli. Idcirco Christus dicit : « Non missus sum

[10] Isa. LIX, 9. [11] Joan. II, 19.

nisi ad oves Israel quæ perierunt [11]. » Eorum enim A promissiones sunt, eorum patres.

Ejusdem. Nos enim affirmabimus Verbum quod e Patre exiit, homoque factus est inter nos, cum humana natura prodiisse et gloriæ quæ Deo digna est, expertem fuisse, siquidem verum est quod in mediis divitiis pauper fuit [12] seque ipsum exinanivit [13].

VII, 27, 28. *Qui autem injuriam faciebat proximo repulit eum, dicens : Quis te constituit principem et judicem super nos ? Numquid interficere me tu vis quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?*

Cyrilli Alexandriæ. Moyses venerandus accusatur Ægyptium, licet vexantem et insultabundum, necasse. Sic ubi Christus malos spiritus in pro- B fundum detrusit et dominationis in nos, vel invitos, exuit, admirabundi tamen et invidiosi simul exclamarunt : « Hic non ejicit dæmones nisi per Beelzebul, principem dæmoniorum [14]. »

VII 32. *Ego Deus patrum tuorum, Deus Abraham, et Deus Israel, et Deus Jacob.*

Cyrilli. Considera legis impotentiam : Deus, creator omnium se manifestat, et ab hac manifestatione Moyses faciem avertit. Hoc autem irrefragabili nobis documento esse potest quod filii Israel divinam Filii gloriam intueri minime possunt, se manifestantis et sui cognoscendi copiam C præbentis.

VII, 33. *Dixit autem illi Dominus : Solve calceamentum pedum tuorum.*

Cyrilli. Mortalitatis et corruptionis hoc indicium est : omne enim calceamentum exuviarum instar est animalis demortui et jamjam putrescentis. Inaccessibilis igitur fuit Christus iis qui in lege et institutione gentili devincti erant. Ante omnia enim immunditiæ auferantur et peccati sordes abluantur necesse est.

VII, 43. *Et transferam vos trans Babylonem.*

Cyrilli. Postquam Moabitarum perversitatem implevistis, quæ gens vicina est Damasci, transgrediemini Damascum, ituri in Babyloniam.

VII, 46. *Et petiit ut inveniret tabernaculum Deo* D *Jacob.*

Cyrilli. « Quiete nulla fruar, donec noverim Domini locum et tentorium (id est domicilium) Dei Jacob, » id est Christi.

VII, 47. *Salomon ædificavit ipsi domum : verumtamen Altissimus in manufactis non habitat.*

Cyrilli. Exstruxit utique Hierosolymis celebre

Χριστός· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. » Αὐτῶν γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι· αὐτῶν οἱ πατέρες.

Τοῦ αὐτοῦ. Ἡ γὰρ οὐχὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς γεγονότα, τουτέστιν ἄνθρωπον μονονουχὶ ἐκβεβηκέναι δώσωμεν· ἔξω τε γενέσθαι τῆς θεοπρεποῦς εὐκλείας ἐροῦμεν, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν.

Ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτὸν εἰπών· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; Μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον;

Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας. Ἐνεκαλεῖτο μὲν ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς ὡς ἀνελὼν τὸν Αἰγύπτιον, καίτοι θλίβοντα καὶ ἐγκείμενον. Καταχωννύων δὲ ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριστὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος καὶ οὐχ ἑκόντα μεθιστὰς, διὰ τούτων ἐχόντων ἐκπέμπειν αὐτὰ, καίτοι δέον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι, ἔφασκον· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ, ἄρχοντα τῶν δαιμόνων. »

Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

Κυρίλλου. Ἄθρει τοῦ νόμου τὸ ἀδρανές· ἐμφανίζει μὲν γὰρ ἑαυτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀλλ' ἐμφανῆ καθιστάντος ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον ὁ Μωϋσῆς. Σημεῖον δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς, τοῦ μὴ δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τὴν θεοπρεπῆ τοῦ Υἱοῦ καταθρῆσαι δόξαν, ἑαυτὸν ἐμφανίζοντος καὶ μονονουχὶ προσάγοντος ἐπίγνωσιν.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος· Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου.

Κυρίλλου. Νεκρότητός τε καὶ φθορᾶς τὸ χρῆμα σημεῖον· εἴπερ ἐστὶ πᾶν ὑπόδημα ζώου λείψανον τεθνεῶτος ἤδη καὶ κατεφθαρμένου. Ἀπρόσιτος οὖν ὁ Χριστὸς τοῖς ἐν νόμῳ καὶ παιδαγωγικῇ λατρείᾳ. Προαπονίζεσθαι γὰρ ἀνάγκη τὸν μολυσμὸν, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας προαποτρίβεσθαι ῥύπον.

Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

Κυρίλλου. Ἐπειδὴ δὲ τὴν Μωαβιτῶν κακίαν πεπληρώκατε τῆς γείτονος Δαμασκοῦ, ταύτῃ τοι οἰχήσεσθαι Δαμασκοῦ ἐπέκεινα, τουτέστιν εἰς Βαβυλῶνα.

Καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.

Κυρίλλου. « Οὐδεμιᾶς γὰρ, φησὶ, ἀναπαύλης μεθέξω, πρὶν ἂν μάθοιμι τὸν τοῦ Κυρίου τόπον καὶ τὸ σκήνωμα (τουτέστι τὴν σκήνωσιν) τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· » δῆλον δὲ ὅτι Χριστοῦ.

Σολομὼν (1) δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον· ἀλλ' οὐχ ὁ Ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ.

Κυρίλλου. Ἀνεδείματο μὲν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις

[11] Matth. x, 6. [12] II Cor. viii, 9. [13] Philipp. ii, 7. [14] Matth. xii, 24.

(1) S. Cyrilli ad Acta apostolica in Vaticanis codicibus quatuordecim fragmenta inveneram quæ Œcumenii editio non habet, sed ea tamen his annis vulgata cognovi in Catena Oxonii edita, uno excepto quod ego sumo ex Catena ms. Nicetæ, non Serrarum, sed Naupacti episcopi. Mai, *Biblioth. nova Patrum*, III, 452.

τὸν διαβόητον ἐκεῖνον νεὼν ὁ σοφώτατος Σολομών· A ἐπεγάννυτο δὲ λίαν αὐτῷ τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, ᾤοντό τε ὅτι κατῴκησεν ἐν αὐτῷ περιειλημμένος ὁ τῶν ὅλων Θεός. Βραδεῖς γὰρ ἀεί πως εἰς σύνεσιν καὶ τῶν περὶ Θεοῦ λόγων ἀνεπιστήμονες· οἵ γε καὶ Θεοῦ πόλιν οἰηθέντες τὴν Ἱερουσαλήμ, ἐν αὐτῇ δὲ καὶ μόνῃ διετείνοντο [*cod.* διεγίνοντο] κατοικεῖν αὐτὸν, διά τοι τοῦ λέγεσθαι διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Σμικρὰ τοιγαροῦν δοξάζοντας ἐλέγχει Θεὸς, καί φησι· « Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, θρόνον ἔχοντι τὸν οὐρανὸν, ὑποπόδιον τὴν γῆν; »

illud templum sapientissimus Salomon; gloriabatur autem ob id magnopere Judaicus populus, putabatque conclusum ibi habitare universalem Deum. Tardo enim Judæi semper intellectu fuerunt, et divinorum sermonum imperiti; siquidem Dei urbem existimantes Jerusalem, in ea sola contendebant ipsum habitare, quia dictum erat a Davide: « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [16]. » Minutas igitur illorum cogitationes Deus coarguit, dicens: « Quam domum mihi ædificabitis, qui thronum habeo cœlum, scabelli loco terram [17]? »

Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα· Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰς τὸ « Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. » Μέγα πάλιν καὶ ἐξαίρετον κατόρθωμα ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, *etc. Vide ad. Luc.* XXIII, 46, *hujusce Patrologiæ t.* LXXII, *ubi hoc fragmentum locum opportuniorem obtinet.*

Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Κύριε, B *μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ.*

VII, 59. *Positis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Paulus autem erat consentiens neci ejus.*

Τοῦ αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἀπολογούμενος ὅτι οὐδὲ τὰ πρότερα ἦν θυμοῦ, φησί· « Κύριε· » καὶ βουλόμενος αὐτοὺς ταύτῃ ἐπισπάσασθαι. Τὸ γὰρ ἀφεῖναι μὲν τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν τῷ φόνῳ, καθαρθῆναι δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ πάθους, εὐπαράδεκτον ἐποίει τὸν λόγον.

Ejusdem. Probaturus enim quod a prioribus factis quoque ira aberat, et adversarios sibi conciliaturus dixit: « Domine. » Sermo enim acceptior evasit in ore dicentis, iram se non concepisse ob necem, animamque se omni affectu superiorem ostendisse.

Τοῦ αὐτοῦ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς εὔχεται ὁ μακάριος οὗτος, ἀλλὰ μετὰ προσοχῆς θεὶς τὰ γόνατα. Ὅρα θεῖον αὐτοῦ τὸν θάνατον· μέχρι τούτου συνεχώρησε τὴν ψυχὴν εἶναι ἐν αὐτῷ ὁ Δεσπότης.

Ejusdem. Neque vero simpliciter Stephanus precatus est, sed genua insuper flectendo. Vide divinam martyris mortem, quandiu Dominus animam ei inesse voluit.

Ἐν προοιμίοις τοῦ κηρύγματος ὁ Στέφανος ὑπὲρ C τοὺς ποταμοὺς ῥέων καὶ πάντας ἐπιστοματίζων, ὁ τὰς ἀναισχύντους ἀποφράττων Ἰουδαίων γλώττας, ᾧ οὐδεὶς ἀντιστῆναι ἠδύνατο, ὁ πάντα συγχεὶς τὰ Ἰουδαϊκὰ, ὁ λαμπρὸν στήσας τρόπαιον καὶ νίκην περιφανῆ, ὁ γενναῖος οὗτος καὶ σοφὸς, καὶ χάριτος πεπληρωμένος, καὶ τοσαύτην Ἐκκλησίαν ὠφελῶν, οὐδὲ πολὺν χρόνον ποιήσας ἐν τῷ κηρύγματι, ἀθρόον ἡρπάγη· καὶ ὡς βλάσφημος κατεδικάζετο καὶ κατελιθοβολεῖτο.

Stephanus in ipsis prædicationis initiis fluvios transgrediens, omnes impudicas Judæorum linguas refrenans; cui ipsi nemo resistere poterat, qui res Judæorum omnes confundebat, qui victoria reportata tropæum erexit magnificum; martyr nobilis ac strenuus, qui tantum Ecclesiæ profuit et nonnisi paulum temporis munere functus est suo; Stephanus, inquam, ut blasphemator comprehensus, lapidibus est obrutus.

Τοῦ αὐτοῦ. Σημεῖον μέγιστον ἐκφέρων τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Ὥσπερ γὰρ ὁ καταρώμενος τῷ διώκοντι δείκνυσιν ὅτι οὐ σφόδρα χαίρει ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα πάσχων, οὕτως ὁ εὐλογῶν πολὺν ἐμφαίνει αὐτοῖς τὸν ἔρωτα.

Ejusdem. Maximum hoc quidem in Deum amoris documentum. Ut enim blasphemator accusatori ostendit se non admodum delectari pro Christo hæc patientem; sic qui bona precatur magnam ostendit benevolentiam.

Τοῦ αὐτοῦ. Τί οὖν οὐκ ἔστησεν αὐτοῖς τὸ ἁμάρτημα, ἀλλ' ἀφήθη, φησίν; Εἰ μετενόησαν ἀφήθη. D Καὶ γὰρ ὁ μυρίαις βάλλων αὐτὸν χερσὶ, καὶ διώξας τὴν Ἐκκλησίαν Παῦλος, τῆς Ἐκκλησίας προστάτης ἐγένετο.

Ibidem. Cur igitur ipsis peccatum non imputavit, sed condonavit? Pœnitentibus condonavit. Paulus autem qui mille martyri plagas inflixit, qui Ecclesiam persecutus est, ejusdem Ecclesiæ præses factus est.

Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς Γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη· Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.

VIII, 32. *Locus autem Scripturæ quam legebat erat hic: Tanquam ovis ad occisionem ductus est; et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum.*

Κυρίλλου (1). Ἐμφανὴς μὲν λίαν τῶν προκειμένων ὁ νοῦς. Ἀποφέρονται γὰρ εἰς τὸ καρθῆναι κατὰ και-

Cyrilli. Sensus ante dictorum perclarus. Oves statis temporibus ad tonsuram adducuntur, pasto-

[16] Psal. LXXXVI, 3. [17] Isa. LXVI, 1.

(1) Cod. Coislin. Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐν τοῦ εἰς τὸν Ἡσαΐαν συντάγματος. Et reipsa paucis mutatis legitur fragmentum col. 1177 A nostræ editionis Cyrilli in Isaiam, et col. 1178 A.

resque cultros tonsorios promunt; at illæ, licet male habitæ, non se defendunt : sic Christus calumniis petitus non recriminabatur; mala patiens non ad minas descendit; incarnationis nempe mysterium in eo supra naturam perfectum esse creditur. Quare etiam dicit : « Quis enarrabit ejus generationem? Vita enim ejus a terra tollitur [18], » id est, sublimis effertur supra terram, vi divinitatis. Sed alio quoque modo tollitur ejus vita, omniaque superat, id quod Unigeniti exsistentiam significat citra carnem et nondum more humano geniti.

XI, 17. *Ego quis eram qui possem prohibere Deum?*

Cyrilli. Dispensatio aliqua facta est ob differentiam eorum qui ex circumcisione fidem amplexi sunt, et quod Cornelius cum familia sua ante baptismum dignus habitus est qui Spiritum reciperet ad refrenanda ora obloquentium. Idcirco de contradicentibus hocce dicitur : « Postquam audiverant, acquieverunt. »

XIII, 25. *Cum impleret autem Joannes cursum suum, dicebat : Quem me arbitramini esse, non sum ego; sed ecce venit post me cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere.*

Ex notione exsistentiæ cui omnia subjacent, patet unum in quibusdam involvi Spiritum sanctum, unde naturæ divinæ compotes fiunt qui eam participant. Hoc autem Christo primitive et essentialiter inhæret, neque per transmissionem aut communicationem extrinsecus intervenientem : « Baptizat enim in Spiritu sancto [19]. » Est igitur Deus idem fructus Dei, et Verbum Patris, incarnationis origo. Fecit autem hoc, homo cum factus esset, idemque Filius per carnem ipsi modo ineffabili atque incomprehensibili adunatam. Sanctus namque Baptista postquam dixerat : « Cujus non sum dignus calceamentorum solvere corrigias, » statim adjecit : « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni [20], » pedes et calceos portans. Nemo enim unquam, mentis compos, dixerit, Verbum incorporeum et nondum more humano genitum pedes et calceos habere, sed tantum, quando homo natus est; Deus enim τὸ esse non perdidit; sed operatus est strenue et divine, Spiritum dando iis qui in eum credunt. Nam in eodem et Deus et homo exstitit.

Qui se indignum judicat qui Salvatoris corrigiam solvat, quomodo, quoad essentiam, cum eo comparari poterit?

XIII, 33. *Sicut et in psalmo secundo scriptum est : Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

Cyrilli. Qui solus Patrem novit, et qui a solo Patre cognoscitur, utpote sapientia et Verbum ejus, magni consilii Angelus secundum prophetam [21], mysterium incarnationis optime nobis dilucidat.

A ροὺς τὰ πρόβατα, καὶ τὰς κουρίδας μαχαίρας ἐπιφέρουσιν οἱ ποιμένες· καίτοι πάσχοντα, τοῖς τοῦτο δρῶσιν οὐκ ἐπιπηδᾷ· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς λοιδορούμενος οὐκ ἀντιλοιδόρει· πάσχων οὐκ ἠπείλει· ἐπειδήπερ καὶ ὑπὲρ φύσιν τὴν καθ' ἡμᾶς πεπράχθαι πιστεύεται τὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ μυστήριον. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· » ἀντὶ τοῦ, ἐπαίρεται καὶ ὑψηλοτέρα τῶν ἐπὶ γῆς ἐστιν ἡ ζωὴ αὐτοῦ, τουτέστιν ἡ πολιτεία. Αἴρεται δὲ καὶ ἑτέρως, καὶ ὑπὲρ πάντας ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ· τουτέστιν ἡ ὕπαρξις τοῦ Μονογενοῦς· ὅταν ἔξω σαρκὸς καὶ οὔπω καθ' ἡμᾶς γενόμενος.

Ἐγὼ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν;

B *Κυρίλλου.* Οἰκονομία τις ἐγένετο διὰ τὴν πολλὴν τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων διάκρισιν, πρὸ τοῦ βαπτίσματος καταξιωθῆναι τοὺς περὶ τὸν Κορνήλιον τοῦ Πνεύματος· ἵνα τὴν ἀντίῤῥησιν τῶν ἀγανακτούντων παύσῃ. Ὅθεν δὲ καὶ εἰκότως περὶ τῶν ἀντιλεγόντων εἴρηται· « Ἀκούσαντες δὲ ἡσύχασαν. »

Ὡς δὲ ἐπλήρου Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε· Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ, ἀλλ' ἰδοὺ, ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι.

Κυρίλλου. Μόνης γὰρ καὶ ἰδικῶς ἔργον ἐστὶ τῆς πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας, τὸ ἓν εἶναι δύνασθαί τισι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ θείας φύσεως κοινωνοὺς ἀποφαίνειν τοὺς προσιόντας αὐτῇ. Ἐνυπάρχει δὲ
C τοῦτο οὐ κατὰ μετάληψιν καὶ μέθεξιν τὴν παρ' ἑτέρου τινὸς, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ οὐσιωδῶς τῷ Χριστῷ· « βαπτίζει γὰρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. » Θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶ καὶ καρπὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγος. Ἀλλ' ἔδρα τοῦτο, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς εἷς ὢν Υἱὸς μετὰ τῆς ἀῤῥήτως τε καὶ ἀπερινοήτως ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς προειπὼν, ὅτι « Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα κύψας λύσω τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, » προσήνεγκεν εὐθύς· « Οὗτος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· » καὶ πόδας δηλονότι καὶ ὑποδήματα ἔχων. Οὐ γάρ τοι φαίη τις ἂν, εἴ γε νοῦν ἔχοι, ὡς ἄσαρκος ὢν ὁ Λόγος, καὶ οὔπω γενόμενος καθ' ἡμᾶς, πόδας ἔχει καὶ ὑποδήματα, ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος· ἐπειδὴ τὸ εἶναι Θεὸς οὐκ ἀπώλεσεν· ἐνήργηκε
D πάλιν καὶ οὕτω θεοπρεπῶς, τὸ Πνεῦμα διδοὺς τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. Ἦν γὰρ ἐν ταυτῷ Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός.

Ὁ τὸ ὑπόδημα ὁμολογῶν οὐκ ἄξιος εἶναι λῦσαι, πῶς τῇ οὐσίᾳ συγκριθήσεται;

Ὡς καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ γέγραπται τῷ δευτέρῳ· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

Κυρίλλου. Ὁ μόνος εἰδὼς τὸν Πατέρα, καὶ ὑπὸ μόνου γινωσκόμενος τοῦ Πατρὸς, ἡ σοφία καὶ ὁ Λόγος αὐτοῦ, « ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, » κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας

[18] Isa. LIII, 8. [19] Joan. I, 33. [20] Matth. III, 11. [21] Isa. IX, 6 sec. LXX.

ἡμῖν τὸ μυστήριον εὖ μάλα διατρανοῖ. Υἱὸς γὰρ ὢν φύσει καὶ ἀληθῶς, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναλάμψας τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνήν· καὶ κεχρημάτικεν ἀδελφὸς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν κατὰ σάρκα μεθ' ὑμῶν ὑπέστη γέννησιν· καίτοι προαιώνιος ὢν καὶ ἀεὶ συνυφεστηκὼς τῷ γεγεννηκότι, πλὴν εἰ καὶ γέγονε σάρξ. Ἴδιον ὄντα Υἱὸν οἶδεν αὐτὸν καὶ οὕτως ὁ Πατήρ· ἔφη γὰρ, ὅτι «Υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.» Ὁρᾷς ἐναργῆ τὴν ὁμολογίαν ἤγουν τὴν ἀνάῤῥησιν. Τὸ μὲν γὰρ «εἶ» τέθεικεν, ἵνα δείξῃ τὸν προαιώνιον· οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ γέγονεν· ἀλλ' ἦν ἀεὶ τοῦτο, τουτέστιν Υἱός. Ἐπήνεγκε δὲ τὸ «σήμερον ἐγέννησά σε,» ἵνα τὴν νεωτάτην αὐτοῦ καὶ κατὰ σάρκα δείξῃ γέννησιν, ἣν ὑπέμεινεν ἑκὼν διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου· ταύτῃ τοι καὶ θεότοκος ὠνόμασται.

Βλέπετε οὖν μὴ ἐπέλθῃ τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις, Ἴδετε, οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, κ. τ. λ.

Κυρίλλου (1). Ἴδετε, οἱ καταφρονηταὶ, καὶ ἐπιβλέψατε· καὶ τὸ τραχὺ ὂν πῶς ὑποτέμνεται· μὴ ἐπέλθῃ, φησὶν, ἐφ' ὑμᾶς τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰρημένον.

Οὕτως γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος· Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

Κυρίλλου. Ἐπέλαμψε τοίνυν τοῖς ἔθνεσιν ὁ Χριστὸς, καὶ φωτὸς θείου μεμεστωμένην ἀπέφηνε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ καθαροῖς διανοίας ὄμμασι τὴν θείαν τε καὶ ἀνωτάτω περιαθρῆσαι φύσιν· καὶ τοὺς τῆς πνευματικῆς λατρείας καθιερῶσαι τρόπους.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια ἑαυτῶν, ἐξεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον, κράζοντες καὶ λέγοντες.

Κυρίλλου. Ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ἐπὶ ταῖς κατὰ Θεοῦ δυσφημίαις περιρηγνύναι τὰ ἱμάτια. Καὶ γοῦν ὁ Καϊάφας, Υἱὸν ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, περιέῤῥηξε τὴν ἐσθῆτα, διακεκραγώς τε καὶ λέγων, «Ἐδυσφήμησε.» Δεδράκασι δὲ τοῦτο καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ Παῦλός τε καὶ Βαρνάβας. Γεγόνασι μὲν ἐν Λυκαονίᾳ· ἐπειδὴ δέ τινα τῶν ἠῤῥωστηκότων τοῦ πάθους ἀπήλλαττον, καὶ παράδοξον ἦν τοῖς ὁρῶσι τὸ χρῆμα, θύειν ἤθελον αὐτοῖς τῆς θεοσημείας οἱ θεωροί· ἔφασκον γάρ· «Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις ἦλθον πρὸς ἡμᾶς. Ἐκάλουν δὲ τὸν μὲν Βαρνάβαν Δία, τὸν δὲ Παῦλον Ἑρμῆν, ὅτι αὐτὸς ἦν, φησὶν, ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου.» Ἐπειδὴ δὲ τὸ δρώμενον δυσφημία τις ἦν, διέῤῥηξαν τὰ ἱμάτια ἑαυτῶν, παραδόσεσι Ἰουδαϊκαῖς καὶ ἐγγράφοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες. Ἔτι διαβέβληται τὸ ἔθος, ὡς οὐκ ὂν ἐκ νόμου καὶ ἀνόνητον παντελῶς. Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Ἰουδαίους ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, πλαττομένους τὰ τοιάδε, καὶ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας ἀποφοιτῶντας μακράν· «Ἐπιστρέψατε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, ἐν νηστείᾳ καὶ κλαυθμῷ καὶ ἐν κοπετῷ· καὶ διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν.»

Filius enim cum esset natura, et veritate, et ex ipsa Dei et Patris essentia illuxisset, caro est factus, id est homo, secundum Joannem [12]; et eorum qui in mundo sunt frater dici voluit, nascique secundum carnem, sicut nos; attamen ante tempus fuit et cum genitore consistens, quamvis caro factus sit. Pater eum sic quoque Filium cognovit; dixit enim: «Filius meus es tu; hodie genui te.» Vides confessionem explicitam, imo præconium. «Es» enim dixit, ut indicaret eum qui ante tempus fuit; non in tempore enim fuit, sed semper idem fuit, nempe Filius. Addidit insuper: «hodie genui te,» ut postremam ejus et secundum carnem generationem indicaret, quam sua sponte in sinu Virginis sanctæ subiit; unde etiam Deo genitus vocatus est.

XIII, 40, 41. *Videte ergo ne superveniat vobis quod dictum est in prophetis: Videte, contemptores, et admiramini et disperdimini*, etc.

Cyrilli. Videte, contemptores, et animum advertite, quomodo quod asperum est succidatur, ne vos turbet quod aliis dictum est.

XIII, 47. *Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem gentium ut sis in salutem usque ad extremum terræ.*

Cyrilli. Illuxit igitur Christus et naturam manifestavit lucis divinæ plenam et dignam quæ oculis mentis puris consideretur, quippe quæ cultus spiritualis ritum sanctificet.

XIV, 13. *Quod ubi audierunt apostoli Barnabas et Paulus, conscissis tunicis exsilierunt in turbas, clamantes et dicentes.*

Cyrilli. Mos est Judæis coram blasphematoribus vestes rescindere. Igitur cum Christum Dei se Filium proclamasset, Caiphas, veste rescissa, exclamat: «Blasphemavit [13].» Idem sancti Paulus et Barnabas fecerunt. Qui cum in Laconia hominem morbo laborantem sanavissent, rei miraculo stupentes, qui aderant, sacra facere illis volebant, dicentes: «Dii similes facti hominibus ascenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Jovem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi [14].» Quia autem rem portentosam esse existimabant, secundum traditionem Judæorum et morem tunicas disciderunt. Nunc quidem iste mos obsolevit tanquam contra legem et citra utilitatem constitutus. Deus igitur omnipotens ad Judæos qui talia agentes longe a via veræ pietatis aberant, dixit: «Revertimini ad me ex toto corde vestro, in jejuniis et ploratu et planctu, et discindite corda vestra potius quam vestimenta [14'].»

[12] Joan. I, 14. [13] Matth. xxvi, 65. [14] Act. xiv, 10, 11. [14'] Joel II, 13, 14

(1) Cod. Coislin., τοῦ Χρυσοστόμου. Et revera hæc legere est in ejus homilia 29 in Acta, col. nostræ edit. 217.

XV, 10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum?* etc.

Cyrilli. Quocirca si lex molesta est et difficilis, venerandi discipuli, quorumdam indolentiæ occursantes, dixerunt : « Quid igitur tentatis? » etc.

Ejusdem. Lex in communi incommoda videbatur Israelitis, id quod venerandi discipuli quoque annuebant. Sed Salvator ipse id ipsum nos edocet dicendo: Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [25]. » Laborantes enim et oneratos eos vocat qui sub lege sunt, seipsum autem humilem corde nominat, utpote qui lege exoneratus est.

XV, 16. *Sicut scriptum est, post hæc revertar et reædificabo tabernaculum David,* etc.

Cyrilli. Tentorium David Judæorum genus appellat. Animadvertendum quod Israelitæ a Cyro liberati in Judæam redierunt, divinumque construxerunt templum, in urbibusque hucusque vastatis circummunitis in omni securitate dies multos multosque annos habitaverunt. Cæteris autem gentibus exemplar facti sunt, demonstrando quod omnes ad Deum reverti possent. *Et post pauca :* Hæc quidem est historica ratio, sed rectius et verius in Christo poneretur. Postquam enim tentorium suum quod mortem subierat resuscitasset, id est, postquam Deus carnem e terra revocasset, omnia humana in pristinum statum restituit, ita ut quæ prius abjecta fuissent, novam quasi formam reciperent. Nam si, ut Scriptura dicit [25'], nova in Christo creatio successit, nos quidem ei reviviscimus; mors enim omnium tentoria destruxit, Pater vero in Christo reædificavit.

XVII, 23. *Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.*

Cyrilli. Id est, Deum altissimum. Namque Græci, pro ignavia sua, verum Deum se colere credunt, si cæteris diis eumdem cultum offerunt, nescientes quod majores pœnas dabunt, lucem cum tenebris, malum cum bono, rationabile cum irrationabili, profanum cum divino confundentes. Quare etiam stultos eos appellavit dicens : « Se sapientes dicendo stulti facti sunt [26]. »

XX, 29. *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos,* etc.

Cyrilli Alexandriæ. Ne hæreticorum sordibus nos contaminemus, illud dicit, Spiritus sancti fide nos corroborans.

XXVIII, 11. *In navi Alexandrina cui erat insigne Castorum.*

A *Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν*, κ. τ. λ.

Κυρίλλου. Καὶ γοῦν ὅτι τε «ὶ φορτικὸς καὶ δύσοιστος ὁ νόμος, διωμολογήκασιν ἀληθῶς οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, ταῖς τινων ἀμαθίαις ἐπιπλήττοντες. Ἔφασχον γάρ· « Νῦν οὖν τί πειράζετε; » καὶ τὰ ἑξῆς.

Τοῦ αὐτοῦ. Φορτικὸς μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ὁ νόμος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ὡμολόγουν δὲ τοῦτο καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Καὶ αὐτὸς δὲ τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ προσφωνῶν καὶ λέγων· « Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι· κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Κοπιῶντας δὲ καὶ πεφορτισμένους τοὺς ὑπὸ νόμον
B εἶναί φησιν, ἑαυτὸν δὲ πρᾶον ὠνόμαζεν, ὡς οὐκ ἔχοντος τοῦτο τοῦ νόμου.

Καθὼς γέγραπται, μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, κ. τ. λ.

Κυρίλλου. Σκηνὴν Δαβὶδ τὸ τῶν Ἰουδαίων σημαίνει γένος. Ἰστέον δὲ ὅτι Κύρου τῆς αἰχμαλωσίας ἀνέντος τὸν Ἰσραὴλ, κατῆλθον πάλιν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ᾠκοδόμησαν τὸν θεῖον ναὸν, τειχίσαντες τὰς ἠρημωμένας πόλεις, ᾤκουν ἐν αὐταῖς ἀσφαλῶς κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος, τουτέστιν εἰς ἡμέρας πολλὰς καὶ χρόνους μακρούς. Δεῖγμά τε καὶ πληροφορία γεγόνασι τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι, τοῦ χρῆναι λοιπὸν ἐπιστρέφειν πρὸς τὸν Θεόν. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ὁ μὲν οὖν τῆς ἱστορίας ἐν τούτοις λόγος· ὁ δὲ ἐσωτέρω καὶ
C ἀληθέστερος εἴη ἂν ἐν Χριστῷ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀνεβίω τὴν εἰς θάνατον αὐτοῦ πεσοῦσαν σκηνὴν, τουτέστι, τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα ἐγείραντος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τότε δὴ, τότε πάντα τὰ ἀνθρώπινα πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνέστη σχῆμα, καὶ πάντα ἡμῶν τὰ κατερῤιμμένα πρὸς νέαν ὄψιν ἐνήνεκται. Εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, κατὰ τὰς Γραφάς· συνεγηγέρμεθα γὰρ αὐτῷ· καὶ κατέσκαψε μὲν ὁ θάνατος τὰς ἁπάντων σκηνὰς, ἀνῳκοδόμησε δὲ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν Χριστῷ.

Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

Κυρίλλου. Τουτέστι τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον. Οἱ γὰρ δείλαιοι Ἕλληνες οἴονται εὐσεβεῖν καὶ τὸν ὄντως ὄντα
D Θεὸν, ἐὰν τοῖς λοιποῖς θεοῖς σχοῖεν τὸ σέβας αὐτοῦ· ἀγνοοῦντες ὅτι μείζονος τιμωρίας ἀξιωθήσονται, τὸ φῶς τῷ σκότει συγκρίνοντες, καὶ τῷ φαύλῳ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τῷ ἀλόγῳ τὸ νοερὸν, καὶ τῷ εὐτελεῖ τὸ θεῖον. Ὅθεν καὶ μωροὺς αὐτοὺς ἐκάλεσε λέγων· « Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. »

Ἐγὼ οἶδα ὅτι μετὰ τὴν ἄφιξίν μου εἰσελεύσονται λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, κ. τ. λ.

Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας. Ἵνα μὴ ξενιζώμεθα τῶν αἱρετικῶν τὰ ἐκβράσματα, Πνεύματι ἁγίῳ ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ταυτά φησι.

Ἐν πλοίῳ..... Ἀλεξανδρινῷ παρασήμῳ Διοσκούροις.

[25] Matth. xi, 28-30. [25'] II Cor. v, 17. [26] Rom i, 22.

Κυρίλλου. Ἔθος ἀεί πως ἐν ταῖς Ἀλεξανδρέων μάλιστα ναυσὶ πρός γε τῇ πρώρῃ δεξιά τε καὶ εἰς εὐώνυμα γραφὰς εἶναι τοιαύτας. Ἐπειδὴ δὲ ἦν εἰκὸς εἰδωλολατρίας κρατούσης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν ᾧ γεγράφθαι τῇ νηῒ τοὺς Διοσκόρους, ταύτῃ τοι νοεῖν ἀκόλουθον ἀλλόφυλον, τουτέστιν εἰδωλολάτριν (1). Καθώς που καὶ Ἡσαΐας φησί· « Πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, θάλασσαν ἅμα προνομεύουσιν.

Cyrilli. Mos est hujusmodi inscriptiones in Alexandrinorum præcipue navigiis ad dextrum sinistrumque proræ latus positas fuisse. Et cum istis temporibus, quibus idololatria vigebat, Dioscurorum navi alicui imaginem imponi plane concipimus, nihilominus nunc quidem hujusmodi rem gentilium, neque vero nostris moribus consonam esse fatendum erit; sicut Isaias quoque dicit: » In alienigenarum navibus circumferentur, mare simul spoliantes [27]. »

[27] Isa. XXXIII, 21, 23.

(1) Εἰδωλολατρεῖν Codd., corr. ex Œcum.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

—

SANCTI CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI

EXPLANATIO IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

Angelo MAI *Bibliotheca nova Patrum*, tom. III, p. 1. De his et sequentibus fragmentis vide tom. I hujusce novissimæ editionis operum sancti Cyrilli, col. 105.

—

Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα.

(Cod. f. 2 b.) Τόν γε μὴν (1) ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γεγονότα, κατὰ τὴν σάρκα ὡρίσθαι φησὶν εἰς Υἱὸν Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν· ὡρίσμεθα μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰς υἱούς, ἀλλ' οὐκ ἐν δυνάμει μᾶλλον, ἀλλ' ὡς ἐν χάριτος μοίρᾳ, τῆς κλήσεως ἀξιούμενοι· καὶ ὡς ἐν μόνῃ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ χρῆμα κερδαίνοντες. Ὁ δέ γε Ἐμμανουὴλ οὐκ ἂν ὧδε ἔχοι, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ἐκ σπέρ-

I, 3. *De Filio suo, qui factus est ex semine Davidis secundum carnem.*

De semine Davidis natum secundum carnem, prædestinatum ait Filium Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum: etenim prædestinati fuimus etiam nos filii, sed tamen non ex virtute, sed tanquam ex gratia, hac appellatione digni habiti, et tanquam sola Dei Patris voluntate hanc rem sortiti. Verumenimvero Emmanuel multum abest ut ita se habeat. Etiamsi enim de Davidis semine exstitit

(1) Hunc Cyrilli tractum nobis conservavit Nicephorus in *Antirrhetico*, III, cap. 30, editionis nostræ Gr. p. 94.

secundum carnem, et tanquam unus ex nobis Filius Dei censetur in humanitate; attamen virtute ac veritate naturalis Filius est; perque eum nos quoque filii efficimur. Siquidem vere dicitur quod ejus ditati Spiritu per sanctum baptisma, tunc demum citra reprehensionem dicimus : « Abba, Pater [28]. » Igitur sicut imagines sunt erga archetypa, ita et nos per adoptionem filii, erga eum sumus qui suapte natura ac virtute vereque Patris testimonio talis est declaratus.

II, 20. *Ac sempiterna ejus virtus et divinitas.*

Subintelligitur commune præcedenti membro vocabulum, « conspicitur. » Quomodo autem ex creatione cognoscitur sempiterna ejus virtus? Quia, cum præditæ sint caduca natura res quævis creatæ, et in tempore ad exsistendum vocatæ fuerint, apparet harum conditorem incorruptibilem prorsus fore ac sempiternum. Ergo nullatenus excusari (increduli) poterunt in die judicii.

III, 3. *Num illorum incredulitas fidem Dei irritam faciet?*

Sane cæteris ii præstant, qui a Deo præcogniti fuere, legemque vitæ magistram acceperunt, et quibus promissiones de Christo factæ sunt atque in rem collatæ, et vocati ante alios fuerunt; aiebat enim Salvator : « Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel [29] : » qui denique salvandorum per fidem primitiæ exstiterunt. Neque enim, si qui læva mente a fide desciverunt, idcirco, inquit, a veritate sua Deus excidet. Igitur misit quidem Filium suum de cœlo Pater, sed non omnes ei crediderunt. Num ergo quia nonnulli protervi incredulique fuerunt, propterea Deus verax non erit? Absit! Imo Deus verax esto [30], omnis autem homo mendax [31] : id est, intelligatur quidem atque dicatur a nobis Deus verax, mendacitatis autem criminatio in omnem hominem conferatur. Est enim prorsus invertibilis atque immutabilis divina natura : secus autem magnopere nutat natura hominis : et quod quidem ad possibilitatem attinet, omnis homo mendax est. Expugnant enim identidem mentem hominis peccatum atque mendacium, afficitque ipsius naturam hic quoque morbus. Verumenimvero de rerum omnium Domino Deo quidquam hujusmodi cogitare vel dicere, nefas est. Itaque hominis quidem naturæ seu menti obrepere posse mendacium, vere affirmare licet. Sic enim beatus quoque David alicubi ait : « Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax [32]. » Porro et in aliis omnibus pari modo de Deo nobisque et cæteris omnibus affirmandum est :

A ματος τοῦ Δαβὶδ κατὰ σάρκα, καὶ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν εἰς Υἱὸν λογίζεται Θεοῦ διὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλ' οὖν ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ κατὰ φύσιν Υἱός ἐστι· δι' οὗ καὶ ἡμεῖς υἱοποιούμεθα. Εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς τὸ αὐτοῦ Πνεῦμα πεπλουτηκότες διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τότε δὴ, τότε καὶ ἀνεπιπλήκτως φαμέν· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. » Οὐκοῦν ὡς εἰκόνες πρὸς ἀρχέτυπον, οὕτω καὶ ἡμεῖς οἱ κατὰ θέσιν υἱοὶ, πρὸς τὸν φύσει τε καὶ δυνάμει καὶ ἀληθῶς ἐκ Πατρὸς μεμαρτυρημένον εἰς τοῦτο (1).

Ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης.

(Cod. f. 11.) Ἀπὸ κοινοῦ νοουμένου τοῦ « καθορᾶται. » Πῶς δὲ γινώσκεται διὰ τῆς δημιουργίας ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις; Ὅτι φθαρτὴν ἐχόντων τὴν φύσιν B τῶν παρηγμένων εἰς γένεσιν καὶ κεκλημένων ἐν χρόνῳ πρὸς (2) ὕπαρξιν, ἔσται που πάντως ὁ τούτων δημιουργὸς ἄφθαρτος καὶ ἀΐδιος. Οὐκοῦν οὐδεμίαν εὑρήσουσιν ἀπολογίαν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

Μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει;

(Cod. f. 23 b.) Ἐντιμότεροι τῶν ἄλλων οἱ προεγνωσμένοι καὶ νόμον λαχόντες παιδαγωγὸν, καὶ ὑποσχέσεις ἔχοντες ἐπὶ Χριστῷ, καὶ δὴ καὶ ἀπειληφότες καὶ προκεκλημένοι τῶν ἄλλων· ἔφασκεν γὰρ ὁ Σωτήρ· « Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » καὶ τῶν διὰ πίστεως ἀνασεσωσμένων ἀπαρχὴ γεγονότες. Οὐ γὰρ εἴ τινες ἐκ φρενοβλαβείας τοῦ πιστεύειν ἀπώλισθον, ταύτῃ C τοι, φησὶν, ἀφαμαρτήσειεν ἂν τοῦ καὶ ἀληθὴς εἶναι Θεός. Οὐκοῦν πέπομφε μὲν ἐξ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν ὁ Πατὴρ, πεπιστεύκασί γε μὴν οὐ πάντες αὐτῷ. Ἆρ' οὖν ὅτι γεγόνασί τινες ὑβρισταί τε καὶ ἄπιστοι, οὐκ ἔσται ὁ Θεὸς ἀληθὴς διὰ τοῦτο; Μὴ γένοιτο. Γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης· ἀντὶ τοῦ, νοείσθω τε καὶ λεγέσθω πρὸς ἡμῶν ἀληθὴς, καθοριζέσθω δὲ ὥσπερ ἀνθρώπου παντὸς τοῦ ψεύδους τὸ κατηγόρημα. Ἄτρεπτος μὲν γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς ἡ θεία φύσις ἐστίν· σεσάλευται δὲ λίαν ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς τὸ ἐγχωροῦν, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. Καταθλεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτε τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὡς ἁμαρτία τὸ ψεῦδος, καὶ δέχεταί πως ἡ φύσις καὶ τοῦ τοιοῦδε D τὴν νόσον. Ἐπὶ δέ γε τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, τοιοῦτόν τι νοεῖν ἢ λέγειν οὐ θέμις. Οὐκοῦν τό γε δύνασθαι παθεῖν τὸ ψεῦδος τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἤγουν τὴν διάνοιαν, ἀληθὲς ἔσται τὸ κατηγόρημα. Οὕτω πού φησι καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. » Ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος περί τε Θεοῦ καὶ ἡμῶν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· οἷον ἐπὶ τῆς

[28] Rom. viii, 15. [29] Matth. xv, 24. [30] Joan. iii, 33. [31] Psal. cxv, 11. [32] ibid.

(1) Toto hoc sive in Paulum sive in Psalmos commentario nihil sæpius vehementiusque affirmat Cyrillus, quam Jesu Christi veram naturalem paremque Patri divinitatem. Recte id quidem ac necessario, quia ejus urbis episcopus erat, in qua Arius teterrimam contra Filii honorem hæresim suscitaverat.

(2) In codice loco πρὸς est τήν. Sed πρὸς vel εἰς hic requiri, tum sensus docet, tum alii Cyrilli loci.

δικαιοσύνης, φαίη γὰρ ἄν τις καὶ οὐκ ἔξω λόγου· Γινέσθω δίκαιος ὁ Θεὸς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ἄδικος.

Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι.

(Cod. f. 25.) Ἡ τῆς τοιαύτης διαβολῆς πρόφασις ἐντεῦθεν γεγένηται· Μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ κελευσθέντες ὑπὸ Κύρου ἀναδείμασθαι τὸν νεὼν, καὶ πληροῦν εὐχὰς, καὶ προσάγειν θυσίας, γεγόνασι ῥᾴθυμοι, προφασιζόμενοι πτωχείαν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ταλαιπωρίαν. Ταύτῃ συμμέτροις ἐσωφρονίζοντο παιδείαις, ἀφορίαις καρπῶν καὶ ὑετῶν ἐνδείαις. Ἀσχάλλοντες δὲ πρὸς τὰς τοιαύτας πληγὰς, ἐμακάριζόν μὲν τοὺς ἀλλογενεῖς, καὶ τοὺς μὴ δουλεύοντας τῷ Θεῷ, ὡς ἐν εὐθυμίᾳ διάγοντας, καὶ ἔφασκον ἀμείνους ἑαυτῶν ὑπάρχειν ἐκείνους. Καὶ γοῦν ἔφασκε πρὸς αὐτοὺς Μαλαχίας ὁ προφήτης· « Ἐβαρύνατε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν, λέγει Κύριος. Καὶ εἴπατε· Ἐν τίνι κατελαλήσαμεν κατὰ σοῦ; Εἴπατε, φησί· Μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ· καὶ τί πλέον ὅτι ἐφυλάξαμεν τὰ φυλάγματα αὐτοῦ, καὶ διότι ἐπορεύθημεν ἱκέται πρὸ προσώπου Κυρίου παντοκράτορος; Καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους· καὶ ἀνοικοδομοῦνται ποιοῦντες ἄνομα· ἀντέστησαν Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. Ταῦτα κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι Κύριον ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Καὶ προσέσχε Κύριος, καὶ εἰσήκουσε. » Ταύτης ἕνεκα, φησὶ, τῆς αἰτίας ᾤοντό τινες τοὺς Ἰουδαίους λέγειν· « Ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. » Ἔνδικόν γε μὴν τὸ κρῖμα εἰπὼν, ἢ τῶν Ἰουδαίοις ἐπιφημιζόντων ἐκεῖνα, ἤγουν τῶν λέγειν ἀποτολμώντων, ὅτι Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά.

Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου, δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται.

(Cod. f. 28 b.) Οἶδα ὅτι γέγραπται περί τινων, ὅτι Ἦσαν δίκαιοι ἀμφότεροι, πορευόμενοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Χριστοῦ ἄμεμπτοι. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος ἔφη, ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γέγονεν ἄμεμπτος. Ἀλλ' ὁ ἐν τούτοις ἄμεμπτος, οὔπω πέπραχε τὰ δι' ὧν ἔσται λαμπρὸς καὶ ἀοίδιμος. Καὶ γοῦν αὐτὸς ἔφη πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος, ὡς ἡγεῖτο μὲν ἅπαντα τὰ ἐν νόμῳ ζημίαν, καὶ ἐν ἴσῳ σκυβάλοις κατελογίζετο· ζητοίη δὲ πάλιν τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ. Κατακρίνει δὲ πάλιν ὁ νόμος τοὺς παραβαίνοντας. Ταύτῃ τοι ἑτέρωθί φησιν· « Εἰ γὰρ τῇ διακονίᾳ τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης δόξῃ. » Πλείστης δὲ οὔσης ἐντολῆς ἐν αὐτῷ, πᾶσά πως ἀνάγκη καὶ τὸν ἀκριβῆ νομοφύλακα διαπταίειν ἔν τισι, καὶ παραβάτην νόμου καθίστασθαι. Καὶ ὅτι φορτικὸς ἀληθῶς, διωμολογήκασιν ἐναργῶς οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Ἔφασκον γάρ· « Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπι-

A puta, quod attinet ad justitiam, haud absurde quis pronuntiabit : Esto Deus justus, omnis autem homo injustus.

III, 5. *Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat* (1).

Criminationis hujusmodi fuit hæc occasio : Post reditum Babylone, filii Israelis a Cyro jussi templum Dei restaurare, preces peragere, victimasque offerre, socorditer se gerebant, paupertatem causantes et præteritæ captivitatis ærumnas. Quamobrem congruentibus castigabantur eruditionibus, frugum videlicet sterilitate et imbrium desiderio. Ergo has plagas ægre ferentes, beatos dicebant ethnicos et qui Deum non colebant, ceu lætam vitam agentes, eosque meliore quam se frui sorte B dictitabant. Quapropter sic Israelitas Malachias propheta alloquebatur : « Graves in me sermones eructastis, inquit Dominus. Vos vero respondistis : Quid porro adversus te locuti sumus? Dixistis, ait : Stulte agit qui Deo famulatur : quid enim nobis profuit, quod ejus mandata observavimus, et coram omnipotente Deo supplices incessimus? En beatos a nobis prædicari ethnicos necesse est : qui, dum peccant, bonis augentur; dum Deo adversantur, salutem consequuntur. Hæc invicem loquebantur qui erant in religione timorati. Et attendit Dominus, atque audivit [33]. » Hæc, inquit (Paulus), causa erat, quamobrem quidam existimarent a Judæis dici : « Mala operemur, ut bona consequamur [34]. » Juste profecto condemnat eos qui aut C verba illa Judæis affingebant, aut dicere audebant : Male agamus, ut bene nobis eveniat.

III, 21. *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est.*

Equidem de aliquibus dictum scio, quod Ambo justi fuerint, incedentes in Dei mandatis ac justificationibus Christi (2) sine querela [35]. Beatus etiam Paulus ait [36], se quoque secundum legis justitiam irreprehensibiliter vixisse. Verumtamen qui in hujusmodi morum regula irreprehensibilis fuerit, nondum ita se gessit, ut splendida celebrique virtute præditus videatur. Ecce enim beatus denuo Paulus ait [37], quidquid in lege esset, detrimentum D a se existimari, et instar stercoris judicari : quæri autem excellentiam scientiæ Christi. Jam vero lex transgressores suos ipsamet damnat. Hinc alibi ait Paulus : « Si enim damnationis ministerium gloriam habet, multo abundantiore justitiæ ministerium gloria ornatur [38]. » Sed enim cum plurima sint legis præcepta, plane necesse est, accuratum quoque ejusdem observatorem interdum labi, legisque transgressorem fieri. Quod autem gravis revera lex exstiterit, perspicue fassi sunt divi

[33] Malach. III, 13-16. [34] Rom. III, 8. [35] Luc. I, 6. [36] Philipp. III, 6. [37] Ibid. 7, 8. [38] II Cor. III, 9.

(1) Cyrillus in explanatione sua intelligere videtur *bonitatem Dei provocat* id est *advocat*.
(2) Revera est in cod. Χριστοῦ, non Κυρίου.

discipuli. Dixerunt enim: « Nunc itaque cur Deum tentatis, ut jugum imponatur cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus [39]? » Cum ergo ethnici sub peccato degerent, quippe qui Creatorem suum ignorabant, Judæi autem violatæ legis rei essent, necesse fuit ut quotquot in orbe erant, a Christo justificarentur. Justificati autem fuimus haud equidem justitiæ operibus quæ nosmet gessimus, sed per ejus misericordiæ copiam. Ipse enim est qui olim etiam prophetarum ore dixerat: « Ego sum qui deleo peccata tua, quorum diutius non meminero [40]. » Gratia vero justificans cunctis æque supervenit, Judæis, inquam, atque ethnicis, quia cuncti pariter peccaverunt, et infra Dei gloriam sunt. Jam vero gloriam Dei apte intelligere licet, si quis neque peccare noverit, neque ad id natura comparatus sit (1). Porro creatura quævis infra Deitatis excellentiam omnino est: nam et angeli quidam in culpam inciderunt. Attamen Deo placuit omnia in Christo restaurare [41], qui gratuito suæ gratiæ dono justificat: positus enim est propitiatio per fidem in sanguine ipsius [42]. Quippe is proprium sanguinem pretium constituens vitæ omnium, universo orbi salutem contulit, benignumque et misericordem effecit nobis Deum Patrem qui in cœlis est.

III, 27. *Ubinam ergo gloriatio? Exclusa est.*

Quis enim omnino vel quam ob rem gloriabitur, quandoquidem omnes facti sunt inutiles, et a recta via declinarunt, nemine prorsus bona opera jam exercente? Ergo exclusa est, inquit, gloriatio; nempe expulsa est atque perempta, neque ullus jam apud nos locus ei superest. Quomodo autem exclusa fuit? Nempe remissionem præteritarum culparum indepti sumus, misericordia et gratia justificati gratis in Christo [43].

III, 31. *Ergone legem abrogamus per fidem?*

Moysi illi eximio dixit olim omnium Deus: « Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: et impertiar verba mea ori ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Jam si quis sermonibus haud auscultaverit, quos propheta nomine meo protulerit, ultionem meam experietur [44]. » Quis ergo existimet a nobis legem per fidem non sisti, qui sermonem ejus admittimus? Jam vero Emmanuel propter suam humanitatem propheta appellatus est, qui Moysis instar mediator est Dei et hominum [45]. Alioqui lex quidem umbra quædam erat, nihilo tamen minus veritatis figuram parturiebat. Porro typos haud destruit veritas, sed efficit manifestiores.

IV, 2. *Si enim Abraham ex operibus justificatus est, gloriari potest, sed non apud Deum.*

Necessarium arbitror, ait quidam, si de proge-

A θεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι; » Ὅτε τοίνυν Ἕλληνες μὲν ἦσαν ὑφ' ἁμαρτίαν ὡς ἠγνοηκότες τὸν Δημιουργὸν, Ἰουδαῖοι δὲ ὡς τῆς τοῦ νόμου παραβάσεως ἔνοχοι, ἐδέησεν ἀναγκαίως τοῖς οὖσιν ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ [cod. οὐ] δικαιοῦντος Χριστοῦ. Δεδικαιώμεθα γὰρ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ πάλαι λέγων διὰ φωνῆς προφητῶν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. » Διάττει γε μὴν ἡ δικαιοῦσα χάρις εἰς πάντας ἐν ἴσῳ, Ἰουδαίους τέ φημι καὶ Ἕλληνας, ὅτι καὶ πάντες ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Δόξα Θεοῦ δὲ νοοῖτ' ἂν εἰκότως, τὸ μήτε εἰδέναι μήτε μὴ
B πεφυκέναι πλημμελεῖν. Κατόπιν δὲ πάντως τῶν τῆς Θεότητος αὐχημάτων, πᾶσα ἡ γενητὴ κτίσις· παρώλισθον γὰρ καὶ τῶν ἀγγέλων τινές. Πλὴν εὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ τῷ δικαιοῦντι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι· τέθειται γὰρ ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Ἐπειδὴ γὰρ πεποίηται τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὸ ἴδιον αἷμα, σέσωκε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, ἵλεών τε καὶ εὐμενῆ κατέστησεν ἡμῖν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν.

Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; Ἐξεκλείσθη.

(Cod. f. 30 b.) Τίς γὰρ ὅλως ἢ ἐπὶ τίσιν καυχήσεται, πάντων ἠχρειωμένων καὶ ἐκκεκλικότων τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ οὐδενὸς ὄντος παντελῶς τοῦ ποι-
C οῦντος χρηστότητα; Οὐκοῦν ἐξεκλείσθη, φησίν, ἡ καύχησις, τουτέστιν ἐκβέβληται καὶ ἀνῄρηται, τόπον οὐκ ἔχουσα παρ' ἡμῖν οὐδένα. Ἐξεκλείσθη δὲ τίνα τρόπον; Τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων πεπλουτήκαμεν, ἐλέῳ καὶ χάριτι δικαιούμενοι δωρεὰν ἐν Χριστῷ.

Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ πίστεως;

(Cod. f. 31 b.) Ἔφη τῷ θεσπεσίῳ Μωσεῖ ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Προφήτην αὐτοῖς ἀναστήσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὥσπερ σε, καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς καθ' ὅ τι ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ. Καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὃς ἐὰν μὴ ἀκούσῃ τῶν λόγων αὐτοῦ ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ. » Πῶς οὖν οὐχ ἱστῶμεν νόμον διὰ τῆς πί-
D στεως τὸν παρ' αὐτοῦ προσιέμενοι λόγον; Καὶ προφήτης ὠνόμασται διὰ τὸ ἀνθρώπινον ὁ Ἐμμανουὴλ, ὁ ὡς ἐν τάξει Μωσέως μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Καὶ πάλιν· ὁ μὲν νόμος ἦν ἐν σκιαῖς, πλὴν ὠδίνων ὁρᾶται τῆς ἀληθείας τὴν μόρφωσιν. Οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τοὺς τύπους ἡ ἀλήθεια, καθίστησι δὲ ἐμφανεστέρους.

Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν.

(Cod. f. 33 b.) Χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω, ἔφη τις,

[39] Act. xv, 10 [40] Isa. xliii, 25. [41] Ephes. i, 10. [42] Rom. iii, 25. [43] Ibid. 24. [44] Deut. xviii, 18. [45] I Tim. ii, 5.

(1) Animadverte pulchram Cyrilli explicationem.

τὸν περὶ τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ πολυπραγμονοῦντας λόγον, ἐκεῖνο εἰπεῖν· Εἴρηταί πού τινι τῶν ἁγίων μαθητῶν, δίχα τῶν ἔργων τὴν πίστιν εἶναι νεκράν. Προσεπάγει δὲ τούτοις τὸ, « Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενὲ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν; Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; » Ἆρ' οὖν ἀλλήλοις τἀναντία φασὶν οἱ πνευματοφόροι; Τί οὖν πρὸς ταῦτά φαμεν; Εἰς γῆρας ἐληλακότι λοιπὸν, ἀδοκήτως λίαν ἐπηγγέλλετο αὐτῷ υἱὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός· ἔφασκέν τε ὅτι τῇ τῶν ἄστρων ἀναριθμήτῳ πληθύϊ φιλονεικοῦν τὸ ἐξ αὐτοῦ γενήσεται σπέρμα. Ὁ δὲ ἐπείπερ ἐτίμα τὸν ὑπισχνούμενον τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν, διὰ τούτου ἐπιμαρτυρῶν τῷ Θεῷ, δεδικαίωται παρ' αὐτῷ, καὶ γέρας ἀντάξιον τῆς οὕτω θεοφιλοῦς ἐκομίζετο γνώμης τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τὴν ἀμνηστείαν. Πλὴν ἐποιεῖτο κατὰ καιροὺς γύμνασμα τῷ δικαίῳ Θεὸς, ἐπί γε τῷ Ἰσαὰκ χρησμῴδημα· ἀλλ' ἦν καὶ ἐπ' αὐτῷ πιστὸς καὶ φιλόθεος, ὡς τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης προτάξας οὐδέν. Πλὴν, καθά φησι τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητὴς, « Ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐβεβαιώθη. » Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ θαυμάσιος Παῦλος περὶ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ· « Πίστει προσενήνοχε τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος· πρὸς ὃν ἐλαλήθη· Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεός. » Οὐκοῦν κἂν εἰ λέγοιτο τυχὸν, ἐξ ἔργων δεδικαιῶσθαι διά τοι τὸ προσενεγκεῖν τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενον, ἀλλ' ἦν καὶ τοῦτο αὐτῷ πίστεως τῆς ἑδραιοτάτης ἀπόδειξις ἐναργής (1).

A nitore Abrahamo accurate loqui volumus, ita sermonem instruere: Dictum est a quodam e sanctis discipulis, mortuam esse sine operibus fidem [46]. Addit autem: « Vin' cognoscere, homo vane, fidem sine operibus mortuam esse [47]? Abraham parens noster nonne ex operibus justificatus est, filium suum offerens Isaacum super altare? » Ergone contraria invicem a Deo afflati homines loquuntur? Quid nos, inquam, ad hæc dicimus? In senectutem jam provecto, insperato admodum promittebat ipsi filium Deus, aiebatque fore ut siderum innumeram multitudinem stirps ejus æmularetur. Ille autem quia religiose æstimabat promissorem suum nihil non posse, idcirco Dei veracitatem testimonio suo confirmans, justus ab eo judicatus est, dignumque B tam piæ mentis præmium retulit, priscorum criminum oblivionem. Sequente tamen tempore justum hominem Deus exercuit, edito circa Isaacum oraculo: verum in hoc pariter fidelis religiosusque fuit, qui nihil Dei charitati prætulit. Quippe, ut ait Christi discipulus: « Fides operibus cooperabatur, vicissimque opera fidem confirmabant [48]. » Alicubi autem admirabilis Paulus de progenitore Abrahamo dicit: « Fide obtulit Isaacum tentatus, et unigenitum illum exhibuit, quamvis de eo promissiones acceperat; quippe ipsi dictum fuerat: In Isaaco appellabitur tibi semen: reputabat enim posse Deum e mortuis quoque revocare [49]. » Itaque etsi forte Abraham justificatus C ob id dicatur, quia tentatus obtulit Isaacum, nihilominus ea res fidei firmissimæ demonstratio evidens fuit.

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ.

V, 3. *Non solum autem, sed et gloriantes in Deo.*

(Cod. f. 45.) Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἀξιάγαστον ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀγάπησιν, ἣν εἰς ἡμᾶς ἐπεδείξατο, καθιστὰς ἐναργῆ, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ πέρας, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος παρεκόμιζεν εἰς ἀπόδειξιν, ὧδέ πη λέγων· « Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Ἔδωκε γὰρ ὡς ἀληθῶς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον Υἱόν· ἐκλελυτρώμεθα δὲ ἡμεῖς, ἀπηλλάγμεθα θανάτου καὶ ἁμαρτίας. Οὐ γὰρ ἑτέρου τινὸς χάριν γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, ἢ ἵνα τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον ἀνατλὰς, θριαμβεύσῃ μὲν ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καταργήσῃ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν Σατανᾶν· καὶ ἀνέλῃ μὲν τὴν φθοράν, ἀποστήσῃ δὲ σὺν αὐτῇ καὶ τὴν καθ' ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν, ἄπρακτόν τε οὕτως ἀποφήνῃ λοιπὸν τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀρὰν, ἣν ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις ὑπέμεινεν ἐν Ἀδὰμ ὡς ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους, καὶ ὡς ἐν ῥίζῃ

Dominus noster Jesus Christus vere admirandam Patris Dei charitatem, quam nobis exhibuit, declarare volens, incarnationis peractum opus, et crucis passionem argumenti loco protulit, ita dicens: « Adeo mundum dilexit Deus, ut Filium suum unigenitum dederit, ut quisquis huic crediderit, haud pereat, sed vitam æternam consequatur [50]. » Re sane vera suum pro nobis tradidit Filium, nosque ideo redempti fuimus, et a morte D ac peccato erepti. Non enim aliam ob causam Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [51], nisi ut mortem in carne patiens, de principibus potestatibusque triumpharet, illumque ipsum inefficacem deinceps redderet, qui mortis imperium tenebat, id est Satanam [52]: et abolita corruptione, nostrum simul tyrannum peccatum expelleret, atque ita denique cassam priscam illam maledictionem efficeret, quam humana natura sub initiis generis, ac primigenia veluti in radice, Adami causa, subierat. Etenim Adam violato mandato

[46] Jac. II, 17. [47] Ibid. 20, 21. [48] Ibid. 22. [49] Hebr. XI, 17, 18. [50] Joan. III, 16. [51] Joan. I, 14. [52] Hebr. II, 14.

(1) Confer Wolfium *Anecdot. Gr.* t. IV, p. 64, qui olim ex catena quadam fragmenti hujus Cyrilliani partem sumpsit, quanquam aliis plerumque verbis a nescio quo eclogario convestitam.

Creatorem læsit, ideoque et maledictus et morti obnoxius evasit. Postea vero perditorum funditus hominum misertus est universalis Dominus: descendit enim cœlo Filius, qui peccatis pepercit, impium fide justificavit, hominisque naturam, utpote Deus, ad immortalitatem reformavit, et in pristinum statum reposuit. Est enim nova in Christo creatura[53], nam et nova radix plantata est. Ipse autem novus Adam constitutus, non ut ille iræ atque aversionis a patria cœlesti occasio iis qui ex se provenerunt, sed conciliator potius, et amicitiæ cum Deo donator, per sanctificationem et incorruptibilitatem, atque in fide justificationem. Hæc nobis sapiens Paulus narrat præsente sermone.

V, 12. *Itaque sicut per unum*, inquit, *hominem peccatum in mundum introivit, et per peccatum mors, atque ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

Introivit enim, ut dixi, ob peccatum mors in primum hominem et in generis nostri primordia; mox vero et universum genus corripuit. Insuper peccati quoque inventor draco, posteaquam adversus Adamum improbitate sua prævaluerat, aditum sibi ad hominis mentem patefecit: « Namque omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt[54]. » Ergo a sanctissimi Dei conspectu aversi, propterea quod studiose mens hominis ab adolescentia sua ad vitium incumbit[55], insanam vitam vivebamus: morsque victrix nos devorabat, ut ait propheta: « Dilatavit infernus animam suam, aperuitque os suum ut non cesset[56]. » Nam quia transgressionem Adami imitati sumus (1), quatenus omnes peccaverunt, parem illi pœnam incurrimus. Attamen terrarum orbis auxilio non caruit: deletum enim fuit peccatum, prostratus Satanas, mors denique ipsa vires amisit.

V, 13. *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo.*

Lex Moysis, ut dixi, erat infirmitatis peccantium redargutio, non peccati absolutio, imo potius iræ provocatio. Transgressores enim necesse erat pœnas a lege definitas subire: ubi autem quomodolibet transgressio erat, ibidem prorsus et peccatum. Quod si peccatum mortem infert, sine dubio dicendum est, mortem quoque ex peccato natam simul roborari: contra vero hoc sublato, illam pariter infirmari, et cum parente suo deperire. Erat igitur, inquit, usque ad legem mors in mundo. Quandiu enim lex manebat, tandiu transgressionis crimen adversus lapsos vigebat: lege autem sublata, cessavit pariter transgressionis accusatio. Porro culpa cessante, mors quoque, ut dixi, cessabit.

A τῇ πρώτῃ. Παραβὰς γὰρ τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδὰμ, προσκέκρουκε τῷ Δημιουργῷ· ταύτῃ τοι γέγονε καὶ ἐπάρατος καὶ θανάτῳ κάτοχος. Ὁλοτρόπως δὲ ἀπολωλότας κατηλέησε πάλιν ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης. Καθίκετο γὰρ ἐξ οὐρανῶν ὁ Υἱὸς, ἀνιεὶς ἐγκλήματα, δικαιῶν ἐν πίστει τὸν ἀσεβῆ, μεταχαλκεύων ὡς Θεὸς τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ ἀνακομίζων εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς. Καινὴ γὰρ κτίσις τὰ ἐν Χριστῷ, ὅτι καὶ ῥίζα τέθειται καινή. Γέγονε δὲ καὶ δεύτερος Ἀδάμ· καὶ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ὀργῆς παραίτιος καὶ ἀποστροφῆς τῆς ἄνωθεν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγονόσι, πρόξενος δὲ μᾶλλον καὶ δοτὴρ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, δι' ἁγιασμοῦ τε καὶ ἀφθαρσίας, καὶ τῆς ἐν πίστει δικαιοσύνης. Ταῦτα ἡμῖν ὁ σοφὸς ἐξηγεῖται Παῦλος διὰ τῆς προκειμένης ῥήσεως.

B *Οὐκοῦν ὡς δι' ἑνὸς ἀνθρώπου*, φησὶν, *ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον.*

Εἰσέδυ μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος ἐν τῷ πρωτοπλάστῳ καὶ ἐν τῇ τοῦ γένους ἀρχῇ· εἶτα ὅλον ἐφ' ἑξῆς κατενεμήθη τὸ γένος. Ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴς δράκων, ἰσχύσας ἐν Ἀδὰμ τοῖς τῆς φαυλότητος τρόποις, βατὴν εἴργασται τὴν ἀνθρώπου διάνοιαν· « Πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. » Ἐκ προσώπου δὴ οὖν γεγονότες τοῦ παναγίου Θεοῦ διά τοι τὸ ἐπιμελῶς ἐγκεῖσθαι τὴν ἀνθρώπου διάνοιαν ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, ἀλογώτερον διεζῶμεν βίον· καὶ κατέπιεν μὲν ὁ θάνατος ἰσχύσας, ὡς ὁ προφήτης φησίν· « Ἐπλά-
C τυνε δὲ καὶ ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διήνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ τοῦ μὴ διαλιπεῖν. » Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως γεγόναμεν μιμηταὶ καθ' ὃ πάντες ἥμαρτον, ταῖς ἴσαις ἐκείνῳ δίκαις ὑπενηνέγμεθα. Ἀλλ' οὐ μεμένηκεν ἀνεπικούρητος ἡ ὑπ' οὐρανόν· καθῄρηται γὰρ ἡ ἁμαρτία, πέπτωκεν ὁ Σατανᾶς, κατήργηται δὲ καὶ ὁ θάνατος.

Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ.

(Cod. f. 46.) Ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως ἔλεγχος ἦν, ὡς ἔφην, τῆς τῶν πταιόντων ἀσθενείας, οὐ λυτικὸς ἁμαρτίας· κατειργάζετο δὲ μᾶλλον ὀργήν. Ἦν γὰρ ἀνάγκη τοὺς παραβαίνοντας ταῖς ἐν νόμῳ διωρισμέναις ὑποφέρεσθαι δίκαις· οὗ δὲ δὴ ὅλως παραβάσεως
D τρόπος, ἐκεῖ που πάντως καὶ ἁμαρτία. Καὶ εἴπερ ἐστὶν ἁμαρτία θανάτου πρόξενος, πᾶσά πως ἀνάγκη συνεῤῥῶσθαι λέγειν αὐτῇ καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς ἀναφύντα θάνατον· κατηρμένῃ τε πάντως συγκατασείεσθαι, καὶ οἷάπερ ἰδίᾳ συνδιόλλυσθαι μητρί. Ἦν οὖν ἄχρι νόμου ἁμαρτία, φησὶν, ἐν κόσμῳ. Κειμένου γὰρ ἔτι τοῦ νόμου, καὶ τὰ τῆς παραβάσεως ἐγκλήματα κατὰ τῶν πταιόντων ἐκρατύνετο· ἀργοῦντος δὲ ἤδη, πέπαυται σὺν αὐτῷ τοῦ παραβαίνειν ἡ γραφή. Πεπαυμένης δὲ τῆς ἁμαρτίας, ὡς ἔφην, συμπεπαύσεται καὶ ὁ θάνατος.

[53] II Cor. v, 17. [54] Psal. xiii, 3. [55] Gen. viii, 21. [56] Isa. v, 14.

(1) Hæc de actuali potius peccato quam de originali valent. Certe parvuli non imitantur Adamum. Consule adnot. 1 infra, col. 789.

Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, κ. τ. λ. A

(Cod. f. 46 b.) Ἀλλ' εἰ τοῦτο, τίνα τρόπον, φαίη τις ἄν, κατεκράτησε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς καὶ πρὸ νόμου θάνατος; Εἰ γὰρ καί τινες οὐ γεγόνασι ταῖς τοῦ νόμου παραβάσεσιν ἔνοχοι, διά τοι τὸ μήπω τεθεῖσθαι τὸν νόμον, ἀλλ' ὑπέδυσαν καὶ αὐτοὶ τὴν φθορὰν ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ. Ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι τυχόν· Ἐπιτρέχοντος τοῦ θανάτου καθ' ὁμοιότητα τὴν Ἀδὰμ, τὸ ἐξ αὐτοῦ πᾶν γένος ὥσπερ φυτοῦ παθόντος βλάβος εἰς ῥίζαν, πᾶσά πως ἀνάγκη τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγονότας μαραίνεσθαι κλῶνας. Τύπον γε μὴν αὐτὸν τοῦ μέλλοντος εἶναί φησι, τουτέστι Χριστοῦ, καίτοι παραγεγονότος ἤδη, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας διαπεράναντος τὸ μυστήριον. Πῶς B οὖν μέλλοντα καλεῖ; φαίη τις ἂν ἴσως. Παραθεὶς γὰρ ἡμῖν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τῶν τῆς παραβάσεως διαμνημονεύσας καιρῶν, ὡς μετ' αὐτοὺς παρεσόμενόν τε καὶ ἔσχατον Ἀδὰμ ὠνόμασε τὸν Χριστόν. Προώριστο μὲν γὰρ, ὡς ἐν θελήσει τε καὶ προμηθείᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Σωτήρ τε καὶ Λυτρωτής· ἐπέφανε δὲ καιροῖς ἰδίοις καθ' οὓς ἠθέλησεν ὁ Δυνάστης. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἐν ἐσχάτοις καὶ οἷον ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ παρόντος αἰῶνος. Οὐκοῦν τεθεικὼς εἰς τύπον τοῦ πρώτου τὸν δεύτερον, μονονουχὶ καὶ διαπυνθάνεται τὸν ἀκροώμενον, ὡς ἐν ὑποστιγμῇ τε καὶ ἐρωτήσει λέγων τὰ ἑξῆς.

V, 14. *Sed regnavit mors ab Adamo usque ad Moysem.*

Atqui, dicet aliquis, si res ita se habet, quomodo mors etiam ante legem dominata in terris est? (*Hic aliqua prætermissa videntur in codice, deinde scribitur* τοῦ αὐτοῦ, EJUSDEM, *cum sequentibus*.) Etsi enim nonnulli legis violatæ haud rei fuerunt, propterea quod nondum lex fuerat rogata, nihilo tamen minus ipsi quoque in corruptionem inciderunt, in similitudinem transgressoris Adami. Veluti dicat: Invadente morte, sicut Adamo contigit, universam ejus progeniem, tanquam arbore natam, cujus cum radix vitiata fuisset, plane necesse erat germinantes quoque indidem surculos contabescere. Dicit autem futuri typum esse Adamum, id est Christi, quanquam hic jam exstitisset, et incarnationis mysterium peregisset. Rogabit ergo fortasse aliquis, quomodo futurum Christum dicat? Proposito enim nobis primo homine, et memorato transgressionis tempore, Christum deinceps, tanquam postea extremumque venturum, Adami nomine indigitavit. Prædestinatus enim fuerat Dei Patris voluntate ac providentia ceu Servator ac Liberator; apparuit tamen propriis temporibus, quibus nempe voluit, utpote Dominus. Sunt autem tempora hæc postrema, et tanquam hujus sæculi ad occasum vergentis. Secundo igitur ad primi normam proposito, videtur quodammodo percontari audientem, et cum quadam orationis interpunctione ac veluti interrogans, sequentia dicit (1).

Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. C

(Cod. f. 50.) Ὅμοιον γὰρ ὡς λέγοι· Κατακεχρίμεθα τῷ θανάτῳ, διὰ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως, ὅλης τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τοῦτο παθούσης ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἦν ἀπαρχὴ τοῦ γένους. Ἀλλ' ἐν Χριστῷ πάλιν ἀνεθάλλομεν εἰς ζωήν. Τύπος δὲ ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ μέλλοντος, τουτέστι Χριστοῦ, τῇ τῶν φθασάντων σκαιότητι τὴν ἰσομοιροῦσαν ἡμῖν εἰσκομίζοντος χάριν. Ἆρα οὖν, φησὶ, τοῦτο λέγων διημάρτηκα τἀληθοῦς; ἔξω φέρομαι τοῦ εἰκότος; οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα; Ἀλλ' ἴσχυσε μὲν δι' ἑνὸς ὁ θάνατος, ἀτονήσει δὲ δι' ἑνὸς ἡ ζωή; Καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς ἐκεῖνο εἰπεῖν· Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ D χάρις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ὑπερεπερίσσευσεν; Ἀνέξεται γὰρ ἥκιστά γε φιλάνθρωπος ὢν ὁ Δημιουργὸς, κατισχῦσαι μὲν θάνατον διὰ τοῦ ἑνὸς, ἀπρακτῆσαι δὲ τὴν δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ζωήν· ὑπερκείσεται δὲ ἡ χάρις τὰ ἐξ ὀργῆς.

V, 15. *Sed non sicut delictum, ita et donum*, etc.

Nempe dicit: Morte damnati fuimus, quia propter Adami culpam universa hominum natura hanc labem cum eo incurrit, qui generis origo fuit. Verumtamen vicissim in Christo ad vitam refloruimus. Typus erat Adam futuri, id est Christi, parem progenitorum malitiæ gratiam nobis conferentis. Dicit ergo: An ego veritate excidi? a recto sermonis tramite aberro? nonne sicut delictum, ita et donum? Quid? ob unius culpam mors valida fuit, infirma vero erit propter unum vita? Quidni potius illud dicetur: Si ob unius lapsum multi sunt mortui, potiore jure Dei gratia donumque gratuitum unius hominis Jesu Christi ad multorum utilitatem redundavit? Neque enim Creatoris benignitas patietur ut unius quidem causa mors prævaluerit, vita vero unius pariter causa vires non sumat: imo vero iræ vim gratia superabit.

Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα.

(Cod. f. 51.) Ἀνατίθησιν ὥσπερ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν καὶ τὴν τοῦ νοήματος δύναμιν ἐπὶ τὸ ὅτι

V, 16. *Et non sicut per unum qui peccavit, ita et donum.*

Rei momentum et ratiocinii vim in eo, quod Deum deceat, constituit. Nam si, inquit, damnatio

(1) Subsequentem Pauli versiculum interrogative pronuntiandum esse, suadere videtur Cyrillus; sententia tamen vix discrepat a communi. Cæterorum qui rem in medio relinquo. Nam in versiculo certe 16 nulla fit interrogatio.

ab uno Adamo, sive ipsius tantum causa propter generis similitudinem ad omnes dimanavit (nostræ enim stirpis radicem corruptio, ut dixi, corripuerat), quidni et credibile sit et Deo placitum, ut ob unius justitiam multi ex multis criminibus justificentur? Numquid enim haud magis Deo placet servare, quam perdere? Sicut igitur condemnatus fuit Adam, itemque Moysis maledictio vim obtinuit, ut omnes homines corruptioni addiceret, ita quia secundus Adam Christus justificatus fuit, eodem omnino tramite ad nos quoque justificatio permeabit. Porro justificatum Christum dicimus, non quod antea injustus fuerit, posteaque in melius proficiens ad justificationem pervenerit, sed quia primus ipse solusque ex hominibus peccatum in terra non commiserit, neque dolus in ore ejus inventus fuerit.

V, 17. *Si enim unius delicto mors regnavit per unum*, etc.

Animadverte rursus, quanto validiorem damnante maledictione definit esse gratiam justificantem. Neque enim quispiam affirmabit, ait, æquum esse ut prævaleat in orbe unius causa mors, contra vero vita parem vim non habeat. Nam longe potiore jure qui gratiam Christi habent, et supernæ dignationis dono justitiam sunt consecuti, mortis potentiam a se repellent, et cum vivificante omnia Christo regnabunt.

V, 18. *Igitur sicut unius delicto in omnes homines in condemnationem*, etc.

Supradictis sententiis veluti coronidem imponit divus Paulus, ita inquiens: « Ergo sicut unius lapsu, » et reliqua. Damnati siquidem fuimus, ut antea dixi, in Adamo; et a prima radice manavit in omnem ex ea natum (1) surculum maledictionis filia mors; postea tamen justificati fuimus atque in vitam renati, justificato pro nobis Christo. Contempto enim imposito sibi mandato, progenitor Deum offendit, divinæque iræ effectum expertus est, corruptionis necessitatem incurrens. Tunc peccatum quoque humanam naturam corripuit, atque ita peccatores constituti sunt multi, id est, quotquot in orbe versantur. Sed dicet aliquis: Esto quod Adam lapsus sit, et divino neglecto mandato, corruptioni ac morti deputatus fuerit: cur autem inde consequitur ut peccatores propter ipsum constituti sint multi? Qui fieri potest ut ejus culpa ad nos pertineat? vel cur omnino, qui nondum nati eramus, cum eo damnationem subivimus, cum Deus contra dixerit: « Non morientur patres pro filiis, neque pro patribus filii; sed anima quæ peccaverit, ipsa morietur[87]? » Quamnam igitur faciemus hujus dogmatis defensionem? Anima, inquam, quæ pecca-

A μάλιστα πρέπον τῷ Θεῷ. Εἰ γὰρ δὴ, φησὶ, τὸ ἐξ ἑνὸς, ἤτοι δι' ἑνὸς κατάκριμα τοῦ Ἀδὰμ ἀπεφοίτησεν εἰς πάντας καθ' ὁμοιότητα τὴν αὐτοῦ· ῥίζα γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, τοῦ γένους παθοῦσα τὴν φθοράν· πῶς οὐκ ἂν γένοιτο καὶ πίστει παράδεκτον καὶ ἀγαπητὸν τῷ Θεῷ τὸ δεῖν ἐξ ἑνὸς δικαιώματος ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων δικαιοῦσθαι πολλούς; Ἢ οὐχ αἱρετὸν τὸ σώζειν μᾶλλον, ἢ ἀπολλύναι παρὰ Θεῷ; Ὥσπερ τοίνυν καταδεδίκασται μὲν ὁ Ἀδὰμ, κατεκράτησε δὲ Μωσέως ἡ τῆς ἀρᾶς δύναμις ὑποφέρουσα τῇ φθορᾷ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἐπειδήπερ δεδικαίωται Χριστὸς ὁ δεύτερος Ἀδὰμ, ὁδῷ τῇ πρώτῃ βαδιεῖταί που πάντως καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ δικαίωσις. Δεδικαιῶσθαι δέ φαμεν τὸν Χριστὸν, οὐχ ὡς ἄδικον μὲν γεγονότα ποτὲ, προήκοντά γε μὲν ἐξ ἐπιδόσεως τῆς εἰς τὰ ἀμείνω εἰς δικαίωσιν, ἀλλ' B ὅτι πρῶτός τε καὶ μόνος ἄνθρωπος αὐτὸς ἐπὶ γῆς οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, κ. τ. λ.

(Cod. f. 51 b.) Ἄθρει δὴ πάλιν ὡς ἀλκιμωτέραν τῆς κατακρινούσης ἀρᾶς καταλογίζεται τὴν δικαιοῦσαν χάριν. Οὐ γὰρ δὲ, φησὶ, φαίη τις ἄν, ὡς ἦν εἰκὸς, κατισχῦσαι μὲν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν δι' ἑνὸς θάνατον, εὐσθενείας γε μὴν ἀμοιρῆσαι τὴν ζωήν. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον οἱ χάριν ἔχοντες τὴν διὰ Χριστοῦ καὶ τὴν τῆς δικαιοσύνης δωρεὰν ἐκ φιλοτιμίας τῆς ἄνωθεν, ἀποσείσονται μὲν τοῦ θανάτου τὸ κράτος, συμβασιλεύσουσι δὲ τῷ ζωοποιοῦντι τὰ πάντα C Χριστῷ.

Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα, κ. τ. λ.

(Cod. f. 52.) Προσεπάγει ταῖς προκειμέναις ἐννοίαις ὁ θεσπέσιος Παῦλος οἱονεὶ τὸ συμπέρασμα, καί φησιν· « Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, » καὶ τὰ ἑξῆς. Κατακεκρίμεθα μὲν γὰρ, ὡς προεῖπον, ἐν Ἀδὰμ, καὶ ὡς ἐκ ῥίζης τῆς πρώτης εἰς ἅπαν διέβη, τὸ ἐξ αὐτῆς, γενόμενος ὁ ἐξ ἀρᾶς θάνατος· δεδικαιώμεθα δὲ καὶ ἀνεβλαστήσαμεν εἰς ζωὴν, δικαιωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ. Ἀφειδήσας μὲν γὰρ τῆς αὐτῷ δοθείσης ἐντολῆς, ὁ προπάτωρ προσκέκρουκε τῷ Θεῷ καὶ ὑπομεμένηκε τὰ ἐκ θείας ὀργῆς· κατώλισθε γὰρ εἰς φθοράν. Τότε καὶ εἰσήλατο τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἡ ἁμαρτία· οὕτω καὶ ἁμαρτωD λοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, τουτέστιν, οἱ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν· Ναὶ παρώλισθεν ὁ Ἀδὰμ, καὶ τῆς θείας ἀλογήσας ἐντολῆς, φθορᾷ καὶ θανάτῳ κατεδικάζετο· εἶτα πῶς ἁμαρτωλοὶ δι' αὐτὸν κατεστάθησαν οἱ πολλοί; Τί πρὸς ἡμᾶς τὰ ἐκείνου πταίσματα; πῶς δὲ ὅλως οἱ μήπω γεγενημένοι καταδεδικάσμεθα σὺν αὐτῷ, καίτοι Θεοῦ λέγοντος· « Οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὔτε τέκνα ὑπὲρ πατέρων, ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα αὐτὴ ἀποθανεῖται; » Τίς οὖν ἂν γένοιτο πρὸς ἡμᾶς τῆς ἀπολογίας ὁ τρόπος; Οὐκοῦν ψυχὴ μὲν ἡ ἁμαρτά-

[87] Deut. xxiv, 16.

(1) Græcus quidem textus habet γενόμενος, sed malim γενόμενον.

νουσα αὐτὴ ἀποθανεῖται. Ἁμαρτωλοὶ δὲ γεγόναμεν A διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ Ἀδὰμ διὰ τοιόνδε τρόπον· Πεποίητο μὲν γὰρ ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ζωῇ, ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ βίος ἁγιοπρεπὴς ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, ὅλος ἦν καὶ διὰ παντὸς ἐν θεοπτίαις ὁ νοῦς, ἐν εὐδείᾳ δὲ καὶ γαλήνῃ τὸ σῶμα, κατηρεμούσης ἁπάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς· οὐ γὰρ ἦν ἐκτόπων κινημάτων θόρυβος ἐν αὐτῷ. Ἐπειδὴ δὲ πέπτωκεν ὑφ' ἁμαρτίαν, καὶ κατώλισθεν εἰς φθορὰν, ἐντεῦθεν εἰσέδραμον τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν ἡδοναί τε καὶ ἀκαθαρσίαι, ἀνέφυ δὲ καὶ ὁ ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἀγριαίνων νόμος. Νενόσηκεν οὖν ἡ φύσις τὴν ἁμαρτίαν διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς, τουτέστιν Ἀδάμ· οὕτως ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὐχ ὡς τῷ Ἀδὰμ συμπαραβεβηκότες, οὐ γὰρ ἦσαν πώποτε, ἀλλ' ὡς B τῆς ἐκείνου φύσεως ὄντες τῆς ὑπὸ νόμον πεσούσης τὸν τῆς ἁμαρτίας. Ὥσπερ τοίνυν ἠῤῥώστησεν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν Ἀδὰμ διὰ τῆς παρακοῆς τὴν φθορὰν, εἰσέδυ τε οὕτως αὐτὴν τὰ πάθη, οὕτως ἀπήλλακται πάλιν ἐν Χριστῷ· γέγονε γὰρ ὑπήκοος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν.

Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα.

(Cod. f. 53 b.) Διαλογεῖταί τις, φησὶ, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἐκεῖνό που, καὶ λέγει· Τύπος ἦν τοῦ μέλλοντος ὁ Ἀδὰμ, καὶ ὥσπερ ἐν ἐκείνῳ κατεστάθημεν ἁμαρτωλοὶ διὰ τὴν παράβασιν, οὕτως ἐν Χριστῷ δεδικαιώμεθα δι' ὑπακοῆς. Ἔδει τοίνυν μεσολαβοῦντος, φησὶν, οὐδενὸς τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀναφαίνεσθαι. Εἶτα ποία γέγονε τῶν διὰ Μωσέως C νόμων ὡς ἐξ ἀνάγκης ἡ χρεία; Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος μονονουχὶ καὶ ἀνίσταται λέγων· « Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. » Τὸ δὲ, παρεισῆλθεν, ἀντὶ τοῦ, παρεισβέβληκε μεταξὺ τῆς τε ἐν Ἀδὰμ κατακρίσεως καὶ τῆς ἐν Χριστῷ δικαιοσύνης. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο πάλιν τῆς τοῦ νόμου παρεισδρομῆς ἡ χρεία, σαφῶς ἀκούσει λέγοντος, Ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Τί φῄς, ὦ Παῦλε; Ἆρα καὶ ἁμαρτίας ὁ νόμος ἦν πρόξενος, καὶ πεπλήθυνται δι' αὐτοῦ τὸ παράπτωμα; Μὴ γένοιτο. Χρὴ τοίνυν κατευρῦναι τῆς μυσταγωγίας τὸν τρόπον. Ἔφη τοιγαροῦν ὁ Δαβὶδ, ὅτι « Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός. » Διεφθάρκασι μὲν γὰρ πάντες οἱ ἐπὶ D τῆς γῆς τὴν ὁδὸν αὐτῶν μετὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν· ταύτῃ τοι καὶ ἐκολάζοντο, κοινὴν μὲν ἅπαντες ὑπομείναντες δίκην τὸν κατακλυσμόν· ἰδικῶς δὲ καὶ κατὰ καιροὺς καὶ κατὰ χώρας τε καὶ πόλεις. Εἰ γὰρ καὶ νόμος οὐκ ἦν, ἀλλ' οὖν καὶ ἐξ ἐμφύτων κινημά-

verit, ipsa morietur. Nos autem peccatores effecti sumus ob Adami inobedientiam hacce ratione : Ille quidem creatus fuerat ad incorruptionem atque vitam, sanctique ejus in paradiso deliciarum mores erant, mens ejusdem divinis visionibus semper intenta, incolume corpus et tranquillum, omni turpi voluptate carens : quippe absurdis in eo motibus non tumultuantibus. Postea tamen quam in peccatum decidit, et corruptioni patuit, illico in carnis naturam voluptates impuræ irrepserunt, simulque nobis sæva lex membrorum subnata est. Peccati igitur morbum natura contraxit ob unius, id est Adami, inobedientiam : atque ita peccatores constituti sunt multi : non quod cum Adamo simul peccaverint, qui nulli prorsus erant, sed quia ejusdem atque Adamus naturæ sunt, quæ sub peccati legem cecidit (1). Sicut igitur humana in Adamo natura, ob inobedientiam, corruptionis infirmitatem nacta est, et passiones eam invaserunt, sic eadem postea per Christum liberata est, qui obediens Deo Patri fuit, et peccatum non commisit [88].

V, 20. *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum.*

Fortasse aliquis verisimili modo ratiocinabitur, ita dicens : Typus futuri Adamus erat; atque ut in illo ob transgressionem peccatores effecti sumus, ita in Christo per ejus obedientiam justi evasimus. Oportuit igitur ut, nemine interjecto, Christi justificatio iis qui erant in mundo illucesceret. Quænam ergo fuit utilitas Mosaicæ legis aut necessitas? Ad hæc rursus divus Paulus veluti ex adverso consurgens, ait : « Lex subintravit, ut peccatum abundaret. » Subintravit, dixit pro, semet interposuit inter Adami damnationem et justitiam Christi. Quinam vero fuerit hic interpositæ legis usus, manifeste ipsum dicentem audiemus : Nempe ut peccatum abundaret. Quid ais, Paule? Ergone peccati conciliatrix lex est, ejusque causa peccatum multiplicatur? Absit. Oportet igitur doctrinæ hujus explanare rationem. Dictum est a Davide : « Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non erat qui bonum ageret, ne unus quidem [89]. » Re sane vera corruperunt cuncti vias suas in mundo post Adami transgressionem : ideoque puniti fuere tum communi diluvii pœna, tum privatim etiam per subsecuta tempora in suis quisque regionibus ac civitatibus. Nam etiamsi lex nondum erat, insitis tamen naturaliter motibus erudiebantur a Deo homines ad recti cognitionem. Sed enim infelicitati addictos

[88] I Petr. II, 22. [89] Psal. XIII, 3.

(1) Famosi apud Paulum textus en Cyrilli quoque nanciscimur expositionem, quam conferre licebit præsertim cum Chrysostomo, Theodoreto ac Theophylacto. Verumtamen cavendum apprime est, ne verus peccati originalis reatus cum ejusdem pœna et effectibus confundatur; ac ne id peccatum imitatione potius, quam propagatione, ad Adami progeniem transfusum credatur. Etenim pulcherrimam hac super re non doctrinam tantummodo sed definitionem habemus in Tridentini sessione quinta. Porro et antiqui Patres, sapientia et sanctitate excellentes, consulto id non peccatum simpliciter, sed originis peccatum appellaverunt, ut in Adami posteris naturam ream hujus peccati, non voluntatem, quæ nondum natorum nulla fuit, coarguerent. Denique hac in re inter Charybdim veluti ac Scyllam, id est vitatis Pelagio ac Baio, navigandum est.

in mundo homines miseratus est Deus, consiliumque benignum cepit liberandi illos peccati tyrannide. Verumtamen recte admodum existimavit, oportere ut ii diu ante infirmi in terris viserentur, quo justificationis per Christum peractæ opportunissimus in orbem adventus appareret. Quippe illum justificari dicimus, non qui justus est, sed qui peccatis obstrictus. Quonam igitur argumento demonstrandum fuit, eos qui in terris degebant, Christi gratia eguisse? Subintravit lex, ut peccatum abundaret : nempe ut eorum, qui sub lege erant, multiplex lapsus cognosceretur, dum nemo ob infirmitatem naturæ justus fieri posset, dumque omnes fere transgressionis crimine se irretirent. Lex itaque ceu redargutio quædam posita fuit communis infirmitatis, ut humanum genus unius per Christum medicinæ ope indigere appareret. Idcirco ait : « Ubi abundavit peccatum, illic gratia superabundavit : » quæ quidem talis tantaque esse debuit, ut vim damnantis legis excederet.

VI, 3. *An ignoratis quod quicunque in Christo Jesu baptizati fuimus*, etc.

Baptizati quidem disertis verbis fuimus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Cæteroqui etiamsi dicat, In Christo Jesu baptizati fuimus (1), nihil incongruum dicit. Præcipue enim nominibus, et subsistentiis, et personarum differentiis, diversitatis proprietas distinguitur, quomodo nempe Pater se habeat ad Filium, et quomodo ad utrumque Spiritus : Pater enim Pater, est non Filius; Filius item natura est, qui ex ipso natus, et non Pater ; Spiritus denique proprie est sanctus Spiritus. Quia vero in Patre est Filius, et in Filio Pater, exsistitque Spiritus in utroque propter naturæ unitatem, etiamsi unum quisquam nominet, vi tamen theorematica universam Trinitatem denotat. Qui ergo Christum nominaverit, neque Patris obliviscetur, neque Spiritus. Cum autem factus homo, mortem pro omnium vita Jesus pertulerit, necessario beatus Paulus ad id devenit, quod propositæ doctrinæ aptissimum erat : oportebat enim eum nominare, qui passus est. Idcirco ait, quod « Quicunque baptizati fuimus in Christo Jesu, in mortem ejus baptizati fuimus. » Etenim facto nobismet antea, tanquam ex recta conscientia, bono in Christum examine (2), fideque credentes quod mortuus sit pro nobis et sepultus ac resuscitatus, peccatorum remissionem impetravimus, per baptismum peccatum exstinguentes, ac veluti cum eo, qui pro nobis mortuus est, morientes per terrenorum membrorum mortificationem. Christus enim semel mortuus est peccato ; quod autem vi-

A των ἐπαιδαγωγεῖτο παρὰ Θεοῦ πρὸς εἴδησιν τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀνθρώπου φύσις. Πεπραχότας δὴ οὖν ἀθλίως τοὺς ἐπὶ γῆς κατηλέει Θεὸς, καὶ τῆς τυραννούσης αὐτοὺς ἁμαρτίας ἀπαλλάττειν ἐν Χριστῷ φιλαγάθως ἐσκέπτετο. Ἀλλὰ δεῖν ᾠήθη, καὶ μάλα ὀρθῶς πολὺ, νοσοῦντας προαναφαίνεσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα χρειωδεστάτην ἔχουσα τὴν εἰς τὸν κόσμον εἰσβολὴν, ἡ ἐν Χριστῷ δικαίωσις ὁρῷτο λοιπόν. Δικαιοῦσθαι γάρ φαμεν οὐ τὸν ἤδη δίκαιον, ἀλλ' εἴ τίς ἐστιν ἁμαρτίαις ἔνοχος. Πῶς οὖν ἔδει προαναδείκνυσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἐν Χριστῷ χάριτος δεδεημένους; Παρεισῆλθε νόμος, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· τουτέστιν, ἵνα ἐν τοῖς ὑπὸ νόμον πολὺ φαίνοιτο τὸ παράπτωμα, μηδενὸς δηλονότι δικαιοῦσθαι δυναμένου διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς, ὑποπι- B πτόντων δὲ ὥσπερ ἁπάντων ταῖς ἐκ παραβάσεως αἰτίαις. Τέθειται τοίνυν ὁ νόμος ἔλεγχος οἷά τις τῆς ἁπάντων ἀσθενείας, ἵνα φαίνοιτο τὰ ἀνθρώπινα μόνης τῆς διὰ Χριστοῦ θεραπείας δεδεημένα. Ταύτῃ τοί φησιν· « Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις· » ἔδει γὰρ εἶναι τοσαύτην, ὡς ἀμείνω φαίνεσθαι τοῦ κατακρίνοντος νόμου.

Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, κ. τ. λ.

(Cod. f. 56 b.) Βεβαπτίσμεθα μὲν ὁμολογουμένως εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ δὲ δὴ λέγοι, Εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν βεβαπτίσμεθα, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἐρεῖ. Μάλιστα μὲν γὰρ ὀνόμασί τε καὶ ὑποστάσεσι καὶ προσώπων δια- C φοραῖς εἰς ἰδικὴν ἑτερότητα διεστήξει, πῶς Πατὴρ πρὸς Υἱὸν καὶ πρὸς ἄμφω τὸ Πνεῦμα· Πατὴρ γάρ ἐστιν ὁ Πατὴρ καὶ οὐχ Υἱός· Υἱὸς δ' αὖ πάλιν κατὰ φύσιν ὁ ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐ Πατήρ· Πνεῦμα δὲ ἰδικῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπειδὴ δὲ ἐν Πατρὶ μὲν ἔστιν ὁ Υἱὸς, ἐν Υἱῷ δὲ Πατὴρ. ὄντος ἐν ἀμφοῖν τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταὐτὸν, κἂν εἰ ἕν τις ὀνομάσῃ, δυνάμει θεωρημάτων τὴν τοῦ παντὸς δήλωσιν ἐποιήσατο. Οὐκοῦν ὁ Χριστὸν ὀνομάσας οὐκ ἀμνημονεύσει τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ Πνεύματος. Ἐπειδὴ δὲ γενόμενος ἄνθρωπος, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀνέτλη θάνατον ὁ Ἰησοῦς, κεχώρηκεν ἀναγκαίως ὁ μακάριος Παῦλος ἐπὶ τὸ ὅτι μάλιστα τῇ προκειμένῃ μυσταγωγίᾳ χρειωδέστατον· ἔδει γὰρ ὀνομάσαι τὸν πεπονθότα. Ταύτῃ τοί φησιν, ὅτι « Ὅσοι ἐβαπτίσθημεν D εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν. » Προκαταθέμενοι γὰρ ὥσπερ τὸ ἐκ συνειδήσεως ὀρθῆς ἀγαθὸν ἐπερώτημα εἰς Χριστὸν, καὶ πίστει παραδεξάμενοι ὅτι καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἐτάφη καὶ ἀνεβίω, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐσχήκαμεν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας ὑπομένοντες νέκρωσιν, καὶ οἷον τῷ δι' ἡμᾶς τεθνεῶτι συναποθνήσκοντες, διὰ τὸ νεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφ' ἅπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. Ἡμεῖς δὲ

(1) Hac de re, nempe de baptismo in nomine Jesu, legatur splendida et magna Photii quæstio XLAI inter Amphilochianas, quam nos edidimus in t. I *Script. vet.*, cum citatis ibidem in adn. recentioris quoque ævi ejusdem rei tractatoribus.

(2) Animadverte necessariam in adultorum baptismo animi præparationem.

τὸν ἴσον αὐτῷ θάνατον ὑπομένομεν, καὶ μονονουχὶ συντεθάμμεθα, τὴν αὐτοῦ νέκρωσιν περιφέροντες ἐν ἰδίοις σώμασιν, συνετάφημεν δὲ τῷ Χριστῷ. Τί δὴ ἄρα ἐντεῦθεν ἀποκερδαίνοντες, σαφηνιεῖ λέγων αὐτός· «Ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.» Δεῖ γὰρ ἡμᾶς ὡς συντεθαμμένους καὶ συνανίστασθαι νοητῶς. Καὶ εἴπερ ἐστὶ τεθνάναι τῇ ἁμαρτίᾳ τὸ συνθάπτεσθαι τῷ Χριστῷ, δῆλον ἂν εἴη δήπουθεν, ὡς οὐχ ἕτερόν τι τὸ συνανίστασθαι νοοῖτ' ἂν εἰκότως, πλὴν ὅτι τὸ ζῆν ἐν δικαιοσύνῃ. Ἐγηγέρθαι μὴν διαβεβαιοῦται Χριστὸν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, οὐχ ὡς ἰσχύος ἐπιδεᾶ, καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Κύριος, ἀλλ' ὅτι τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν τῇ τῆς ἀνωτάτω φύσεως δόξῃ προσάπτειν ἔθος αὐτῷ τε Χριστῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ. Οὐκοῦν κἂν εἴ τι λέγοιτο κατορθοῦν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, οὐκ ἐξοικειοῦμεν [cod. οὐκ ἐξ οἰκείου μὲν] τῆς ἐφ' ἅπασιν ἐνεργείας αὐτοῦ τὸν Υἱόν; Εἰ γὰρ πάντα γέγονε δι' αὐτοῦ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέν τις ὡς ἐνήργηκε διὰ Υἱοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου σώματος τὴν ἀνάστασιν; Καὶ γοῦν ὁ Υἱὸς ἐνεργὸν εἰς τοῦτο δεικνὺς ἑαυτὸν, τοῖς Ἰουδαίοις ἔφασκε· «Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.» Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως αὐτὸς ἐγείρειν ἐπαγγέλλεται τὸν ἴδιον ναὸν, καίτοι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀναστῆσαι λεγομένου. Ἐπειδὴ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ ζωοποιὸς δύναμις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἴδιον ἐζωοποίει ναόν.

Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, κ. τ. λ.

Ὁμοίωμα θανάτου (1) ὁ Χριστοῦ θάνατος, διὰ τὸ μὴ ἀπομεμενηκέναι τῷ θανάτῳ, ἀλλ' ἀναβιῶναι τριήμερον.

[Rursus cod. f. 58.] Χρῆναί φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοὺς συντεθαμμένους Χριστῷ καὶ συναναστήσεσθαι προσδοκᾷν. Καὶ τὸ μὲν *σύμφυτοι* τὸ οἱονεὶ σύμμορφοί τε καὶ ταυτοειδεῖς νοητῶς ὑπεμφήνειεν ἄν. Πλὴν ἐκεῖνο περιαθρεῖν ἀναγκαῖον· τέθεικεν ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ Ἐμμανουὴλ καὶ ἀπέθανε κατὰ σάρκα· συντεθάμμεθα δὲ αὐτῷ τινα δὴ τρόπον ἡμεῖς οἱ βεβαπτισμένοι. Ἆρα ὡς ἀνατλάντες σὺν αὐτῷ τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον; Οὐ μὲν οὖν. Πῶς οὖν ἄρα σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, φέρε δὴ, φέρε λέγωμεν. Ἀπέθανε μὲν γὰρ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ἵνα λύσῃ τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· ἀποθνήσκομεν δὲ ἡμεῖς οὐ κατά γε τὴν σάρκα ποθὲν, ἀλλὰ τῇ ἁμαρτίᾳ, καθὰ γέγραπται, τουτέστιν, ἀεργῆ τε καὶ ἄπρακτον ἐν ἑαυτοῖς ἀποφαίνοντες τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ κατανεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν. Σύμφυτοι δὴ οὖν γεγόναμεν, οὐχὶ δὴ μόνον τῷ κατὰ σάρκα θανάτῳ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Τοῦτο δ' ἂν εἶναι νοοῖτο τὸ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ἀποθανεῖν, καὶ

A vit, Deo vivit. Nos vero parem illi mortem obivimus, ac pene cum ipso sepulti fuimus: quippe dum ejus mortificationem propriis in corporibus circumferimus, Christo sumus consepulti. Quid autem inde lucrati simus, ostendit Apostolus dicens: «Ut sicuti surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus.» Namque oportet nos, uti sepulti fuimus, sic et resurgere spiritaliter. Jam quia peccato mori idem valet quod Christo consepeliri, satis constat quod et resurgere nihil aliud merito intelligendum sit, nisi vivere cum justitia. Porro resurrexisse Christum affirmat per gloriam Patris, non quod propriis careret viribus: est enim ipse virtutum Dominus: sed quia quæ supra hominis B naturam sunt, ea supernæ naturæ gloriæ ascribere mos fuit tum Christi, tum ejus discipulorum. Itaque et cum dicimus aliquid fieri a Deo Patre, nonne participem cujusvis patrati ab eo operis facimus Filium? Nam si omnia sunt facta per Filium, quis ambigat quod ipsius quoque sacri corporis resurrectio facta sit per Filium? Quare ipse Filius operatorem semet ejus rei demonstrans, aiebat Judæis: «Solvite templum hoc, et tribus ego diebus rursus idem ædificabo [60].» Videsis igitur quomodo ipse suscitaturum se promittit templum suum, etiamsi alibi dictum sit a Deo Patre suscitatum: nam quia ipse Dei Patris vivifica virtus est, idcirco proprium templum vivificavit.

C VI, 5. *Si enim complantati fuimus similitudini mortis ejus*, etc.

Similitudo mortis mors Christi, quia non in morte manens post tres dies surrexit.

Oportere divus Paulus ait consepultos Christo similem illi resurrectionem exspectare. Jamvero vocabulum *complantati* videtur denotare conformes ac ejusdem veluti intellectualis speciei. Sed tamen illud animadvertendum est: posuit pro nobis animam suam Emmanuel, mortuusque in carne est; nosque adeo cum illo quodammodo sepulti fuimus, quotquot baptismum recepimus. Num quasi cum ipso carnis mortem experti? Minime id quidem. Age igitur, quomodo complantati fuerimus similitudini mortis ejus, explanemus. D Mortuus est in carne Christus, ut mundi peccatum solveret: morimur nos haud equidem aliquando carni, sed culpæ, sicuti scriptum est; nimirum cum peccati vires intra nos infringimus, terrena membra mortificando, id est fornicationem, immunditiam, libidinem, pravam cupiditatem, et avaritiam. Complantati itaque evadimus, haud tantum Christi secundum carnem morti, verum etiam similitudini mortis ejus. Hoc autem intelligendum est de morte Christi pro peccato, non tamen pro-

[60] Joan. II, 19.

(1) Œcumenii Catena, p. 275.

prio, quod omni veritate abhorret: est enim Deus immaculatus, et omni peccandi facultate alienus: sed pro mundi peccato, ut dixi, mortuus est. Quod enim mortuus est culpæ, semel mortuus est. Qui ergo consiti fuimus similitudini mortis ejus, consiti pariter erimus atque conformes ejusdem resurrectioni; quippe in Christo vivemus. Profecto reviviscet caro; sed tamen et alia ratione vivemus, nostram animam ipsi dedicantes, transformati ad sanctitatem et gloriosæ vitæ genus in sancto Spiritu.

VI, 6. *Hoc scientes, quod vetus noster homo*, etc.

Quisnam sit vetus noster homo, quodve corpus peccati destructum, et quomodo cum Christo crucifixum, disquirere opus est. Fortasse nonnulli existimabunt, peccati corpus dici terrenam carnem, pœnæ veluti instar animæ copulatam, propterea quod ante corpora hæc peccaverit. Nonnullis enim ita sentire ac loqui placet (1). Cum tamen hæc ethnicorum sententia sit, eam nos ceu veritate alienam abjiciamus. Itaque corpus peccati veteremque nostrum hominem, corpus terrenum dicit, quod ab Adami vetustate necessitatem corruptionis sortitum est: namque in illo primo damnati fuimus. Insuper infirmitatis instar contraxit voluptatis studium: ita enim naturaliter se habet caro ob congenitos motus. Quomodo ergo cum Christo crucifixus homo est? Factus est homo Unigenitus, terrenaque carne indutus est, ut dixi, quæ ad mortem usque tanquam ex Adami vetustate infirmatur, quæque suapte ob insitos motus ad peccatum acuitur. Sed lex quidem peccati in sancta purissimaque Christi carne quiescebat, nullamque absurdam in ipso humanam passionem commotam esse dicimus, sed eas tantum quæ inculpabilem motum habent, famem, inquam, sitim, fatigationem et quæcunque in nobis etiam, lege naturæ, extra culpam sunt. Attamen etiamsi in Christo nullos habuit motus lex peccati, quia humanati Verbi virtute et opera sedabatur; nihilominus, si carnis natura per se ipsa consideretur, ea vel in Christo haud alia quam in nobis comperietur. Crucifixi itaque cum eo fuimus, quo tempore caro ejus crucifixa fuit, quæ universam quodammodo in se naturam continebat: sicuti etiam in Adamo, quo tempore in maledictionem incurrit, natura universa maledictionis morbum contraxit. Sic enim et consurrexisse nos cum Christo dicimus, et in cœlis considere. Etiamsi enim excedit nostram conditionem Deus Emmanuel, attamen quia versatus est apud nos, tanquam ex nobis unus, postea resurrexit et considet cum Deo Patre. Igitur simul crucifixus est vetus homo: soluta est enim per resurrectionem priscæ illius maledi-

A οὐχ ὑπέρ τε τῆς ἰδίας, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· καὶ γάρ ἐστιν ἄμωμος ὁ Θεὸς, καὶ τοῦ δύνασθαι πλημμελεῖν ἀπωτάτω· ἀλλ' ἵνα, ὡς ἔφην, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ἁμαρτίας. Ὃ γὰρ ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφ' ἅπαξ. Οὐκοῦν σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐσόμεθα δὲ πάντως σύμφυτοί τε καὶ ταυτοειδεῖς καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· ζησόμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ. Καὶ ἀναβιώσεται μὲν ἡ σάρξ, ζησόμεθα δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, αὐτῷ τὴν οἰκείαν ἀναθέντες ψυχὴν, μεταστοιχειούμενοί τε πρὸς ἁγιασμὸν καὶ εἰς εὐκλεᾶ πολιτείαν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.

Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, κ. τ. λ.

(Cod. f. 59. b.) Τίς ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος,
B ποῖον δὲ δὴ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας τὸ καταργούμενον, καὶ τίνα δὴ τρόπον συνεσταυρώθη Χριστῷ, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον. Ἴσως μὲν οὖν οἰήσονταί τινες ἁμαρτίας εἰρῆσθαι σῶμα τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα, καθάπερ ἐν τάξει δίκης τῇ τοῦ ἀνθρώπου δοθεῖσαν ψυχῇ, διὰ τὸ καὶ πρὸ σωμάτων ἡμαρτηκέναι. Δοκεῖ γάρ ὧδέ τισι καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν. Ἑλλήνων δὲ οὖσαν τὴν δόξαν ὡς οὐκ ἀληθῆ διωσώμεθα. Σῶμα τοίνυν ἁμαρτίας καὶ παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον, τὸ σῶμα λέγει τὸ ἀπὸ γῆς, ἔχον ὥσπερ ἐκ παλαιότητος τῆς ἐν Ἀδὰμ τὸ καταφθείρεσθαι δεῖν· καταδεδικάσμεθα γὰρ ἐν ἐκείνῳ καὶ πρώτῳ. Ἠῤῥώστηκὸς δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τὸ φιλήδονον· ἔχει γὰρ οὕτω κατὰ φύσιν ἡ σὰρξ ἐξ ἐμφύτων κινημάτων. Πῶς οὖν ἄρα συνεσταύρωται τῷ Χριστῷ; Γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Μονο-
C γενὴς, καὶ σάρκα τὴν ἀπὸ γῆς ἠμπέσχετο καταῤῥωστοῦσαν, ὡς ἔφην, ὡς ἐκ παλαιότητος τῆς ἐν Ἀδὰμ τὸν θάνατον, ὠδίνουσαν δὲ ὥσπερ ἐν αὐτῇ καὶ τὸ ἐξ ἐμφύτων κινημάτων ἀκονᾶσθαι πρὸς ἁμαρτίαν. Κατηρεμεῖ μὲν τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ πανάγνῳ σαρκὶ τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὔ τί που κεκινῆσθαί φαμεν ἐν αὐτῷ τὰ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ἐκτοπώτερα, πλὴν ὅσα τὴν κίνησιν ἀδιάβλητον ἔχει, τὸ πεινῆν δὴ λέγω, καὶ τὸ διψῆν, καὶ τὸ κοπιᾷν, καὶ ὅσα καὶ παρ' ἡμῖν ὁ τῆς φύσεως νόμος ἔξω τετήρηκεν αἰτίας. Ὅμως εἰ καὶ μὴ κεκίνηται τυχὸν ἐν Χριστῷ τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, διά τοι τὸ κατηυνάσθαι τῇ τοῦ οἰκονομοῦντος Λόγου δυνάμει τε καὶ ἐνεργείᾳ, ἀλλ' οὖν ὅταν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ τῆς σαρκὸς δοκι-
D μάζεται φύσις, κἂν εἰ ἐν Χριστῷ νοοῖτο τυχὸν, οὐχ ἑτέραν οὖσαν παρὰ τὴν ἡμῶν εὑρήσομεν. Συνεσταυρώμεθα τοίνυν αὐτῷ, σταυρωθείσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, καὶ οἷον ὅλην ἐχούσης ἐν ἑαυτῇ τὴν φύσιν· καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν Ἀδὰμ, ὅτε γέγονεν ἐπάρατος, ὅλη νενόσηκε τὴν ἀρὰν ἡ φύσις. Οὕτω γὰρ καὶ συνεγηγέρθαι λεγόμεθα τῷ Χριστῷ, συγκαθῆσθαι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, ἀλλ' οὖν ἐπεί τοι γέγονε καθ' ἡμᾶς ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ἐγήγερταί τε καὶ συνεδρεύει τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Συνεσταυρώθη τοίνυν ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος· λέλυται γὰρ διὰ τῆς ἀναστάσεως τῆς

(1) Confer Porphyrii opusculum ad Marcellam apud nos *A. class.* t. IV, cum scholiis, quod quidem nominatim, ut ibi diximus p. 360, legebat noster Cyrillus. Item, si placet, legantur Procli partes variæ a nobis editæ ex codice Vaticano *A. class.* t. I, et *Spicil. Rom.* t. VIII.

ἀρχαίας ἐκείνης ἀρᾶς ἡ δύναμις· (1) κατήργηται δὲ καὶ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως ἡ σὰρξ, ἀλλὰ τῶν ἐν αὐτῇ κινημάτων ἡ ἔμφυτος ἀγριότης, κατασείουσα μὲν ἀεὶ πρὸς τὰ αἴσχιω τὸν νοῦν, ἐνιεῖσα δὲ ὥσπερ πηλῷ καὶ τέλμασι ταῖς γεωδεστέραις ἡδοναῖς. Ὅτι γὰρ ἐν Χριστῷ καὶ τοῦτο κατώρθωται τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Παύλου λέγοντος ἐναργῶς· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. » Ὁρᾷς οὖν ὅπως τὸ τῆς ἁμαρτίας κατήργηται σῶμα; Κατακέκριται γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ τῆς ἁμαρτίας τὸ κέντρον· καὶ νενέκρωται μὲν ἐν πρώτῳ Χριστῷ, διαβέβηκε δὲ παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ χάρις.

Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί; γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ.

(Cod. f. 69. b.) Πανταχοῦ ἐπισφαλὲς ἀποφαίνει τὸ ὑπὸ νόμῳ κεῖσθαι ζητεῖν· προτρέπει δὲ μᾶλλον ἐφίεσθαι καὶ ὅλῃ διανοίᾳ διψῆν τὴν διὰ πίστεως χάριν, τουτέστι τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν· ᾧ καὶ συντεθάφθαι διισχυρίσατο τοὺς βεβαπτισμένους, ἵνα νεκρωθέντες τῇ ἁμαρτίᾳ, Θεῷ ζήσειαν ἐν δικαιοσύνῃ. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· « Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, μὴ δὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ. Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐκέτι κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ἀποφοιτᾶν ἐπιτάττει τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς, ὑποτρέχειν δὲ μᾶλλον τὴν ἐν Χριστῷ χάριν. Πλὴν οὐκ ἠγνόησεν ὁ πνευματοφόρος ὅτι δὴ πάντως ἐροῦσί τινες, ἤγουν διαλογιοῦνται, ὅτι διημαρτήκασιν ἄρα τῆς εὐθείας ὁδοῦ καὶ ζωῆς οἱ πατέρες· ὤνησε δὲ αὐτοὺς ὁ νόμος οὐδὲν, καὶ φροῦδά πως ἤδη τῆς ἐκείνων πολιτείας τὰ αὐχήματα. Εἰ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων τὸ ὑπὸ νόμῳ κεῖσθαι ζητεῖν, καὶ ἦν οὗτος τοῖς ἀρχαίοις ὁ τοῦ βίου σκοπὸς, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν ὡς τοῦ πρέποντος διημαρτήκασιν; Ἀγωνίζεται τοίνυν ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ· καὶ ὑποπλάττεται μὲν εὐφυῶς τὸ καὶ αὐτοῖς βούλεσθαι συνειπεῖν τοῖς ὑπὸ νόμον βεβιωκόσι, περιτρέπει δὲ ποικίλως, εἴς γε τὸ δεῖν οἴεσθαι καιροῦ καλοῦντος εἰς πίστιν, μὴ λίαν ἐθέλειν τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσιν ἐμφιλοχωρεῖν. Ταύτῃ τοί φησιν· « Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοὶ, γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ; » Ὅρος οὗτος γενικὸς κατά τε νόμου παντὸς καὶ τῶν ὑπὸ νόμον. Ἅπασι μὲν γὰρ τοῖς ὑπὸ σκῆπτρα βασιλέων διορίζουσι νόμοι τό τε πρακτέον, καὶ τὸ μή· ἰσχύουσι δὲ παρά γε τοῖς ζῶσιν ἔτι· εἰ δὲ δή τις τῶν ὑπὸ νόμον τῆς ἐνσωμάτου ζωῆς ἀπαλλάττοιτο, συναπεδύσατο τῇ ζωῇ καὶ τῶν νόμων τὴν ἐξουσίαν. Εἰ γὰρ πέπαυ-

A ctionis vis, destructumque fuit corpus peccati, non tamen ipsa caro, sed congenita illi perturbationum sævitia, quæ semper mentem ad turpia impellit, cœnoso veluti limo terrenis voluptatibus irretitam. Quod autem et hoc ipsum in humana natura per Christum correctum fuerit, quis dubitabit? dicente palam Paulo: « Quod erat in lege impossibile, et carnis causa infirmum, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et ob peccatum, damnavit in carne peccatum. » Viden' igitur quomodo peccati corpus destructum fuerit? Damnatus est enim in carne stimulus peccati: et peccatum quidem primo in Christo mortificatum fuit, mox ab hoc et per hunc in nos gratia pertransiit.

B

VII, 1. *An ignoratis, fratres? scientibus enim legem loquor.*

Prorsus in lubrico versari demonstrat, si quis sub lege manere satagit: hortaturque ut tota potius mente gratiam per fidem exoptemus, id est in Christo justificationem, quicum esse consepultos eos qui baptizati sunt confirmat, ut peccato mortui, Deo vivant in justitia. Quare et superius aiebat: « Non itaque regnet peccatum in corpore vestro mortali, ita ut hujus cupiditatibus obsequamini; neque exhibeatis membra vestra arma injustitiæ peccato: sed exhibete vos Deo tanquam e mortuis revocatos, vestraque membra arma ju-
C stitiæ Deo. Quippe vestri ulterius non dominabitur peccatum: non enim jam sub lege estis, sed sub gratia [61]. » Videsis itaque quomodo ab umbra legis discedere jubet, atque ad Christi potius gratiam transmigrare. Cæterum non ignorabat inspiratus vir, nonnullos prorsus fore dicturos, sive secum reputaturos, quod majores nostri a recta via vitaque recesserint; nihil enim eos juvit lex, vanaque fuit Hebraicæ vitæ gloriatio. Etenim si absurdum est optare vitæ sub lege agendæ conditionem, cum tamen hæc fuerit priscorum vivendi ratio, quidni vere dicetur eos a recto consilio deviasse? Contendit ergo Apostolus Christi assecla, simulatque egregie, idem se dicere velle quod ii qui sub lege degunt; sed ita sermonem versat, ut ju-
D dicandum sit, quandoquidem ad fidem tempus invitat, haud jam in antiquis ritibus pertinaciter esse manendum. Idcirco ait: « An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor, quod lex dominatur homini quandiu vivit? » Est enim hic universalis finis cum omnis legis, tum eorum qui sub lege sunt. Nam cunctis qui sub regum sceptro degunt, definiunt leges quid agendum sit, quidve secus: sed leges vita hominis incolumi vigent: nam ut quisque, qui sub lege erat, corporalem vitam deserit, una cum vita legum quoque imperium ab-

[61] Rom. VI, 12-14.

(1) Conf. Œcumenium, p. 276.

jicit. Statim ac enim peccare cessaverit, lex quoque erga ipsum cassa evadet. Vere itaque dictum est, legem tandiu homini dominari, quandiu hic in vivis versatur. Cæteroqui quinam sit hujus sermonis scopus, edisserere opus est. Duo simul egregia affert. Nos enim, ait, qui Christo in baptismate consepulti fuimus, et peccato mortui, extra legis potestatem excessimus, in aliam vitam transformati. qui vero ante Christi adventum fuerunt, nondum in ipso spiritalem mortem perpessi, vivebant adhuc peccato. Viventes igitur sub legis jure erant, prorsus uti mulier in viri potestate est: nam sicuti conjugio devincta mulier, vivente viro legitimo, haud impune cum alio se copulaverit; secus vero, illo exstincto, extra legis vindictam fiet, si novum conjugium legitima etiam forma inire voluerit [62]: pari ego, ait, ratione arbitror, eos qui nondum in Christo peccati mortificationem sunt experti, quique adhuc quodam modo in peccato vivunt, eos, inquam, merito sub lege versari, quæ homini quandiu vivit dominatur. Verumenimvero qui sub Christi gratia sunt, ob quam peccato sunt mortui, et in carne, id est, in passionibus carnis mortificati, dummodo mundo jam non vivant, inculpabilem ducunt extra legem vitam. Mortui sunt enim, ut dixi, per Christi corpus, et legi mortui, justificati per fidem sunt.

VII, 5. *Cum enim in carne essemus, peccatorum passiones, quæ per legem erant, operabantur*, etc.

Carnem dicit carnalem affectum, ut et alibi ait: « Qui vero sunt in carne, Deo placere nequeunt [63]. » Quidni autem hoc verum sit? Ceu nondum carne liberatis, proselytis suis hæc denuntiat. Quid autem significare velit, inquirendum est. Cum, inquit, carnaliter vivebamus, et terrenis regebamur affectibus, tunc operabantur in nobis carnis passiones, ut morti fructificarent. Quid ergo, dicet aliquis? Carnis passiones a lege invectæ sunt? Quomodo ergo legem a crimine defendemus? Quid, inquam, ad hæc dicimus? Haud equidem a lege concitantur carnis in nobis passiones, potius vero gignuntur ex congenita nobis voluptate, hæque infirmam mentem pessumdant. Quod ipse nobis demonstrat dicens: « Caro adversus spiritum concupiscit, spiritus vicissim adversus carnem, hæc enim invicem adversantur. » Nunc hoc omisso, resistere carnem spiritui dicit, nihil interjiciens. Non igitur a lege, sed a naturali indole carnales intra nos commoventur passiones: quodque magis mirari licet, legis ipsius voluntati repugnant, ut alibi Paulus ait [64]: quod nempe carnis affectus inimicus Deo sit: non enim Dei legi subjectus est, neque id fieri potest. Quod si carnis affectus legi repugnat, quidni sit insanum existimare, ab ipsa lege commoveri passiones quæ eidem tantopere adversantur? Quid ergo Paulus dicit? Nempe loquitur tanquam mortuis peccato, et per baptismum

A ται τοῦ πλημμελεῖν, ἀπρακτήσει που πάντως; καὶ ὁ νόμος ἐπ' αὐτῷ. Ἀληθὲς οὖν ὅτι κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Καὶ τίς ἄρα ἐστὶν ὁ τοῦ λόγου σκοπὸς, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Δύο κατ' αὐτὸν εἰσκομίζει χρήσιμα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ, φησὶν, οἱ συντεθαμμένοι Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, οἱ ἀποθανόντες τῇ ἁμαρτίᾳ, ἔξω γεγόναμεν τῆς ἐξουσίας τοῦ νόμου, μετεστοιχειώμεθα γὰρ εἰς ζωὴν ἑτέραν· οἱ δέ γε πρὸ τῆς ἐπιδημίας, οὔπω τὸν ἐν Χριστῷ νοούμενον θάνατον ὑπομείναντες, ἔζων ἔτι τῇ ἁμαρτίᾳ. Ἐκράτει δὴ οὖν ὡς ζώντων ὁ νόμος, καθάπερ ἀμέλει καὶ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· ὥσπερ γὰρ ἡ ὕπανδρος γυνὴ, ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ κατὰ νόμον συνῳκηκότος, οὐκ ἀνεύθυνον ποιεῖται τὴν ὑφ' ἑτέρῳ σύνοδον· εἰ δὲ δὴ τεθναίη, φησὶν, ἔξω κείσεται δίκης, κἂν εἰ ἕλοιτο B τοῦτο δρᾷν ἐννόμως· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον οἱ μήπω τῆς ἁμαρτίας τὴν νέκρωσιν ἔχοντες ἐν Χριστῷ, ζῶντες δὲ ὥσπερ ἐν αὐτῇ, πεπράχασιν εἰκότως καὶ ὑπὸ νόμον· κυριεύει γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Οἱ δέ γε ὑπὸ χάριν ἤδη γεγονότες τὴν ἐν Χριστῷ, δι' ἧς καὶ τεθνήκασι τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ νενέκρωνται τῇ σαρκὶ, τουτέστι τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, εἰ μηκέτι χρηματίζουσιν ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ, ἀκαταιτίατον ποιοῖντο ἂν τὴν ἔξω νόμου ζωήν. Τεθανάτωνται γὰρ, ὡς ἔφην, διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπέθανον τῷ νόμῳ, δικαιούμενοι διὰ πίστεως.

Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο, κ. τ. λ.

C (Cod. f. 71. b.) Σάρκα μὲν τὸ σαρκικὸν ὀνομάζει φρόνημα, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις φησίν· « Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. » Καίτοι πῶς οὐκ ἀληθές; Ὡς οὐκ ἔξω γεγονόσι τοῖς παρ' αὐτοῦ μυσταγωγουμένοις τὰ τοιάδε παρεγγυᾷ. Τί δὲ βούλεται δηλοῦν, πολυπραγμονεῖν ἀναγκαῖον. Ὅτε τοίνυν σαρκικῶς ἐπολιτευόμεθα, φησὶ, καὶ τὸ γεῶδες ἐν ἡμῖν ἐκράτει φρόνημα, τότε καὶ ἐνηργεῖτο ἐν ἡμῖν τὰ τῆς σαρκὸς πάθη διὰ τοῦ νόμου πρὸς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. Τί οὖν; φαίη τις ἄν. Τὰ πάθη τῆς σαρκὸς εἰσεκομίσθη διὰ τοῦ νόμου; Εἶτα πῶς αὐτὸν ἐγκλημάτων ἀπαλλάξωμεν; Τί οὖν πρὸς τοῦτό φαμεν; Οὐ διὰ νόμου τὰ τῆς σαρκὸς ἐν ἡμῖν κεκίνηται πάθη, τίκτεται δὲ μᾶλλον καὶ ἐξ ἐμφύτου μὲν ἡδονῆς, D τὸν δὲ ἀσθενῆ καταληΐζεται νοῦν. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐμφανὲς καθίστησι λέγων· « Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς, ταῦτα δὲ ἀλλήλοις ἀντίκειται. » Νυνὶ δὲ τοῦτο παρεὶς, ἀντεξάγειν τὴν σάρκα τῷ πνεύματί φησι, διὰ μέσου τιθεὶς οὐδέν. Οὐκοῦν οὐ διά γε τοῦ νόμου τὰ τῆς σαρκὸς ἐν ἡμῖν κινεῖται πάθη, μᾶλλον δὲ φυσικῶς· καὶ τό γε παράδοξον τοῖς τοῦ νόμου θελήμασιν ἀντανίσταται, ὡς αὐτός πού φησιν ὁ Παῦλος, ὅτι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται. Εἰ δὲ μάχεται τῷ νόμῳ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, πῶς οὐκ ἀπόπληκτον ἐννοεῖν δι' αὐτοῦ κινεῖσθαι πρὸς ἐνέργειαν τὰ οὕτως ἀνθεστηκότα; Τί οὖν ὁ Παῦλός φησιν; Ὡς

[62] I Cor. VII, 39. [63] Rom. VIII, 8. [64] Rom. VII, 23.

A τεθνεῶσι τῇ ἁμαρτίᾳ διαλέγεται τοῖς διὰ τοῦ βαπτίσματος συντεθαμμένοις Χριστῷ, καὶ ὡς ἤδη τὴν τῶν παθῶν νέκρωσιν πεπλουτηκόσιν, οἷς ἂν πρέποι καὶ τὸ ἔξω δεῖν ἰέναι τοῦ νόμου, διά γε τοῦ ἀπηλλάχθαι παθῶν τῶν διὰ τοῦ νόμου καταδεδικασμένων. Οὐκοῦν ἔτι μενόντων ἡμῶν ἐν τῷ φρονήματι τῆς σαρκὸς, πάθη τὰ διὰ τοῦ νόμου κατειρημένα τε καὶ ὠνομασμένα, φησὶν, ἐνηργεῖτο ἐν ἡμῖν· ἦμεν δὲ καὶ ὑπεύθυνοι τὸ τηνικάδε τῷ νόμῳ, ἅτε δὴ καὶ ζώσης ἐν ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας ἔτι.

Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα.

(Cod. f. 73.) Ἔνοχοι μὲν γὰρ ἦμεν τῷ νόμῳ, φησὶν, ὑποθείσης ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας αὐτῷ. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν ἐν ᾧ κατειχόμεθα, τουτέστι τῇ ἁμαρτίᾳ, B συναπρακτήσει πάντως αὐτῇ καὶ ὁ νόμος· τεθέσπισται γὰρ δι' αὐτὴν, ἵνα ἐλέγχῃ τοὺς παραβαίνοντας. Ἔξω δὴ οὖν τῆς τοῦ νόμου χρείας, οἱ τῇ ἁμαρτίᾳ νενεκρωμένοι· γεγόναμεν γὰρ ἑτέρῳ, καὶ αὐτῷ δουλεύσωμεν ἐν καινότητι Πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.

Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὁ νόμος ἁμαρτία;

(Cod. f. 75.) Ἄθρει δὴ ὅπως σοφῶς τοὺς ἐπὶ τῷ νόμῳ ποιεῖται λόγους. Ἔφη μὲν γὰρ, ὅτι « Ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. » Ἀπήλλακτο δ' ἂν οὐδαμῶς ὑποψίας ὁ λόγος. Ἔφη γὰρ ἄν τις πρὸς ταῦτα εὐθύς· C Βραβευτὴς οὖν ἄρα καὶ εἰσηγητὴς ἁμαρτίας ὁ νόμος; Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὲς ὡς ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται δι' αὐτοῦ τὰ παθήματα τῆς σαρκὸς, πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο καὶ ἁμαρτίας γένεσις; Τί οὖν ὁ μυσταγωγός; Δριμὺς ὑπαντᾷ, καὶ ἀποφάσκει μὲν ὅτι πατὴρ ἁμαρτίας ὁ νόμος, αἰτιᾶται δὲ μᾶλλον τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὡς ἀσθενῆ καὶ δι' αὐτοῦ παθοῦσαν τὸ ἐναλῶναι δίκαις. Ταύτῃ τοί φησι· « Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. » Ὅρα τὴν νῆψιν. Οὐ γὰρ ἔφη, Τὴν ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον, εἴ μὴ διὰ νόμου, ἀλλ' ὅτι μὴ ἔγνω μᾶλλον αὐτήν. Οὐκοῦν οὐ πρόφασις ἁμαρτίας ὁ νόμος, παραδεικτικὸς δὲ μᾶλλον αὐτῆς τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτὴν ἐμφανῆ καθιστὰς, οὐχ ἵνα μαθόντες ἐργάσαιντο, εἴ γε καὶ πρὶν εἰδέναι, πάντως που καὶ D ἔδρων· οὐ γὰρ ἦν δίκαιος, κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν· ἀλλ' ἵνα τὸ ἀδικοῦν εἰδότες, πρὸς τὰ ἀμείνω μεταχωρήσειαν. Καί μοι δοκεῖ γενέσθαι τι τοιοῦτον τοῖς ἀρχαιοτέροις διὰ τῆς Μωσέως ἐντολῆς. Ὑποκείσθω τῷ λόγῳ πλατεῖά τις οἶμος ἀποκομίζουσά ποι, καὶ διεῤῥίφθω μὲν ἐν αὐτῇ πολλὴ διὰ μέσου χερμὰς, ὀρωρύχθω δὲ, εἰ δοκεῖ, καὶ βόθροι· εἶτά τινες ἔστωσαν οἱ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ βαδίζοντες ἐν αὐτῇ, περιπταίοντές τε καὶ μάλα συχνῶς τοῖς διὰ μέσου κειμένοις, καὶ μὴν βόθροις ἀβουλήτως ἐγκαθιέμενοι. Ἔχοντος δὲ ὧδε τοῦ πράγματος, δᾷδά τις λαβὼν ἐπ' αὐταῖς ἔστησε ταῖς τριόδοις, ἐμφανῆ καθιστὰς τοῖς

[68] Psal. XIII, 3.

cum Christo sepultis, et qui jam passionum mortificationem sint adepti: quos deinceps decet extra legis quoque fines prodire, quandoquidem sunt liberati passionibus quæ a lege condemnantur. Ergo nobis adhuc perseverantibus in carnis affectu, passiones quas lex nominat ac designat, intra nos operabantur: atque eatenus eramus legi obnoxii, quatenus peccatum in nobis vivebat.

VII, 6. *Nunc expediti sumus a lege, ei rei demortui a qua tenebamur.*

Obnoxii quidem legi, inquit, eramus, cui nos peccatum subjecerat. Quod si mortui sumus ei a quo tenebamur, id est peccato, cessabit prorsus cum hoc etiam lex quæ idcirco est constituta, ut transgressores coarguat. Non est igitur opus lege iis qui mortui sunt peccato: transivimus enim in jus alterius, cui in novitate Spiritus serviendum a nobis est, et non in litteræ vetustate.

VII, 7. *Quid ergo dicemus? Num ergo lex peccatum?*

Animadverte quam sapienter de lege verba facit. Ait quippe: « Cum in carne eramus, peccatorum secundum legem passiones in membris nostris operabantur, ut morti fructificarent. » Non tamen caret dubitatione hic sermo. Namque ad hæc illico dicet aliquis: Ergone arrha et conciliatrix peccati est lex? Nam si revera propter ipsam operantur in nobis carnis passiones, quidni intelligere oportet, fontem esse peccati legem? Quid vero sacer doctor? Asper occurrit, et negat parentem esse peccati legem; humanam vero naturam incusat, quæ ob suam imbecillitatem legalibus pœnis semet facit obnoxiam. Idcirco ait: « Quid ergo dicemus? Lex est peccatum? Absit; sed peccatum non novi nisi per legem. » Animadverte vigilantem dictionem. Non enim ait, Peccatum non habui nisi per legem; sed ait potius, se nonnisi per legem illud nosse. Non est ergo occasio peccati lex, sed demonstratrix potius ipsius, palam id faciens iis qui id ignorabant; non ut eo cognito mox et perpetrarent, qui imo vel antequam agnoscerent, id ipsum commiserant: non enim erat aliquis justus, ut ait Psalmista [68]: sed ut peccato cognito, ad meliora converterentur. Mihi sane videntur prisci homines in ea, quam describam, conditione per Moysis legem fuisse constituti. Sit nempe coram nobis proposita, verbi gratia, lata via ad certum terminum ducens; projiciatur in ea multus lapis, vel etiam ibi effodiantur, si libet, foveæ; tum sint quidam tenebrosa nocte per eam iter carpentes, qui sæpe et multum in obvia offendicula illa incurrant, vel etiam incauti foveis superveniant. Atque his ita se habentibus, facem aliquis statuat in

triviis, quæ intermedia loca illuminet, haud sane ut ii rursus concidant, sed ut prætervolent potius et vitent calamitatem. Ergone culpabilem se lux exhibuit, quæ periculi admonitos fecit? An illud potius affirmandum, plurimam illis attulisse utilitatem, quos reddidit securiores? Nempe hoc nemini non exploratum existimo. Quia igitur nos peccatores ac in plurimas culpas decidui, per legem peccatum agnovimus, non idcirco legem peccati instar habere aut vocitare licet, id quod omni veritate caret; sed ea peccati, ut dixi, demonstratrix est.

VII, 8. *Sine lege enim peccatum mortuum erat.*

Nisi constituta, inquit, fuisset iniquitati coarguendæ lex, inefficax malum esset: namque hoc vires quodammodo a lege sumit; et sane nonnullis debilior fieret voluptatis stimulus, si nemo vetaret: imo vero is propemodum obtunditur, si lata peccandi licentia sit: namque ubi nihil resistit, ibi plerumque studium infringitur. Mortuum igitur peccatum est, lege quid agendum sit *non* (1) discernente. Utique se olim sine lege vixisse ait doctor: dein lege superveniente, revixisse peccatum, sibi autem mori contigisse asserit: namque in his ex persona propria facit sermonem. Atque ego quidem existimo, eum aliquid hujusmodi velle significare: nempe sine dubio is etiam qui ignoranter peccat, reus est; scienti tamen graviorem pœnam esse paratam, testatur Servator dicens: « Qui sciverit voluntatem domini sui, nec fecerit, multis vapulabit; qui autem nesciverit, nec fecerit, paucis punietur [66]. » Patet igitur multo levius ignorantem peccare, quam qui legem cognovit. Jam si quis ad legis jugum accesserit, qui ante sine lege degerat, et nihilominus imperata facere detrectaverit, peccati criminationem incurret, pœnæque reus fiet. Tunc is ob ignaviam suam dolens, adversus legis severitatem ferme exclamat dicens: « Ego sine lege pridem vivebam: superveniente dein præcepto, peccatum vixit, ego perii. » Nam si mortuum revera est sine lege peccatum, quidni credibile est vitam quodammodo a lege accepisse peccatum, quia per illam innotuit, et spirans veluti effectum est, quanquam antea non erat cognitum, etsi in nobis reapse exsistebat? Non enim justi eramus; sed mortuo veluti peccato, quia non aderat damnans lex, vivebamus nos decorum inscitiæ prætextum habentes: « Namque ubi non est lex, ibi transgressio nulla [67], » ut ipsemet dicit. Sic interveniente præcepto, revixit quodammodo a morte sua peccatum, necnon debita peccantibus ex infirmitate vindicta. Quid inde porro? Res insperata præterque exspectationem nobis accidit: « Præceptum quidem vitæ causa datum, in mortem vertit. » Ac veluti infirmitate oculorum laborantibus solaris

A οὖσι τὰ μεταξὺ, οὐχ ἵνα πάλιν αὐτοῖς περιπταίωσιν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ὑπερφέροιντο, καὶ ἀπαλλάττοιντο τοῦ κακοῦ. Ἆρα οὖν ἠδίκησε τὸ φῶς, ὅτι παρέδειξε τὸ λυποῦν; Ἢ μᾶλλον ἐκεῖνό φαμεν, ὡς πλείστην ὅσην αὐτοῖς ἐνεποίει τὴν ὄνησιν, ἀπετέλει δὲ καὶ ἀσφαλεστέρους; Ἀλλ', οἶμαι, τοῦτό ἐστιν οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανές. Ὅτε τοίνυν ὄντες ἁμαρτωλοὶ, πλείστοις τε ὅσοις ἐγκλήμασι περιπταίοντες, ἐγνώκαμεν διὰ τοῦ νόμου τὴν ἁμαρτίαν, οὐχ ἁμαρτία μᾶλλον ὁ νόμος νοοῖτ' ἂν εἰκότως ἢ λέγοιτο, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, παραδεικτικὸς δὲ μᾶλλον τῆς ἁμαρτίας, ὡς ἔφην.

Χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά.

(Cod. f. 78. b.) Εἰ γὰρ μὴ κέοιτο, φησὶν, ὁ τὸν B τῆς φαυλότητος τρόπον καταδικάζων νόμος, ἀδρανὲς ἂν γένοιτο τὸ κακόν· κατερεθίζεται γὰρ μονονουχὶ πρὸς ἰσχὺν διὰ τοῦ νόμου, καὶ ῥᾳθυμότερον μέν τισι τὸ τῆς ἡδονῆς ἐγκείσεται κέντρον, ἐπιτιμῶντος αὐτῷ μηδενός· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἀπαμβλύνεται τῷ τῆς ἐξουσίας πλάτει γοητευόμενον· οὗ γὰρ ὅλως τὸ ἀντιστατοῦν οὐδὲν, ἐκεῖ που πάντως ἀργεῖ τὸ φιλόνικον. Νεκρὰ τοιγαροῦν ἡ ἁμαρτία, νόμου τὸ πρακτέον διακρίνοντος. Ἐζηκέναι δέ φησιν ὁ μυσταγωγὸς χωρὶς νόμου ποτέ· εἶτα τῆς ἐντολῆς ἐλθούσης, ἀναβιῶναι μὲν τὴν ἁμαρτίαν, τεθνάναι γε μὴν αὐτὸν ἰσχυρίζεται· καὶ σχηματίζει μὲν ἐν τούτοις ἐφ' ἑαυτῷ τὸν λόγον. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τοιοῦτόν τι βούλεσθαι δηλοῦν αὐτόν· ὑπὸ δίκην μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἐστὶ καὶ τὸ ἐν ἀγνοίᾳ πλημμελεῖν· ἔσται δὲ ὅτι φορ- C τικωτέρα τοῖς εἰδόσιν ἡ κόλασις, πεπληροφόρηκεν ὁ Σωτὴρ λέγων· « Ὁ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ εἰδὼς, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται ὀλίγας. » Οὐκοῦν ἄμεινον ὁμολογουμένως τὸ ἐν ἀγνοίᾳ πλημμελεῖν, ἢ τὸ ἐν εἰδήσει νόμων. Εἰ δὲ δή τις γέγονεν ὑπὸ νόμον, τὴν ἔξω νόμου ποτὲ διαζήσας ζωὴν, εἶτα τῶν τεθεσπισμένων ἀφειδεῖν ᾑρημένος, ἥλω γραφῇ ἁμαρτίας, καὶ πέπτωκεν ὑπὸ δίκην. Τότε δὴ, τότε ταῖς ἑαυτοῦ ῥᾳθυμίαις ἐπιστυγνάσας, καὶ τῆς ἀκριβείας τοῦ νόμου μονονουχὶ κατακεκράξεται λέγων· « Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἔζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. » Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἁμαρτία νεκρὰ χωρὶς νόμου, πῶς οὐ πιθανὸν ἐννοεῖν ζωοποιεῖσθαι τρόπον τινὰ διὰ τοῦ νόμου τὴν D ἁμαρτίαν τοῦ καὶ ἐμφανῆ καθιστάντος αὐτὴν, καὶ οἷον ἔμπνουν ἀποτελοῦντος, καίτοι πάλαι μὴ ἐγνωσμένην, εἰ καὶ ἦν ἐν ἡμῖν; Οὐ γὰρ ἦμεν δίκαιοι· ὥσπερ δὲ νεκρᾶς οὔσης τῆς ἁμαρτίας, διά τοι τὸ μὴ εἶναι τυχὸν τὸν καταδικάζοντα νόμον, ἐζῶμεν ἡμεῖς τῆς ἀγνοίας τὴν παραίτησιν εὐάμορφον ἔχοντες. « Οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις, » καθά φησιν αὐτός. Οὕτω παρελθούσης εἰς μέσον τῆς ἐντολῆς, ἀνεβίω μὲν ὥσπερ ἡ ἁμαρτία, κατηργήθη δὲ ὁ θάνατος, καὶ ἄρα καὶ δίκη τῶν ταῖς παραβάσεσιν ὑποπιπτόντων ἐξ ἀσθενείας. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Πέ-

[66] Luc. XII, 47. [67] Rom. IV, 15.

(1) Deest *non* in Græco textu, quæ tamen particula videtur necessaria.

πρακταί τι τῶν ἐλπίδος ἔξω καὶ ἀδοκήτων ἐφ' ἡμῖν· « Εὑρηται γὰρ ἡ ἐντολὴ, φησὶν, ἡ δοθεῖσα πρὸς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. » Ὥσπερ γὰρ κατασίνεταί πως τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὸ φῶς τοὺς οἵπερ ἂν εἶεν τὴν ὄψιν ἠῤῥωστηκότες, καίτοι πεφυκὸς εἶναι γλυκὺ καὶ τριπόθητον, καὶ οὐκ αὐτὸ πάντως ἐστὶ τὸ ἀδικοῦν, νοοῖτο δὲ μᾶλλον τῆς τῶν πεπονθότων ἀῤῥωστίας ἔγκλημα τὸ ἀδικεῖσθαι παρ' αὐτοῦ· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον πρόφασιν διδόσθαι τῇ ἁμαρτίᾳ φησὶ τὴν ἐντολὴν, ἐξηπατῆσθαί τε δι' αὐτῆς, καταχομισθῆναι δὲ καὶ εἰς θάνατον. Φαίη δ' ἄν τις καὶ ἑτέρως, ὅτι δὴ σφόδρα φιλεῖ ταῖς τοῦ νόμου βουλαῖς ἀεί πως μάχεσθαι τὸ φιλήδονον· καὶ οἱ τῆς φαυλότητος τρόποι ταῖς ἐπιεικείαις ἀνακοπτόμενοι, γενικώτερον ἀντεξάγουσι, καὶ τὸν νοῦν ἔσθ' ὅτε καταληΐζονται καταστρέφοντες εἰς παράβασιν, καὶ ταῖς ἐκ νόμου ποιναῖς ὑποφέροντες, καίτοι νόμον ἐσχηκότες, τοῦ πολέμου τὴν ἀφορμήν. Ταύτῃ τοί φησι σοφὸς ὢν ὁ Παῦλος ἠπατῆσθαί τε διὰ τῆς ἐντολῆς, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανεῖν. Ἀπέκτεινε γὰρ μονονουχὶ καταθήγουσα πρὸς ἀντίστασιν τὰς ἐν ἡμῖν ἡδονὰς, κατά γε τοὺς προειρημένους τρόπους.

A radii nocet lux, quanquam per se suavis sit et exoptabilis : neque ipsa tamen prorsus in culpa est, verum ea læsio infirmorum vitio ascribenda est : eodem modo occasionem peccato datam ait a lege, seque ab illa deceptum, et ad mortem deductum. Alio quoque sensu fortasse aliquis dicet, legis mandatis solere magnopere voluptatis studium adversari, et vitiosos mores, resistente sibi virtute, copiosiore vi grassari, mentemque interdum pervertere atque ad transgressionem impellere, legisque pœnis exponere, quanquam reapse lex ipsa belli ejus causa fuerit. Isthoc sensu sapiens Paulus deceptum se a præcepto dicit, atque ejus causa periisse. Occidit enim propemodum præceptum, concitans ad certamen insitas nobis voluptates, eo quem hactenus diximus modo.

Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

(Cod. f. 81.) Ἅγιος ὁ νόμος· ἀποφαίνει γὰρ ἁγίους τε καὶ δικαίους καὶ ἀγαθοὺς τοὺς οἵπερ ἂν δύναιντο φυλάττειν αὐτὸν, ἵνα δὴ γένοιντο ταῖς ἐκ παραβάσεων αἰτίαις οὐδαμόθεν ἁλώσιμοι. Ἀλλ' ἦν τοῦτό πως ἀνέφικτον· « Παραπτώματα γὰρ τίς συνήσει; » κατὰ τὸ γεγραμμένον.

B VII, 12. *Itaque lex quidem sancta, præceptum sanctum justumque et bonum.*

Sancta lex videlicet, quia sanctos, justos, bonosque exhibet illos qui eamdem ita observare potuerint, ut transgressionum delictis nequaquam rei fierent. Verumtamen hoc propemodum impossibile est : « Delicta enim quis intelliget [68] ? » uti scriptum est.

Τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος;

(Cod. f. 82 b.) Ἁγία ἡ ἐντολή. Εἶτα πῶς ἔφασκε καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον; Ἆρα οὖν, εἰπέ μοι, γέγονε τὸ ἀγαθὸν ὀλέθρου πρόξενον; Μὴ γένοιτο, φησίν. Ἐπαιτιῶμαι γὰρ ἐν τούτοις ἥκιστα μὲν τὸν νόμον, ἕστηκα δὲ ὥσπερ τῆς ἁμαρτίας κατήγορος· καταβιάζεται γὰρ οὕτω τὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας κεκράτηκεν, ὥστε αὐτὸν τὸν εἰς σωτηρίαν ἡμῖν καὶ ζωὴν δοθέντα νόμον, τὴν ἁγίαν ὄντως καὶ ἀγαθὴν ἐντολὴν, θανάτου γενέσθαι πρόφασιν τοῖς ὑπεζευγμένοις. Πῶς ἢ τίνα τρόπον; Εἰ γὰρ ἕψεται μὲν ἀεὶ τοῖς παρανομοῦσιν ἡ δίκη, διεληλάκαμεν δὲ πρὸς τοῦτο λοιπὸν ἀσθενείας ἡμεῖς, ὡς ἀεὶ ταῖς παραβάσεσιν ἐναλίσκεσθαι, ἐναργὲς ἤδη πως, ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ σώζων νόμος, ὁ ἅγιός τε καὶ ἀγαθὸς, νευρά πως δοκεῖ γενέσθαι τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὁδὸς εἰς θάνατον τοῖς ὑφ' ἁμαρτίαν. Καὶ τάχα που, φησὶν, ἵνα γίνηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς· τοῖς μὲν γὰρ ἠγνοηκόσι τὸ τῷ Δεσπότῃ δοκοῦν, ἕψεται μὲν πάντως τὸ ἐναλῶναι δίκαις· ἠνομήκασι γὰρ, εἰ καὶ μὴ ἐγνώκασιν. Πλὴν ἔστιν αὐτοῖς καὶ ἀπολογίας οὐκ ἀπίθανος, οἶμαι, λόγος· προβαλοῦνται γὰρ, κατὰ τὸ εἰκὸς, τὴν ἄγνοιαν τοῖς γε μὴν ἐν νόμῳ τὸ μὴ εἰδέναι λέγειν τὸ θέλημα τὸ Δεσποτικὸν, εἰ καὶ ὀνειδισθ πως. Οὐκοῦν εἰ φαίνοιτο διαβιοῦν ᾑρημένος ἀνοσίως, οὐκ ἀγνοίας ἔσται, ἀλλ' ἀπονοίας τὸ κατηγόρημα, καὶ τῆς ἀνωτάτω λοιπὸν ἀφιλοθεΐας. Οὕτως ἂν λέγοιτο καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς, ἁμαρτωλοῦ

VII, 13. *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors?*

Si sanctum præceptum est, quomodo quod mihi, inquit, datum erat ad vitam, id mihi mortis occasio compertum est? Ergone, dic mihi, res bona exitium confert? Absit, ait. Minime enim in his C legem incuso, sed peccati accusator adsum, quod tantam humanæ naturæ vim infert, et tantopere mentem nostram occupat, ut lex ipsa nobis ad salutem vitamque data, id est sanctum vere ac bonum præceptum, mortis occasio fiat iis qui eidem legi subjacent. Cur id? quave ratione? Nam si ultio peccantes semper sequetur, nos vero ad hanc infirmitatem proni sumus, nimirum ad nos semper irretiendum transgressionibus, constat omnino, quod hac ratione lex salutaris et sancta et bona, vinculum fieri videtur peccati, atque ad mortem via his qui peccato succumbunt. Imo pene dicere videtur, peccatum vere effici peccatum a præcepto : ignorantibus quippe Domini voluntatem, pœnis se implicare continget; peccarunt enim, D etsi ignoranter. Sed tamen superest illis non improbabilis excusatio : excusabunt enim, ut credibile est, apud eos qui sub lege sunt, ignorantiam suam, cujus causa voluntatem Dominicam nesciverunt, si forte id eis exprobrabitur. Qui ergo sponte decreverit impie vivere, haud quidem ignorantiæ, sed vecordiæ crimen subibit, et summæ a Deo aversionis. Atque hic demum cum hyperbole peccator dicetur : nam peccator simpliciter is quo-

[68] Psal. xviii, 13.

que est qui ignorantia labitur, sed tamen neque est neque dicitur peccator cum hyperbole.

A μὲν ὑπάρχοντος καὶ τοῦ πεπλημμεληκότος· ὡς ἐν ἀγνοίᾳ, ἥκιστά γε μὴν καθ' ὑπερβολὴν λεγομένου τε καὶ ὄντος ἁμαρτωλοῦ.

VII, 14. *Scimus enim legem esse spiritalem.*

Spiritalem dicit legem, quia sui asseclas efficit spiritales. Intelligitur autem spiritalis, qui minime secundum carnem vivit, maxime autem eo respicit ut spiritus voluntati obsequatur. Namque et beatus David ait: « Lex Domini immaculata, convertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis: timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi [**]. » Siculi ergo dicit immaculatam legem, quia immaculatos facit; fidele testimonium, quia fideles exhibet; et sanctum timorem, utpote qui sanctos reddit: sic etiam hoc loco repula dici legem spiritalem, utpote quæ spiritales ostendit eos qui obsequuntur ipsi. Quamvis enim in umbris lex versatur, habet nihilominus veritatis formam. Quid ergo Paulus? Nempe affirmat spiritalem esse legem, incusat vero hominis naturam quæ peccati morbo valde est obnoxia. Sed et comprobare nititur, quia lex sit spiritalis, eam idcirco humanæ naturæ fieri gravissimam. Quid enim, dic mihi, ait, si lex utique est spiritalis, « ego vero carnalis, » id est carnis affectibus totus oppressus? Viden' quantam in nobis voluntatum pugnam dicto suo demonstrat? Alia est enim voluntas spiritus, alia intelligitur carnis: hæ pugnant videlicet inter se, et in concordiam nunquam conspirare queunt. Si ergo carnalis sit homo, lex autem spiritalis, quomodo hæc tolerabilis fiet his qui tantopere peccati morbo laborant? Et sapienter quidem id dicitur: nam si carnalis est, intelligitur captivus quodammodo et in servili ordine constitutus.

Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν.

(Cod. f. 84 b.) Πνευματικόν φησι τὸν νόμον, ὡς ἀποτελοῦντα πνευματικοὺς τοὺς ἑπομένους αὐτῷ. Νοεῖται δὲ πνευματικὸς ὁ μὴ κατὰ σάρκα ζῶν, ἀπονενευχὼς δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ θέλειν ἕπεσθαι τῇ θελήσει τοῦ πνεύματος. Ἔφη δὲ καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ· « Ὁ νόμος Κυρίου ἄμωμος, ἐπιστρέφων ψυχάς· ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ, σοφίζουσα νήπια· ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος. » Ὥσπερ οὖν ἄμωμόν φησιν εἶναι τὸν νόμον, οἶδε γὰρ ἀμώμους ἀποτελεῖν, πιστὴν δὲ τὴν μαρτυρίαν ὡς πιστοὺς ἀπο-
B φαίνουσαν, καὶ ἁγνὸν τὸν φόβον, ἔστι γὰρ ἁγνοποιὸς, οὕτως ἐκδέξῃ κἀνθάδε πνευματικὸν εἰρῆσθαι τὸν νόμον, ὡς πνευματικοὺς ἀποφαίνοντα τοὺς ἑπομένους αὐτῷ. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν σκιαῖς, ἀλλ' οὖν ἔχει τῆς ἀληθείας τὴν μόρφωσιν. Τί οὖν ὁ Παῦλος; Ἰσχυρίζεται μὲν, ὅτι πνευματικὸς ὁ νόμος, αἰτιᾶται δὲ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὡς πολὺ νοσοῦσαν τὴν ἁμαρτίαν. Καὶ πειρᾶται πληροφορεῖν, ὡς ἐπείπερ ἐστὶ πνευματικὸς ὁ νόμος, ταύτῃ τοι μάλιστα φορτικός ἐστι τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, φησὶν, εἰ ὁ μὲν νόμος ἐστὶ πνευματικὸς, « ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, » τουτέστιν τῷ τῆς σαρκὸς φρονήματι τυραννούμενος; Ὁρᾷς ὅπως εἰς ὅσην ἡμῖν ἐναντιότητα θελημάτων τίθησι τὰ δηλούμενα; Ἕτερον γὰρ τὸ θέλημα τοῦ πνεύματος, καὶ ἕτερον ἂν νοοῖτο τὸ τῆς
C σαρκός· ἀντίκεινται γὰρ ἀλλήλοις, καὶ ἀσύμβατον ἔχουσι τὴν εἰς ταυτότητα συνδρομήν. Ὅτε τοίνυν σαρκικὸς μὲν ὁ ἄνθρωπος, πνευματικὸς δὲ ὁ νόμος, πῶς ἂν γένοιτο καὶ οἰστὸς τοῖς οὕτως ἠῤῥωστηκόσι τὴν ἁμαρτίαν; Καὶ μάλα ἐμφρόνως· εἰ γάρ ἐστι σαρκικὸς, νοηθείη ἂν οἷά τις αἰχμάλωτος καὶ ἐν τάξει τῇ οἰκετικῇ.

VII, 15. *Quod enim operor, non cognosco.*

Arbitrantur fortasse rudes quidam, velle Paulum ethnicorum fabulam hic stabilire, quam nescio unde producere in medium illi didicerint, decepti simul et decipientes. Fatum enim quoddam atque fortunam ad suum libitum confingentes (1), deinde vanis his simulacris potestatem in actiones nostras attribuentes, hominem præcipuo suo decore spoliant, id est quominus libere vivat, absolutumque et voluntarium arbitrium habeat gerendarum quas voluerit rerum. Jam vero necessitate suisque doctrinis ac sententiis mentes hominum adducentes, non mediocriter nocent communi vitæ. Nam si quis, prout ipsi docent, ad illicita perpetranda aggrediatur, cum non possit, etiamsi forte velit, fati nutum declinare, nemo sapiens hunc reprehendet, etiamsi peccare cernatur. Nam quod ne-

Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω.

(Cod. f. 86.) Οἴονται, κατὰ τὸ εἰκὸς, τῶν ἀμαθεστέρων τινὲς τῶν Ἑλλήνων μῦθον ἐμπεδοῦν ἐθέλειν αὐτόν· ὃν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκεῖνοι πρεσβεύειν ἐγνώκασι, πλανῶντές τε καὶ πλανώμενοι. Εἱμαρμένην γάρ τινα πλαστουργοῦντες καὶ τύχην κατὰ τὸ σφίσι δοκοῦν, εἶτα τὸ κρατεῖν τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων
D ταῖς οὐκ οὔσαις ἀνάπτοντες, παραιροῦνται τὸν ἄνθρωπον τοῦ ὅτι μάλιστα πρέποντος αὐτῷ, φημὶ δὲ τοῦ χρῆναι βιοῦν ἐλευθέρως, ἀνειμένην τε καὶ ἐθελούσιον ἔχοντα τὴν ῥοπὴν τὴν ἐφ' ὅπερ ἂν ἕλοιτο τῶν πρακτέων. Ἀνάγκῃ δὲ ὥσπερ καὶ τοῖς παρ' ἐκείνων ὅροις τε καὶ ψήφοις ὑπάγοντες, οὐ μετρίως ἀδικοῦσι τοὺς κατὰ τόνδε τὸν βίον. Εἰ γάρ τις ἴοι κατ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δρᾷν ἃ μὴ θέμις, οὐκ ἐνὸν αὐτῷ, κἂν εἰ βούλοιτο τυχὸν, τῆς εἱμαρμένης τὸ νεῦμα διαφυγεῖν, οὐδ' ἂν ὅλως διαμωμήσαιτό τις εὖ φρονῶν, κἂν εἰ

[**] Psal. XVIII, 8-10.

(1) Fato omnia fieri, Stoicorum præcipue dogma fuit, quos salse ingenioseque irridet refutatque Cicero toto suo, quantum superest, *De fato* opusculo.

ὁρῷτο πλημμελῶν. Ὃ γὰρ ἦν ἀνάγκη καὶ οὐχ ἑκόντα δρᾷν, εἰ ἁλίσκοιτο πεπραχὼς, ἔξω που πάντως αἰτίας ἔσται καὶ δίκης· ἐπαινέσειε δ' ἄν τις οὐ λίαν ἐμφρόνως τὸν ἐπιεικῆ καὶ κόσμιον. Τί γὰρ εἰ γέγονε τοιοῦτος οὐχ ἑκὼν, ἀλλὰ τοῖς ἑτέρου νεύμασι παρενηνεγμένος εἰς τοῦτο, μᾶλλον δὲ καὶ ἄμαχον αὐτῷ τὴν ἀνάγκην κατεξανιστάσης τῆς τύχης; Οὐκοῦν ἀπηχὲς μὲν παντελῶς τὸ ταῖς Ἑλλήνων τερθρείαις συναποφέρεσθαι λέγειν τὸν τῶν καλλίστων εἰσηγητὴν, ἤγουν οἴεσθαι τῆς ἐκείνων ἀβελτερίας ἰέναι κατόπιν τὸν τῶν θείων ἡμῖν μυστηρίων γεγονότα ταμίαν, εἴ λέγοι τυχόν· « Ὃ γὰρ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω, οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ τοῦτο ποιῶ. » Εἰ γὰρ δή τις ὅλως διισχυρίσαιτο, καὶ δὴ καὶ ἕλοιτο φρονεῖν, ὡς εἱμαρμένη μὲν καὶ τύχη τὴν τῶν καθ' ἡμᾶς ἀπονενέμηκεν ἐξουσίαν, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἔροιτο ἂν αὐτὸν ἐκεῖνό που λέγων· Εἰ σκληραῖς καὶ δυσαντήτοις ἀνάγκαις ἐνειλημένοι τῶν πρακτέων, ἢ μὴ, κύριοι μὲν ἡμεῖς οὐδαμόθεν καθεστήκαμεν, εἴχομεν δὲ μᾶλλον ὡς κρατοῦσιν ἑτέροις, καὶ τοῦ κατὰ γνώμην εἰργόμεθα, πῶς ἡμῖν γέγραφας αὐτός· « Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοὶ (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ), ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ; » Κυριεύει δὴ οὖν τινα τρόπον τῶν ζώντων ὁ νόμος· ἀπρακτήσει μὲν γὰρ ἀραρότως ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν· ὁρίζεται δὲ οὐκ ἐκείνοις ποθὲν, ἀλλὰ τοῖς ἔτι τὸν ἐν σώματι τρίβουσι βίον· καὶ στεφανοῖ μὲν ἐπαίνοις τὸν εὐδοκιμεῖν εἰωθότα, καταψηφίζεται δὲ τῶν βεβήλων τὴν δίκην. Εἶτα πῶς ὁ νομοθέτης ὅσιος ἔσται κριτὴς, κολάζων ἡμαρτηκότας τοὺς εἰς τοῦτο πεσεῖν ἀβουλήτως ἐκ τύχης ἠναγκασμένους; Μᾶλλον δὲ τί καὶ ὅλως τὸν νόμον ὡρίσατο; Τοῖς μὲν γὰρ ἔχουσιν ἐπ' ἐξουσίας ἃ ἂν βούλοιντο δρᾷν, ὁσίαν ὁ νόμος ὁρίζει τὴν δίκην, εἰ παρὸν εὐδοκιμεῖν ταῖς ἀγαθουργίαις ἐπιδόντας τὸν νοῦν, αὐτοὶ τὰ αἰσχίω τετιμήκασι, καὶ τῶν ἀμεινόνων ἠλλάξαντο τὰ διὰ νόμου κατεγνωσμένα· τοῖς γε μὴν ἐπηρτημένον ἔχουσι τὸν τῆς ἀνάγκης ζυγὸν, καὶ οἵπερ ἂν τοῖς κρατοῦσι δοκῇ τρεπομένοις ἀεὶ, περιττὸν οἶμαί που τὸ θέσπισμα. Καίτοι πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς οὐδ' ἂν ἡμῖν ὁ πάντα εἰδὼς τὸν ἐκ τοῦ νόμου ζυγὸν ἐπετίθει, τὸ αὐτῷ δοκοῦν εὖ μάλα βραβεύοντα καὶ παιδαγωγοῦντα πρὸς τὸ συμφέρον, εἰ τοῖς εἱμαρμένης βρόχοις ἐνειλημμένους ἠπίστατο; Ἢ γὰρ ἐκεῖνο λεγόντων οἱ δι' ἐναντίας, ὡς ἠγνόηκε τοῦτο Θεός· ἢ, εἴπερ ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένοι, δεδίασι σφόδρα τὸ τῆς ἀῤῥήτου δόξης καταχέαι τὴν ἄγνοιαν, νενομοθετηκέναι δέ φασι, καὶ μὴν καὶ τῶν πλημμελούντων καθορίσαι τὰς δίκας, ὁμολογήσουσιν ἐναργῶς.

Οἶδέ που πάντως ἐλευθέρῳ φρονήματι διαζῶντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ῥοπαῖς ἐθελουσίοις ἐφ' ὅπερ ἂν ἐβούλετο διάττειν ἰσχύοντα, παραποδίζοντος οὐδενός. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος κυριεύειν ἔφη τοῦ ἀνθρώπου τὸν νόμον ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Οὐκοῦν οὐχ ὡς τῆς ἀνθρώπου διανοίας τοῖς ἑτέρων ὑποκειμένης νεύμασι τὰ τοιάδε φησί· φιλοσοφεῖ δὲ, καὶ τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὰ πάθη περιεργάζεται, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἀνορύττει λεπτῶς τὰ εἰς νοῦν ἔσω τῶν ἀρ-

cessario et præter voluntatem agi debuit, id si quispiam patrasse deprehendatur, omni culpa pœnaque carebit : contra vero nemo rationabiliter pium hominem honestumque laudabit. Cur enim magnopere laudandus sit, si talis haud sua voluntate exstiterit, sed alieno nutu compulsus, imo etiam insuperabili fortunæ, necessitate coactus? Absurdissime itaque diceretur, doctrinarum optimarum magistrum ethnicorum præstigiis fuisse illusum, vel illorum stultitiam sequi, qui divinorum mysteriorum custos est; nempe cum dicit : « Quod operor non cognosco; non enim quod volo facio, sed quod odi ago. » Jam vero si quis mordicus contendat, malitque credere fatum atque fortunam nostrorum actuum potestatem habere, cur non jure Paulum interrogaret dicens : Si duris indomitisque rerum gerendarum aut non gerendarum necessitatibus alligamur, nec dominium nostri prorsus tenemus, sed aliis potius præpotentibus cedimus, coactaque sententia utimur; quomodo nobis ipse scripsisti : « An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), legem homini imperare quandiu vivit? » Dominatur ergo quodammodo viventibus lex, morientibus vero fit cassa, quibus nunquam statuta fuit, sed illis tantum qui in corpore vivunt : atque ex his, recte quidem agentes præmio, improbos pœna afficit. Præterea quanam æquitate legis lator eos judicialiter puniret qui haud sponte crimina, sed fortuna cogente, committerent? Vel potius cur omnino legem condidisset? Namque iis sane quibus est facultas quidquid libuerit agere, justam lex vindictam decernit, si cum possent rectis operibus advertere mentem, turpia maluerunt, vetitosque a lege actus cum honestate commutarunt : verumenimvero his quibus jugum necessitatis impositum sit, et qui dominorum arbitrio circumaguntur, inutiliter existimo jus constitui. Denique quidni vere diceretur, ne ipsum quidem omniscium Numen jugum nobis fuisse legis impositurum, quæ sibi placita jure meritoque definit, atque ad utile officium dirigit, si fati laqueis irretitos cognovisset? Aut igitur contrariæ sententiæ homines dicant, id Deo ignoratum : aut si recte sentire malentes, abhorrent admodum a nefanda hac divinæ ignorantiæ sententia, simulque legem ab eo revera conditam affirmant, pœnas quoque peccantibus ab eo fuisse decretas manifeste confitebuntur.

Deus utique probe novit, hominem libero cum arbitrio viventem, spontaneis commotionibus actus suos, prout libuerit, posse dirigere, impediente nemine. Hanc ob causam divus quoque Paulus dominari ait homini legem quandiu vivit. Non ergo hoc dicit, quasi mens hominis alieno nutui supposita foret; sed acute sapienterque loquitur, atque humanæ naturæ passiones scrutatur, animi infirmitates sigillatim evolvit, et cum congenita voluptate

corpus describit hominis, qui adhuc suam carnem fovet, personæ suæ hæc admodum bene accommodans. Quanquam enim ipse mundo crucifixus fuerat, et ipsi mundus [70], prorsusque erat admiratione dignus, attamen sapienter existimavit gratiam propriam non esse respiciendam, sed eorum infirmitatem qui nondum ad ipsius conditionem devenerant, in argumentum sui sermonis assumendam. Itaque cum audis dicentem: « Quod enim operor, non cognosco, » cogita aliquos maximos peccatores, qui se existimant præclarissimam vitam ducere, nihilque esse quod hujus mundi delicias et vanitates æquiparare queat. Hi pios mores summo odio prosequuntur, exsultantque ac valde pergræcantur in voluptatibus suis. De his alicubi Paulum dicere reor: « Qui terrena sapiunt, quorum Deus venter est, et gloria in ignominia ipsorum [71]. » Hi merito dicerent, quasi aliquid egregium perpetrantes iniquitatem: « Quod enim operor, non cognosco. » Ergo audiant: « Expergiscimini, ebrii, ex vino vestro [72]. » Sicuti enim bibones et ebrii, vitio suo de recta mente dejecti, quid ebrietatis tempore egerint nesciunt, ita qui carnis deliciis et turpissimis voluptatibus ægrotant, quid agant non animadvertunt. Morbum itaque humani cordis nobis exponit Paulus, dicens: « Quod enim operor, non cognosco. » Quod si quis forte conscientiæ morsibus paulo tenerius cor suum habuerit, mœrensque dum peccat, adhuc tamen peccati delectationibus victus, et invitus propemodum ad peccandum progrediens, congrue diceret: « Non enim quod volo, id ago, sed quod odi facio; » quam multi et quam sæpe continentiam admirantur, imo et hujus vitæ genus ingressi, detestandæ postea voluptatis stimulis pervincuntur, mente ipsorum ad vitium labente, peccatum committunt, et mœrore simul replentur! His potissimum convenit pene præter voluntatem ægrotantibus, rursus dicere: « Nunc jam non ego id operor, sed quod habitat in me peccatum. »

A ῥωστημάτων, καὶ τῆς ἐμφύτου φιληδονίας τὸ σῶμα γράφεται τοῦ νοσοῦντος ἔτι τὴν φιλοσαρκίαν, ἑαυτῷ τὸ πρόσωπον εὖ μάλα περιτιθείς. Εἰ γὰρ καὶ ἐσταύρωται μὲν αὐτὸς τῷ κόσμῳ, καὶ μὴν ὁ κόσμος αὐτῷ, καὶ ἦν ἀξιάγαστος ἀληθῶς, ἀλλ' ἡγεῖτο σοφὸν μὴ εἰς τὸ οἰκεῖον χάρισμα βλέπειν, ἀλλὰ τὴν τῶν οὔπω γεγονότων κατ' αὐτὸν ἀσθένειαν ὑπόθεσιν ἀναγκαίαν ποιεῖσθαι τῷ λόγῳ. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς λέγοντος, « Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω, » ἐννόει τινὰς τῶν ὑπεράγαν ἁμαρτωλῶν οἰομένους, ὅτι τὸν πανάριστον ἀληθῶς διαζῶσι βίον, καὶ ὅτι τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ τρυφῆς καὶ ἐξιτηλίας, οὐδὲν ἂν γένοιτο τὸ ἰσοστατοῦν. Καταμυσάττονται μὲν γὰρ τῆς ἐπιεικείας τοὺς τρόπους, ἐνα[μ]βρύνονται δὲ καὶ ἐνσπαταλῶσι λίαν ταῖς σφῶν αὐτῶν ἡδοναῖς. Καὶ περὶ αὐ- B τῶν, οἶμαι, πού φησιν ὁ Παῦλος· « Οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν. » Οὗτοι φαῖεν ἂν εἰκότως, ὥς τι τῶν ἄγαν ἐπαινουμένων πληροῦντες τὸ φαῦλον· « Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. » Οὐκοῦν ἀκουέτωσαν· « Ἐκνήψατε, οἱ μεθύοντες, ἐξ οἴνου αὐτῶν. » Ὅνπερ γὰρ τρόπον οἱ φιλοπόται καὶ κάτοινοι, παρακεχομμένοι τῷ πάθει τῆς διανοίας τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εἰδεῖεν τὰ σφίσι δρώμενα κατὰ τὸν τοῦ μεθύειν καιρόν· οὕτως οἱ τὴν φρένα κατηῤῥωστηκότες ἐκ φιλοσαρκίας καὶ τῶν αἰσχίστων ἡδονῶν, οὐδὲ ὅ τί ποτε δρῶσιν εἰδεῖεν ἄν. Νόσημα δὴ οὖν ἀνθρώπου καρδίας ὁ Παῦλος ἡμῖν ἐξηγεῖται λέγων· « Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. » Εἰ δὲ δή τις εἴη τοῖς μὲν ἀπὸ τοῦ C συνειδότος ἐλέγχοις τρυφερωτέραν ὥσπερ ὑπέχων τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν, καὶ ἀσχάλλων μὲν ὅτι πλημμελεῖ, πλὴν ἔτι πλεονεκτούμενος ταῖς εἰς ἁμαρτίαν ἡδοναῖς, καὶ οἷον ἀβουλήτως ἰὼν πρὸς τὸ πλημμελὲς, φαίη ἂν εἰκότως· « Οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ τοῦτο ποιῶ· » ὡς πόσοι ποσάκις τεθαυμάκασι μὲν τὴν ἐγκράτειαν, καὶ δὴ καὶ μελέτης τῆς εἰς αὐτὴν ἀρξάμενοι, τοῖς τῆς μυσαρᾶς ἡδονῆς νενίκηνται κέντροις, καὶ ὀκλάσαντος αὐτοῖς τοῦ νοῦ πρὸς τὸ χεῖρον, ἐνηργήκασι τὴν ἁμαρτίαν, κατηφείας γε μὴν μεμέστωνται! Τούτοις ἂν πρέποι, καὶ μάλα εἰκότως, μονονουχὶ καὶ ἀβουλήτως ἠσθενηκόσι, τὸ φάναι δὴ πάλιν· « Νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

VII, 16. *Si autem quod nolo id facio, jam legi consentio quod bona sit.*

Considerationis acumen rursus ad corporis naturam flectit, et inhærentium illi naturalium passionum vim contemplatur. Siquidem et cupiditates ad quamlibet passionem impellentes, et voluptariæ vitæ peccata, fontem habent carnem. Hoc nobis confirmat Servatoris discipulus: « Unde bella in vobis, et unde pugnæ? Nonne hinc? ex voluptatibus nempe vestris, quæ militant in membris vestris [73]? »

Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.

(Cod. f. 88.) Ἐνίησι πάλιν τῆς θεωρίας τὸ ἀκρι- D βὲς τῇ τοῦ σώματος φύσει, καὶ τῶν ἐνόντων αὐτῷ φυσικῶς ἀῤῥωστημάτων τὴν δύναμιν κατασκέπτεται. Αἵ τε γὰρ ὀρέξεις αἱ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀποκομίζουσαι τῶν παθῶν, καὶ τῆς φιληδόνου ζωῆς τὰ ἐγκλήματα, πηγὴν ἔχουσι τὴν σάρκα. Καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς ἐμπεδοῖ λέγων τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής· « Πόθεν πόλεμοι ἐν ὑμῖν, καὶ πόθεν μάχαι; Οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; »

VII, 18. *Nam velle adjacet mihi: operandi autem rectum rationem non invenio.*

« Velle, inquit, adjacet mihi, rectum autem operari, nequaquam, » et reliqua. Ut demonstret car-

Τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι· τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ εὑρίσκω.

(Cod. f. 89.) « Τὸ γὰρ θέλειν, φησὶ, παράκειταί μοι· τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὔ· » καὶ τὸ

[70] Galat. VI, 14. [71] Philipp. III, 19. [72] Joel I, 5. [73] Jac. IV, 1.

ἑξῆς. Εἰς ἀπόδειξιν τοῦ κατηγορεῖσθαι τὴν σάρκα A δεινῶς ὠδίνουσαν ἐν ἑαυτῇ τὴν ἁμαρτίαν, παραδέχεται σοφῶς τὸ παρακεῖσθαι μὲν ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν, μὴ μὴν ἔτι καὶ τὸ δύνασθαι διαπεραίνειν αὐτό· καταβιάζεται γὰρ εἰς ἀβούλητον ἐντροπὴν καὶ οὐχ ἑκόντα τὸν νοῦν. Οὐκοῦν, ὅσον ἧκεν εἴς γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν, ἦν ἂν ἔξω καὶ ἁμαρτίας· ἐπειδὴ δὲ δυσδιάφυκτον ὑπομένει πλεονεξίαν, εἴη ἂν εἰκότως, οὐκ αὐτοῦ δὴ μᾶλλον, ἀλλὰ τοῦ πλεονεκτοῦντος ἡ αἰτία. Ταύτῃ τοί φησιν· « Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. »

Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον, τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται.

(Cod. f. 92.) Ἄθρει δὴ πάλιν ὡς σοφῶς καὶ εὐτέχνως ἀποδέχεται τὸν νόμον, οὐχ ὡς τῆς ἁμαρτίας B τὸ κέντρον ἀπαμβλύνειν ἰσχύοντα, οὔτε μὴν κατανεκροῦν οἷόν τε τὴν ἐν ἡμῖν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὡς ἐνιέντα μόνον τῷ νῷ τὴν τοῦ συμφέροντος γνῶσιν. Εἰ γὰρ ἐμοὶ, φησὶ, παράκειται τὸ κακὸν ὡς ἐνοικοῦν τῇ σαρκὶ, καταχιβδηλεύει γε μὴν, ὁ νόμος αὐτῷ χαρίζεται τὴν ἐπικουρίαν, καὶ νοεῖται σύμβουλος, οὐ μὴν ἔτι καὶ λυτρωτής. Δεῖ δὲ δὴ πάντως τοῖς ἀρῥωστοῦσι τὴν ἁμαρτίαν, οὐ τοῦ διειδέναι μόνον, ὅτι τὰ ἀμείνω προσήκει δρᾷν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοῦ δύνασθαι κατορθοῦν, ἅπερ ἂν εὖ ἔχοι καὶ τῷ νόμῳ δοκεῖ. Καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς ἐθέλουσιν εὐδοκιμεῖν ἐν μάχαις, οὐκ ἀπόχρη πρὸς τοῦτο γυμνὴ καὶ μόνη τῶν τακτικῶν ἡ εἴδησις, ἀλλ' εἰ προσυπάρχοι τούτῳ καὶ τὸ εὐσθενὲς, εἶεν ἂν οἱ τοιοίδε μόλις λαμπροὶ C καὶ ἀπόβλεπτοι. Οὐκοῦν εἰ διδάσκει μὲν ὁ νόμος τὸ ἐν ἀγαθοῖς εὐτεχνὲς, κατ' οὐδένα δὲ τρόπον τοῖς πλεονεκτουμένοις ἐπικουρεῖ τὴν ἁμαρτίαν ἀπονευρῶν, καλὸς μὲν ὅτι καὶ διδάσκαλος, οὐ μὴν ἔτι καὶ ἐν ἴσῃ χάριτι τῇ διὰ Χριστοῦ καταλογισθείη ἂν εἰκότως, τοῦ καὶ σοφοῦν ἰσχύοντος, καὶ ἀλκιμωτέρους ἡμᾶς ἀποφαίνοντος τοῦ κακοῦ.

Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον.

(Cod. f. 93 b.) Ὡς ἔφην ἤδη, διψῇ μὲν ὁ νοῦς τὸ ἐλεύθερον, καὶ τῶν διαβεβλημένων ἀπαλλακτιᾷ· καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς στεφανοῖ τὸν νόμον, ὡς τῶν καλλίστων εἰσηγητήν. Καταβιάζεται δὲ εἰς ἐκτόπους ἡδονὰς ἡ τῆς σαρκὸς φύσις, πολεμοῦντός τε καὶ D ἐγκειμένου τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας· νόμον δὲ ἁμαρτίας εἶναί φησι τὸ ἔμφυτον κίνημα, καὶ ὅπερ ἂν ὑπάρχειν οἴοιτό τις τῆς φιλοσαρκίας τὸ πάθος· καθάπερ ἀμέλει καὶ νόμον ἔφη νοὸς, τὴν εἴς γε τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ ῥοπήν τε καὶ θέλησιν.

Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ, τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας.

(Cod. f. 96.) Μακρὸς μὲν αὐτῷ ἐκπεποίηται λόγος, βασανίζοντι λεπτῶς ἕκαστα τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ τῆς

nis ad gignendum in se peccatum vehementiam, concedit sapienter quod nobis adjaceat rectum, haud tamen illud possimus peragere: mens enim invita ad involuntarium motum compellitur (1). Quod ergo ad propriam sententiam attinet, extra peccatum foret; sed quia vix vitabilem vim perpetitur, culpa quidem non tam ipsius videtur quam præpotentis alterius. Idcirco ait: « Si autem quod nolo facio, haud jam ego id operor, sed quod habitat in me peccatum. »

VII, 21. *Invenio igitur legem, volenti mihi bonum agere, quoniam mihi malum adjacet.*

Specta iterum quam sapienter atque perite legem admittit, non quasi hæc peccati stimulum retundere valeat, vel peccatum in nobis mortificare, sed eatenus tantum quatenus menti notitiam recti objicit. Si enim mihi, inquit, adjacet carni inhærens peccatum et eam depravans, lex sane opem suppeditat, et consilium veluti dat, non tamen peccato liberat. Iis autem qui peccati infirmitate tenentur, haud satis est cognoscere, quod meliora agere debeant, sed viribus opus est agendi quæ recta sunt et quæ legi placent (2). Veluti iis qui in præliis excellere volunt, haud nuda et sola sufficit tacticorum præceptorum scientia; sed tum demum illustres spectabilesque vix evadent, si animi quoque fortitudo iisdem insit. Igitur si officii quidem rectitudinem docet lex, nullo tamen modo tentatione vexatis opem fert, peccati vires debilitando, præclarus sane magister est, neque tamen cum gratia Christi comparari digne potest, qui et sanam sententiam suppeditare valet, et nos peccato fortiores præstare.

VII, 22. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.*

Ut jam dixi, cupit mens in libertatem vindicari et ab inhonestis recedere; summis autem honoribus legem ornat, ut optimorum consiliorum magistram. Interim tamen ad absurdas voluptates natura carnis compellitur, præliante et interius hærente peccati lege. Peccati vero legem dicit, naturales motus, et quæcunque existimatur voluptariæ carnis passio: æque ac mentis legem dicit, voluntatem propensionemque ad bonum.

VII, 25. *Idem igitur ego mente quidem Deo servio, carne autem legi peccati.*

Prolixus jam fit Apostoli sermo, nostra singula subtiliter indagantis, variosque violentiæ modos

(1) Hæc de necessitate absoluta non esse intelligenda, sciunt theologi. Ipse Cyrillus hac eadem in pagina liberum arbitrium prædicavit.

(2) En egregiam Cyrilli doctrinam de gratiæ interioris necessitate, inferius quoque in his commentariis recursuram. Nec mirum; etenim Photius cod. LIV nos docet Cyrillum contra Pelagianos quoque, seu Cœlestianos, ad Theodosium aliquid scripsisse.

quos hominis mens pati solet in suo cum malitia conflictu. Affirmat autem, mentem quandoque ad bonum torpere ob carnalium passionum tyrannidem, simul autem mœstam fieri et fragilitatis suæ pudere : et involuntarii quidem peccati onus abjicere prorsus non posse, incumbente sibi vehementer voluptate ; ideoque ad resistendum esse debilem, nihil ad hoc juvante lege. Vere ergo divus Paulus dicit, mente quidem se divinæ legi obsequi, carne autem legi peccati. Atque hoc videtur significare cum ait : « Velle quidem adjacet mihi ; operari autem bonum, nequaquam. » Olim ergo, ut ait, propositum nobis erat, quantum attinet ad mentis voluntatem, ut divinæ legi obediremus ; sed nos impulit ad peccatum caro, suam veluti opponens voluntatem. In damnationem igitur incurrebant, qui, dum vellent rectum agere, passionum tyrannide impediebantur. Sed per Christum cessavit damnatio, id est carnalium motuum præpotentia.

A πλεονεξίας τοὺς τρόπους, οὓς ὑπομένειν ἔθος τὴν ἀνθρώπου διάνοιαν, ἀντεξάγοντος αὐτῇ τοῦ κακοῦ. Διισχυρίζετο δὲ ὡς ἀσχάλλει μὲν ἔσθ' ὅτε τῶν ἐπιεικεστέρων ὁ νοῦς τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσι τυραννούμενος, ἀλύει δὲ σφόδρα καὶ ἀσθενῶν αἰσχύνεται· τό γε μὴν ἀποφορτίσασθαι τὴν ἀβούλητον ἁμαρτίαν, οὐδαμόθεν ἔχει, δεινῶς κατεμπιπτούσης τῆς ἡδονῆς· ταύτῃ τοι καὶ ἀσθενεῖ πρὸς ἀντίστασιν, οὐδὲν τὸ παράπαν διά γε τοῦ νόμου πρὸς τοῦτο ἐπικουρούμενος. Ἀληθεύει δὴ οὖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, εἰ τῷ μὲν νοΐ δουλεύειν τῷ θείῳ διισχυρίσαιτο νόμῳ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας. Καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστιν ὅπερ ἔφη· « Τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὔ. » Πάλαι μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐνοπῆρχεν ἡμῖν, τό γε ἧκον εἰς νοῦν καὶ τὴν ἐν
B αὐτῷ θέλησιν, τὸ ἑλέσθαι τῷ θείῳ δουλεύειν νόμῳ· κατεβιάζετο δὲ πρὸς ἁμαρτίαν ἡ σάρξ, τὸ οἰκεῖον ὥσπερ ἀντανιστᾶσα θέλημα. Ἦν οὖν ἄρα κατάκριμα τοῖς ἐθέλουσι μὲν ἀποπερaίνειν, τὸ ἀγαθὸν, οὐ μὴν ἔτι καὶ δυναμένοις διὰ τὸ τυραννεῖσθαι τοῖς πάθεσιν. Ἀλλ' ἐν Χριστῷ πέπαυται τὸ κατακρῖνον, τουτέστιν ἡ τῶν σαρκικῶν κινημάτων πλεονεξία.

VIII, 2. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu.*

Necessarium existimo ob accuratam declarationem sensuum hic contentorum, illud dicere, quod sicuti peccati mortisque legem appellat carnalem affectum, qui nos ad omne vitii genus perducit ; ita quoque legem spiritus vitæ dicit voluntatem spiritalem, id est mentis ad recte agendum inclinationem. Sed qui in carnem seminat, corruptionem ex carne metet ; qui vero in spiritum seminat, de spiritu metet vitam æternam. Ergo lex spiritus vitæ, id est mentis voluntas quæ ad vitam deducit, olim quoque in nobis erat : etenim Dei legi mente obsequebamur. Sed imbecilla pars nostri, ut dixi, ad resistendum laboravit, carnisque cupiditatibus victus homo in damnationem legis incidit. Mox autem morbo depulso, per Christum roboratus est : signati enim fuimus per ipsum Spiritu sancto, et virtute ex alto induti ; atque ita redempti fuimus, nec jam ulterius malo subjugati, in liberam dignitatem, ut dixi, restituti. Ergo lex spiritus vitæ, id est mentis voluntas ad bona opera vitamque tendens, postquam gratiam per Christum adepta est, et antiquam infirmitatem abjecit, tunc, inquam, ea lex spiritus, peccati malitiam despiciens, seque legi carnis superiorem constituens, liberavit me, ait. Neque tamen ipsa hæc lex libertatem omnino largita est, sed eam per Christi merita nobis conciliavit. Sicut igitur eos qui sub lege peccati sunt, necesse omnino est mortis quoque laqueis implicari ; ita eos, qui minime sub illa sunt, sed in libertatem per Christum vindicati, oportet vicissim extra jus mortis esse, seque corruptione excelsiores exhibere, et vitam cum sanctitate ducere.

Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

(Cod. f. 96 b.) Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι πρὸς ἀκριβῆ διασάφησιν τῶν ἐν τούτοις ἐννοιῶν ἐκεῖνο εἰπεῖν· ὥσπερ γὰρ ἁμαρτίας καὶ θανάτου νόμον, τὸ σαρκικὸν ὀνομάζει φρόνημα, πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος ἀποφέρον ἡμᾶς· οὕτω καὶ νόμον πνεύματος ζωῆς, τὸ θέλημα τὸ πνευματικὸν, τουτέστιν τὴν εἴς γε τὸ ἀγαθὸν τῆς διανοίας ῥοπήν. Ἀλλ' ὁ μὲν σπείρων εἰς
C τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. Οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, τουτέστιν τὸ θέλημα τοῦ νοῦ τὸ ἀποφέρον εἰς ζωὴν, ἦν μὲν ἐν ἡμῖν καὶ πάλαι. ἐδουλεύομεν γὰρ τῷ νοΐ νόμῳ Θεοῦ. Ἀλλ' ἠῤῥώστησεν, ὡς ἔφην, τὸ ἀδρανὲς εἰς ἀντίστασιν, καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἡττώμενος κατεκρίνετο τῷ νόμῳ. Ἐπειδὴ δὲ τὸ νοσεῖν ἀποβαλὼν, ἐῤῥώσθη διὰ Χριστοῦ (κατεσφραγίσμεθα γὰρ δι' αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν ἠμφιέσμεθα), ταύτῃ τοι καὶ λελυτρώμεθα, καὶ ὑπεζευγνύμεθα μὲν οὐκ ἔτι τῷ κακῷ· βεβλήμεθα δὲ, ὡς ἔφην, εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα. Οὐκοῦν ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, τουτέστιν τὸ θέλημα τοῦ νοῦ τὸ νενευκὸς
D εἰς ἀγαθουργίαν καὶ εἰς ζωὴν ἀποφέρον, ὅτε τὴν διὰ Χριστοῦ πεπλούτηκεν χάριν, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀσθενείας ἀπήλλακται, τότε τῶν ἐξ ἁμαρτίας ἀλογήσας κακῶν καὶ τοῦ τῆς σαρκὸς κατευμεγεθήσας νόμου, ἠλευθέρωσέν με, φησί· καὶ οὐκ αὐτός που πάντως τὴν ἐλευθερίαν διδοὺς, γεγονὼς δὲ μᾶλλον ἡμῖν ἐλευθερίας πρόξενος τῆς διὰ Χριστοῦ. Ὥσπερ δὲ τοὺς ὑπὸ νόμον ὄντας τὸν τῆς ἁμαρτίας, πᾶσά πως ἀνάγκη καὶ τοῖς τοῦ θανάτου καταδεσμεῖσθαι βρόχοις· οὕτω τοὺς ἔξω γεγονότας αὐτῆς, ἠλευθερωμένους τε διὰ Χριστοῦ, δεῖ πάλιν ἔξω τε εἶναι θανάτου, καὶ ἀμείνους ὁρᾶσθαι φθορᾶς, καὶ ζῆν ἐν ἁγιασμῷ.

A *Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός.*

(Cod. f. 98 b.) Ἀξιάγαστος μὲν ὁ μυσταγωγὸς καὶ ἰσχνὸς ἄγαν εἰς θεωρίας, ἰδιώτης δὲ εἶναί φησι τῷ λόγῳ. Ταύτῃ τοί φαμεν, ἐρυθριῶντες οὐδὲν, ὅτι τῇ συνθήκῃ τῶν προκειμένων λέξεων λείπει τι βραχὺ πρὸς ἐντελῆ διασάφησιν. Ἔδει γὰρ εἰπεῖν· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, » λέλυται τυχὸν ἢ πέπαυται· εἶτα προσεπενεγκεῖν τοῦ πράγματος τὴν ἀπόδοσιν, καὶ τοῦ λελύσθαι συνάψαι τὸν τρόπον, προστιθέντα πάλιν· « Ὁ γὰρ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατήργηκε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, » Καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς δέδωκε τῆς τῶν λέξεων συνθήκης, κατά τε τὸν ἐνόντα σκοπὸν αὐτῷ. Φέρε καταθρήσωμεν τῆς διὰ Χριστοῦ B θεραπείας τὸν τρόπον, πέπαυται δὲ ὅπως τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, καὶ ποῖον ἂν ὅλως τὸ ἀδύνατον νοοῖτο τοῦ νόμου, καὶ ποίου νόμου. Λεπτομυθεῖ γὰρ λίαν ὁ θεηγόρος ἐν τούτοις. Ἀποδέχεται τοίνυν ὡς ὠφελεῖν εἰδότας, τόν τε τοῦ Θεοῦ νόμον, φημὶ δὴ τὸν ἐν γράμμασι, καὶ τόν γε τοῦ πνεύματος, καθ' ὃν ἐσχήκαμεν τὸ θέλειν τὸ ἀγαθὸν, κἂν εἰ μὴ παρακέοιτο τυχὸν τὸ δύνασθαι δρᾷν αὐτό. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὔ· » πλεονεκτούσης δηλονότι τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ τῆς σαρκὸς νόμου καταστρέφοντος εἰς τὰ οἰκεῖα καὶ οὐχ ἑκόντα τὸν νοῦν. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ, οἶμαι, τουτονὶ τρόπον νοοῖτ' ἂν εἰκότως τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, τοῦ τε ἐν γράμμασι καὶ C διὰ Μωσέως, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, καὶ μέντοι τοῦ ἐμφύτου καὶ ἐν ἡμῖν, καθ' ὃν καὶ τὰ ἔθνη, καίτοι τὸν γραπτὸν οὐκ ἔχοντα νόμον, φύσει ποιοῦντα τὸν νόμον φαίνεται, καὶ νόμος εἰσὶν ἑαυτοῖς· ἐνδείκνυνται γὰρ τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. Ποῖον δὲ τὸ ἐν ἀμφοῖν ἀδύνατον, βασανίσαι καιρός. Ὁ μὲν γὰρ ἐν γράμμασι νόμος, διδάσκαλος ἦν εὐκοσμίας καὶ τῶν ἀρίστων εἰσηγητὴς, δεδικαίωκε δὲ παντελῶς οὐδένα· ὅ γε μὴν ἔμφυτός τε καὶ ἐν ἡμῖν, ὃν καὶ ὀνομάζει τοῦ πνεύματος, ἀπονένευκε μὲν εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἡττᾶται δὲ λίαν τοῦ πρὸς τὰ αἴσχιω καλοῦντος νόμου. Οὐκοῦν τὸ ἀδύνατον, τουτέστιν τὸ ἀσθενοῦν, εἴτε τοῦ ἐν γράμμασιν, εἴτε τοῦ ἐμφύτου νόμου, πέπαυται διὰ Χριστοῦ. D Νενεκρωμένης γὰρ τρόπον τινὰ τῆς σαρκὸς, καὶ οἷον ἀνῃρημένης τῆς ἐν ἡμῖν ἡδονῆς, κατ' οὐδένα τρόπον ὁ τοῦ πνεύματος, ἤτοι τοῦ νοὸς, ἀσθενήσει νόμος.

Νενέκρωται δὲ τίνα τρόπον ἡ ἐν ἡμῖν ἁμαρτία, φέρε λέγωμεν ὡς ἔνι. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ὁμοιώματι γέγονε σαρκὸς ἁμαρτίας, ἵνα κατακρίνῃ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. Γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν. Καὶ ὁμοειδὲς μὲν ὅτι καὶ ὁμοφυὲς τοῖς

VIII, 3. *Impossibile enim legis, in quo ob carnem infirma erat.*

Admirandus sacræ doctrinæ doctor, et ad contemplandum peracutus, rudem se dicit esse sermone. Ideo nos confidenter dicimus, suprascriptarum dictionum constructioni parum quid deesse, ut plenus sensus exprimatur. Dicendum enim fuit: « Impossibile enim legis, in quo ob carnem infirma erat, » dissolutum est, puta, vel cessavit; deinde subtexenda erat facti expositio, et dissolutionis modus connectendus, denuo subjungendo: « Deus enim mittens Filium suum in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, destruxit in carne peccatum. » Atque alia hujusmodi scopo suo idonea ad periodi compositionem scribi oportuit. Nunc age, contemplemur medelæ per Christum factæ rationem, et quomodo impossibile legis cessaverit, et quodnam intelligendum sit hoc impossibile legis, et cujusnam legis. Etenim hoc loco subtiliter admodum disserit deiloquus vir. Concedit itaque, uti utiles, tum Dei legem, id est scriptam illam, tum etiam legem spiritus a quo bonam voluntatem recepimus, etiamsi forte haud nobis adfuerit exsequendi ipsam potestas. Ait enim: « Velle quidem adjacet mihi, bonum autem operari nequaquam [74]; » prævalente nempe peccato, legisque carne ad sua pertrahente opera mentem vel invitam (1). Hoc puto sensu credibiliter intelligendum esse quod dicit impossibile legis, tum illius scriptæ per Moysem, sicuti nuper dixi, tum etiam alterius nobis congenitæ, ad cujus normam gentes quoque, etsi scripta lege carent, naturaliter legem observare cernuntur, sibique ipsis lex fiunt: demonstrant enim opus legis scriptum in cordibus suis, sicuti legimus. Quodnam autem in utraque lege sit impossibile, inquirendum jam est. Scripta quidem lex, magistra erat honestatis, optimorum consiliorum dux, quin tamen quemquam omnino justificaret; verum illa nobis congenita, quam etiam legem spiritus appellat, vergebat quidem ad rectum, sed tamen a lege illa quæ ad turpia impellit, valde superabatur (2). Igitur quod erat impossibile, id est infirmum, sive in scripta lege, sive in naturali, cessavit per Christum. Mortificata enim quodammodo carne, ac prope exstincta in nobis voluptate, nullo jam pacto lex spiritus sive mentis infirmabitur.

Jam quemadmodum in nobis peccatum mortificetur, agesis quantum licet dicamus. Dei Verbum, beneplacito Dei Patris, in similitudinem factum est peccati, ut in carne damnaret peccatum [75]. Fecit enim se hominem, atque ad exinanitionem demisit [76]. Profecto quod consimile et ejusdem ac cor-

[74] Rom. vii, 18. [75] II Cor. v, 21. [76] Philipp. ii, 6.

(1) De variis libertatis humanæ gradibus, deque libero arbitrio in re morali semper incolumi, latissime disputant, pro sua quisque secta vel systemate, theologi; præsertim ubi Augustini doctrinam enucleant atque defendunt.

(2) Hanc nonnulli theologi victricem malam appellant delectationem.

pora nostra naturæ corpus ejus fuerit, quisnam ambiget? Nihilominus cæterorum quidem omnium corpora carnes vocare licet peccati, quia naturaliter ægrotant absurdarum voluptatum scaturigine: sed Christi corpus nemo carnem peccati dicet, absit! sed similitudinem potius carnis peccati; nimirum simile quidem nostris corporibus, haud tamen ita comparatum ut carnali immunditia ægrotare posset: sanctum enim jam inde ab utero templum illud fuit. Et quantum quidem ad cogitationes ac ratiocinia naturalia attinet, nemo certe verebitur affirmare, quod, quatenus caro erat, proprios congenitosque motus habuerit; quia tamen illud quod omnem creaturam sanctificat Verbum in eo habitavit, damnata fuit peccati potentia, ut in nos quoque ejus beneficii vis transiret. Reapse non spiritaliter solum, verum etiam corporaliter, æque ac ille transformati fuimus. Quando enim intra nos habitat Christus per Spiritum sanctum et mysticam benedictionem (1), tum sane in nobis etiam peccati lex prorsus damnatur. Vere igitur dictum est, impossibile legis, in quo illa ob carnem infirmabatur, cessavisse per Christum qui damnavit destruxitque peccatum in carne, ut legis justitia in nobis impleretur. Impleta fuit enim legis justitia, id est decretorum a lege vis, voluntas scilicet ad virtutem contendens, postea quam interna lex nostra nullo jam pacto, ut dixi, infirmatur a congenitarum voluptatum tyrannide. Itaque impleta in nobis est legis justitia, siquidem jam non secundum carnem ambulamus, sed spiritaliter malumus vivere.

VIII, 6. *Nam prudentia carnis* (2), *mors est: prudentia autem spiritus, vita et pax.*

Recte omnino prudentiam carnis donat mortis titulo: spiritus autem prudentiam dicit vitam ac pacem. Vere enim carnis amor mortem generat: æterna contra vita et cœlestia bona acquiruntur ab iis qui spiritaliter vivere malunt.

VIII, 11. *Quod si Spiritus ejus, qui Jesum a mortuis suscitavit, in vobis habitat.*

Resuscitatus fuit Dominus noster Jesus Christus a Patre, subeunte in ejus carnem vita per Spiritum sanctum, qui est ejusdem (3). Nam quod ipsemet templum proprium vivificaverit, denuntiavit Judæis dicens: « Solvite templum, et in tribus diebus excitabo illud [76*]. » Quamobrem, etiamsi a Patre suscitatus dicitur, nihilominus ipse semet suscitabat per sanctum Spiritum. Cuncta enim divina opera a Patre fiunt per Filium in Spiritu [77]. Suscitabit igitur nostra quoque corpora a mortuis Christus.

[76*] Joan. II, 19. [77] Luc. X, 22.

ἡμετέροις σώμασι τὸ αὐτοῦ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; Πλὴν τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων σώματα σάρκες ἂν λέγοιντο τῆς ἁμαρτίας, διά τοι τὸ πεφυκέναι νοσεῖν τῶν ἐκτόπων ἡδονῶν τὴν γένεσιν· τὸ δέ γε σῶμα Χριστοῦ φαίη τις ἂν οὐχ ἁμαρτίας εἶναι σάρκα, μὴ γένοιτο, ὁμοίωμα δὲ μᾶλλον σαρκὸς ἁμαρτίας· τουτέστιν προσεοικὸς μὲν τοῖς ἡμετέροις σώμασιν, οὐ μὴν ἔτι καὶ νοσεῖν εἰδὸς σαρκικὴν ἀκαθαρσίαν· ἅγιος γὰρ ἐκ μήτρας ὁ θεῖος ἐκεῖνος νεώς. Καὶ ὅσον μὲν ἧκεν εἰς ἐννοίας τε καὶ λόγους τοὺς ἐν τῇ φύσει, κατοκνήσειεν ἂν οὐδεὶς ἐκεῖνο εἰπεῖν, ὡς ἐπείπερ ἦν σάρξ, ἔσχεν ἂν ἐν ἑαυτῇ τὸ ἴδιόν τε καὶ ἔμφυτον κίνημα· ἐπειδὴ δὲ ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἁγιάζων Λόγος κατῴκηκεν ἐν αὐτῇ, κατακέκριται τῆς ἁμαρτίας ἡ δύναμις, ἵνα καὶ εἰς ἡμᾶς διαβαίνῃ τὸ κατωρθωμένον. Μετεσχήκαμεν γὰρ αὐτοῦ πνευματικῶς τε καὶ σωματικῶς. Ὅταν γὰρ καὶ ἡμῖν ἐναυλίζηται Χριστὸς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας, τότε δὴ πάντως καὶ ἐν ἡμῖν ὁ τῆς ἁμαρτίας κατακρίνεται νόμος. Ἀληθὲς οὖν ὅτι τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, πέπαυται διὰ Χριστοῦ κατακρίναντός τε καὶ κατηργηκότος τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν. Πεπλήρωται γὰρ τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου, τουτέστιν ἡ δύναμις τῶν τεθεσπισμένων διὰ τοῦ νόμου, ἤγουν τὸ θέλημα τὸ βλέπον εἰς ἀρετὴν, τοῦ ἐν ἡμῖν ὄντος νόμου κατ' οὐδένα τρόπον, ὡς ἔφην, ἀσθενοῦντος ἔτι, διὰ τοῦ τυραννεῖσθαι ταῖς ἐμφύτοις ἡδοναῖς. Πεπλήρωται τοίνυν ἐν ἡμῖν τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ζῆν δὲ μᾶλλον ἐθέλουσι πνευματικῶς.

Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη.

(Cod. f. 101.) Θάνατον μὲν εἶναί φησι τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα, καὶ μάλα ὀρθῶς· τὸ δέ γε τοῦ πνεύματος, ζωὴν καὶ εἰρήνην. Θανάτου μὲν γὰρ ἀληθῶς ἡ φιλοσαρκία πρόξενος· ζωῆς δὲ τῆς εἰς αἰῶνα καὶ τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν, τὸ διαβιοῦν ἑλέσθαι πνευματικῶς.

Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν, οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.

(Cod. f. 104.) Ἐγήγερται ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐνεργουμένης περὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ τῆς ζωῆς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅ ἐστιν αὐτοῦ. Ὅτι γὰρ αὐτὸς τὸν ἴδιον ἐζωοποίει ναὸν, λέγει πρὸς Ἰουδαίους· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Οὐκοῦν κἂν εἰ ἐγηγέρθαι λέγοιτο παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὖν αὐτὸς ἦν ἀνιστὰς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Πάντα γὰρ ἐνεργεῖται τὰ θεοπρεπῆ παρὰ τοῦ Πατρὸς διὰ Υἱοῦ ἐν Πνεύματι. Ἐγερεῖ τοίνυν καὶ τὰ ἡμῶν σώματα ἐκ νεκρῶν ὁ Χριστός.

(1) Adnotemus testimonium de corporali Christi intra nos præsentia post sumptam eucharistiam, et de ejus salutari effectu.

(2) Σαρκὸς φρόνημα rectissime explicat Cyrillus vocabulo φιλοσαρκία, *carnalis affectus*. Cæteris φρόνημα sumitur pro φρόνησις.

(3) En internam Spiritus sancti relationem ad Filium; etenim hic de externa missione non agitur.

Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. A

(Cod. f. 108.) Κατορθοῦται μὲν οὐ[κ ἄνευ πόνου] τὸ ἀγαθὸν, πλὴν ἐπὶ μεγάλαις ἐλπίσι τοῖς ἁγίοις ὁ πόνος. Τῶν γὰρ ἐπιγείων οὐδὲν αὐτοῖς ἐπήγγελται, ἀλλὰ δόξα ἀμήρυτος, καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἡ μέθεξις. Οἱ γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς ὑπερορῶντες, ἄξιοι καὶ τῶν ἀνωτάτω γερῶν· καὶ οἱ προπεπονηκότες ἐν ἀνδρείᾳ καὶ ὑπομονῇ, μέλλουσι στεφάνων ἀπολαύειν ἐν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς. Μειονεκτεῖται γὰρ ὁ εἰς ἀρετὴν πόνος, τῶν μετὰ ταῦτα τιμῶν. Δόξαν δὲ λέγει τῶν ἁγίων, ἐπείπερ ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι κατὰ καιροὺς ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τιμῇ καὶ δόξῃ καὶ ἀφθαρσίᾳ γεγονότες, ἐν τῷ μεταβληθῆναι αὐτῶν τὸ σῶμα, καθὼς μετεμορφώθη ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ὄρει. B

Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται.

(Cod. f. 109.) Ἀποκαραδοκία μὲν ἔστιν ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως προσδοκία τε καὶ ἐπιτήρησις. Ἐκδέχεταί γε μὴν ἡ κτίσις τὴν ἀποκάλυψιν τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, οὐχ αὐτή που πάντως εἰδυῖα τὸ ἐσόμενον· πῶς γὰρ ἢ πόθεν; ἀλλ' ὅτι ταῖς ἀποῤῥήτοις οἰκονομίαις τοῦ πάντα μεταρυθμίζοντος εἰς τὸ ἄμεινον Θεοῦ, πρὸς τοῦτο ἥξει τὸ τέλος. Μεταπλαττομένων γὰρ ὥσπερ εἰς δόξαν ἐξ ἀτιμίας, καὶ ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, τῶν τοῦ Θεοῦ τέκνων, τουτέστι τῶν τὴν εὐδόκιμον κατωρθωκότων ζωὴν, καὶ αὐτή που πάντως ἡ κτίσις μεθαρμοσθήσεται πρὸς τὸ ἄμεινον. Καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς ὁ C θεσπέσιος Πέτρος ἐνδυάζειν οὐκ ἐᾷ, εἰπὼν ὅτι, Καινοὺς οὐρανοὺς, καὶ καινὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν.

Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη.

(Cod. f. 111.) Ματαιότητα ἐνθάδε φησὶν τοὺς ζῶντας ἐν ματαιότητι, τουτέστιν ἐν φρονήματι σαρκικῷ· περὶ ὧν ἂν λέγοιτο καὶ μάλα εἰκότως· « Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη. » Καὶ μὴν καὶ ὅτι παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· ματαιότης γὰρ ἀληθῶς τῶν τοιούτων ὁ βίος. Τούτοις ἡ κτίσις ὑποτάσσεται, καὶ οὔ τί που πάντως ἑκοῦσά ποθεν. Πῶς δὲ δὴ ἄρα καὶ τοῦτό φαμεν; Οἶδεν μὲν γὰρ ὅλως τῶν καθ' ἡμᾶς οὐδὲν ἡ αἰσθητή τε καὶ ὁρωμένη κτίσις· οὐ γάρ ἐστι λογική. D Ἀλλ' εἰ καί τις δοίη τὸ δύνασθαί τι νοεῖν αὐτὴν, οὐκ ἂν ἠνέσχετο, φησὶ, τῆς οὕτως αἰσχρᾶς δουλείας, οὐδ' ἂν ἠθέλησεν ὑποτετάχθαι τε καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων, ἤγουν ἀγαθῶν, διαβιοῦν ἑλομένοις. Ἀλλ' ἐπ' ἐλπίδι, φησὶ, τῶν σωθησομένων καὶ τῶν κατὰ καιροὺς ἁγίων τε καὶ ἐκλεκτῶν, ὑποτέτακταί τε ὡς καταζευγνύντος αὐτὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ οἷον τηροῦντος εἰς ἐλευθερίαν τὴν ὑπό γε τοῖς ἁγίοις καὶ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἵνα δὴ μόνοις ὑπηρετῇ τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, καὶ ταῖς τῶν ἐξειλεγμένων παρακέοιτο χρείαις. Ἀλύει μὲν γὰρ μονονουχὶ καὶ ὠδίνουσα καὶ ἀλγυνομένη· καὶ εἴπερ ἦν αὐτῇ τὸ καὶ

VIII, 17. *Siquidem compatimur, ut etiam conglorificemur.*

Bona sane opera haud absque labore fiunt, sed tamen grandi spe alitur sanctorum labor. Nihil enim terrestre promittitur, sed æterna gloria, bonorumque quæ intellectum sermonemque superant consecutio. Nam qui terrena despiciunt, digni fiunt supernis præmiis: et qui fortiter patienterque antea laboraverint, incomparabilis excellentiæ coronis perfruentur. Minimus certe virtutis videbitur labor, præ tantis mercedibus. Gloriam scilicet sanctorum denotat, quia per sæcula fulgebunt justi tanquam sol, in honore et gloria et immortalitate constituti, cum illorum immutabuntur corpora, sicuti Christus in monte transfiguratus est [78].

VIII, 19. *Exspectatio enim creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat.*

Exspectatio quidem spes est, et rerum eventus præstolans observatio. Porro creatura revelationem filiorum Dei exspectat, non sane quod ipsa futuri sit præscia; qui enim vel undenam id fieri potest? sed quia per arcanam Dei dispositionem, qui cuncta ad melius dirigit, ad hunc finem perveniet. Translatis enim tanquam in gloriam ex dedecore, et ex corruptela in incorruptionem, Dei filiis, iis nempe qui honestam vitam delegerint, ipsa quoque creatura plane in melius transformabitur. Qua de re divus nos Petrus dubitare non sinit dicens, novos cœlos et novam terram, ejusque promissiones a nobis exspectari [79].

VIII, 20. *Vanitati enim creatura subjecta est.*

Vanitatem hoc loco dicit viventes in vanitate, id est in carnali affectu: de quibus convenientissime etiam diceretur: « Homo vanitati similis factus est [80]. » Item, quod jumentis comparatus sit, et his assimilatus; namque horum vita vere vanitas est. His hominibus creatura subjecta est, quanquam prorsus involuntaria. Cur id, inquam, dicimus? Nempe nihil nostrarum rerum novit creatura visibilis et palpabilis, quia ratiocinio caret. Nam si forte illi contingeret ut parum quid intelligeret, haud pateretur tam turpem servitutem servire, neque his subesse ac famulari vellet, qui nullius bonæ frugis vitam agere decrevissent. Verumtamen in spe, inquit, salvandorum per consequentia tempora sanctorum atque electorum, subjecta manet, jugum illi quodammodo imponente Deo, ac veluti reservante ad eam libertatem, quæ sub ejus sanctis atque amatoribus futura est, ut solis demum ejusdem Dei filiis inserviat, et electorum usibus operam navet. Interim vero mœret, et quodammodo laborat ac dolet: et si quid nostrorum operum cognoscere posset, fortasse etiam ploraret. Nunc Dei nutibus obsequens,

[78] Matth. XVII 2 [79] II Petr III, 3 [80] Psal. CXLIII, 4.

exspectat quodammodo futuram filiorum Dei, ut dixi, revelationem.

VIII, 23. *Non solum autem (illa), sed et ipsi primitias Spiritus habentes, et ipsi intra nos ingemiscimus.*

Sumit ad dictorum demonstrationem id quod in nobis fieri solet. Nos ipsi enim, inquit, qui primitias Spiritus habemus, gravati ingemiscimus, ceu adoptionem in filios exspectantes a corporibus dissolutionem. Reapse enim corruptibile corpus aggravat animam, mentemque curarum plenam terrenum corpus deorsum vergit. Verum ubi semel nobis Spiritus insilit, atque ad virtutis studium convertit, illico adversatur carnis amor, et inhærens membris nostris lex, atque ad absurdas voluptates prona, bellum asperum commovet. Idcirco ingemiscimus, corporis nostri liberationem adoptionis instar reputantes. Haud tamen exoptamus corporum depositionem, neque hanc liberationis nomine dignamur; sed spiritale fieri corpus exspectamus, quod nempe carnalem omnem terrenumque affectum, peccatique stimulum abjiciat. Hujusmodi nos spiritale corpus dicimus. Jam etsi gratia adoptionis corporis nostri liberationem efficit, nemo hinc resurrectionem calumniandi ansam arripiat: neque in tantum impietatis deveniat, ut dispergendam fore carnem dicat, et prorsus annihilandam, postquam in terram deciderit; proque ea resurrecturum quid spiritale, persubtile, atque ætherium (1). Sic enim isti dictionem *spiritale* intelligunt.

VIII, 24. *Spe enim salvi facti sumus.*

Credimus corpora quoque nostra corruptionem ac mortem esse superatura. Cæteroqui id nobis in spe repositum est, non veluti præsens, sed ut omnino certissime eventurum; quod sane patienter laborantesque exspectamus, ut tam venerabili dono potiamur.

VIII, 26. *Similiter et spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris, etc. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus ineffabilibus.*

Gemitibus ineffabilibus postulat (3) pro nobis, noster videlicet spiritus. Quandoque enim ingemiscimus, dum supplicationes Deo offerre conamur. Atqui id quoque Spiritu sancto docente discimus, nam et ipse æque ac Filius sapiens est. Quoniam

A εἰδέναι τι δύνασθαι τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, τάχα που καὶ ἀνοιμώζουσα. Πλὴν τοῖς θείοις εἴκουσα νεύμασι, καραδοκεῖ τρόπον τινὰ τὴν ἀποκάλυψιν, ὡς ἔφην, τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ.

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν.

(Cod. f. 113.) (2) Δέχεται πρὸς ἀπόδειξιν τῶν εἰρημένων τὸ ἐν ἡμῖν γίνεσθαι πεφυκός. Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς, φησὶν, οἱ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, στενάζομεν βαρούμενοι, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Ἀληθὲς γὰρ ὅτι φθαρτὸν σῶμα βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα. Γεγονότος δὲ ἅπαξ ἐν ἡμῖν τοῦ Πνεύματος, καὶ μεταστοιχειοῦντος B ἡμᾶς εἰς ἔφεσιν ἀρετῆς, ἀντεξάγει ὥσπερ ἡ φιλοσαρκία ἔξω τοῖς μέλεσιν ἡμῶν ἐγκατασκήψας νόμος, καὶ ἀεὶ καταθήγων εἰς ἐκτόπους ἡδονὰς, ἀπηνῶς ἀντανίσταται. Ταύτῃ τοι στενάζομεν τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν ἀπολύτρωσιν, εἰς υἱοθεσίαν καταλογιζόμενοι. Δεδιψήκαμεν γὰρ οὐ τὴν τῶν σωμάτων ἀπόθεσιν, οὔτε μὴν ταύτην εἶναί φαμεν τὴν λύτρωσιν· ἔσεσθαι δὲ προσδοκῶμεν τὸ σῶμα πνευματικὸν, τουτέστιν ἀποβεβληκὸς εἰς ἅπαν φρόνημα τὸ σαρκικὸν καὶ γεῶδες, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὸ κέντρον. Τοῦτο εἶναί φαμεν τὸ σῶμα τὸ πνευματικόν. Εἰ δὲ τῆς υἱοθεσίας ἡ χάρις τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν ἀπολύτρωσιν ἔχει, μηδέ τινες ὅλως συκοφαντείτωσαν τὴν ἀνάστασιν· μήτε μὴν εἰς τοῦτο ἡκόντων ἀσεβείας, ὡς ἀπόβλητον μὲν ποιεῖσθαι τὴν σάρκα, καὶ C ἀφανισθήσεσθαι λέγειν εἰς ἅπαν αὐτὴν πεσοῦσαν εἰς γῆν, ἀντανίστασθαι δὲ ὥσπερ ἕτερόν τι πνευματικὸν, ἰσχνόν φημι καὶ ἀερῶδες. Νοοῦσι γὰρ ὧδε τὸ *πνευματικὸν* αὐτοί.

Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν.

(Cod. f. 114.) Πιστεύομεν ὅτι μέλλει καὶ τὰ ἡμῶν σώματα κρείττω γίνεσθαι φθορᾶς καὶ θανάτου. Ἀπόκειται δὲ τοῦτο ἡμῖν ἐν ἐλπίσιν, οὐχ ὡς ἤδη παρὸν, ἀλλ' ὡς πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμενον· καὶ ἐκδεχόμεθα δι' ὑπομονῆς τληπαθοῦντες, ἵνα τύχωμεν τῆς οὕτω σεπτῆς δωρεᾶς.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, κ. τ. λ. *Ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.*

D (Cod. f. 114 b.) Στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἡμῶν δηλονότι πνεῦμα. Στενάζομεν γὰρ ἔσθ' ὅτε, τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετείας ποιεῖσθαι σπουδάζοντες. Οὐκοῦν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καὶ τοῦτο μανθάνομεν· σοφὸν γάρ ἐστι καθάπερ καὶ ὁ Υἱός.

(1) Hoc dici videtur contra Origenianos.

(2) Quidquid continetur in codice a f. 113 ad 120 supplementum lacunæ est, a manu recentiore parumque perita scriptum. Erant ergo ibi quædam vitiata prorsus vocabula, quæ tamen indubia conjectura sanare nobis licuit; quam rem quilibet agnoscet, cui codicis inspiciendi studium fuerit. Itaque ne onerandum quidem marginem libri nostri prædictis amanuensis erroribus judicavimus. Cæteroqui nec alius codex quem inspeximus in Epistola ad Romanos, suppetias ferebat; est enim secundus nil aliud quam prioris apographum, cum iisdem prorsus hoc in loco vitiis.

(3) Si ἀλαλήτοις opponitur λαλητοῖς, licebit interpretari *ineloquacibus*, id est *tacitis*. Sic certe prisca translatio apud Sabaterium: *postulat gemitibus, qui eloqui non possunt.*

Ἐπειδὴ δέ φησι τό· « Τί προσευξώμεθα, καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· » ἐκεῖνο ζητήσωμεν· καίτοι τὸ τίνα δὴ τρόπον προσεύξεσθαι δεῖ, προπεπαιδεύμεθα παρὰ Χριστοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Οὕτως οὖν ὑμεῖς προσεύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· » καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶν ἐφ' ἑξῆς. Ὅτε τοίνυν ἐγνώκαμεν καθ' ὃν ἂν πρέποι τρόπον ποιεῖσθαι τὰς ἱκετείας, τίς ἂν γένοιτο λόγος τῶν ἀποστολικῶν γραμμάτων; ἢ ὅποιπερ ἂν βλέποι τὸ διὰ τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς; Φαμὲν οὖν, ὅτι προσευξόμεθα μὲν, τὴν τῶν ἀγαθῶν ζητοῦντες αἴτησιν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰ εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ τὰ δι' ὧν ἂν γένοιτο βιῶναί τε ὀρθῶς καὶ τὴν εὐδόκιμον ἀληθῶς κατορθῶσαι ζωήν. Τὴν δὲ ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ αὐτοὶ στενάζομεν ἐν ἑαυτοῖς, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος. Καὶ ὥς ἔν γε τούτῳ τῷ μέρει, « Τὸ τί προσευξώμεθα, καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. » Εἰ γὰρ « ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, » τί προσιόντες αἰτήσομεν; ἢ πῶς ἂν εἰδείημεν καὶ τεθεάμεθα (1), μᾶλλον δὲ καὶ τὰ ἐπέκεινα νοῦ καὶ ταῖς ἀνθρώπων καρδίαις οὐκ ἐγνωσμένα; Ποία δ' ἂν γένοιτο καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀπολύτρωσις, ἢ τίς ὁ μεταπλασμὸς, ἀναστοιχειοῦται δὲ ὅπως εἰς ἀφθαρσίαν καὶ δόξαν, αὐτὸς ἂν εἰδείη καὶ μόνος ὁ τούτων τεχνίτης. Ἔφη δέ που πρός τινας τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητὴς, καθ' ὃ δεῖ προσεύχεσθαι μὴ εἰδότας· « Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε. » Οὐκοῦν πρέπει ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τοῖς ὧδε διακειμένοις εἰπεῖν· « Τὸ τί προσευξώμεθα, καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. » Ἀλαλήτοις δὴ οὖν στεναγμοῖς αἰτοῦμεν ἐν Πνεύματι, ἃ καὶ ὅτι μὲν ἔσται πεπιστεύκαμεν, τίνα δὲ τρόπον, ἀγνοοῦμεν παντελῶς. Ἡ μὲν φύσις ἡμῶν, φησὶν, ἐστὶν ἀσθενὴς, καὶ τὸ καθ' αὐτὴν ἀρνουμένη τὸ αὖθις ἀναβιώσεσθαι [codd. ἀναβώσεσθαι]· τὰ δὲ ἐπηγγελμένα, μεγάλα τε καὶ θεῖα, καὶ οἷα μηδὲ νῷ χωρηθῆναι δυνάμενα, μηδ' ὅλως ἐπὶ ἀνθρώπου καρδίαν ἀνέβη ποτέ. Ἀλλ' ὅμως πρὸς πίστιν τούτων τῶν τηλικούτων οὐ μικρὰν ἐπικουρίαν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἔχομεν. Ταῦτα γὰρ καὶ αἰτήσεως κρείττονα, καὶ περὶ ὧν οὐκ ἴσμεν οὐδὲ ὅπως εὔξασθαι χρή. Ἵνα εἴπῃ· Τὰ καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀνθρώπινον καὶ ὑπὲρ εὐχὴν, ταῦτα ἡμῖν ἡ δεδομένη τοῦ Πνεύματος χάρις ἀποῤῥήτως εἰσπράττεται, καὶ δίδωσιν ἡ ἀπαρχὴ θαῤῥεῖν περὶ τοῦ παντός. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐπὶ τῶν γάμων ἀῤῥαβῶνες, οὓς ἀλλήλοις οἱ γαμοῦντες διδόασιν, ἐγγυῶνται τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ προφερόμενοι τὰς ἐφ' οἷς δέδονται συνθήκας, ἐπὶ πέρας ἀχθῆναι καταναγκάζουσιν· οὕτως, οἶμαι, καὶ ἡ ἀπαρχὴ τοῦ Πνεύματος, τουτέστι τὸ μερικὸν τοῦ Πνεύματος χάρισμα, ὅ ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, τὴν ἐπὶ καιροῦ δοθησομένην καθ' ὅλου χάριν ἡμῖν βεβαιοῖ. Δέον οὖν ἄρα

A vero ait : « Quid postulemus, prout oportet, ignoramus, » nunc istud nos vestigemus; quanquam reapse quid postulare nos oporteat, jam docti fuimus a Christo diserte dicente : « Ita vos orabitis : Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum ; adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra [81], » et reliqua. Quandoquidem ergo scimus quanam a nobis ratione orandum sit, quinam est apostolicæ litteræ sensus, quidve Pauli vox designat ? Aio igitur, orare nos, bonæ rei postulationem facientes, atque in primis Dei gloriam petentes, tum auxilium ad bene vivendum, vereque honestos mores instituendos. Hanc autem inchoationem spiritus habentes, nos quoque interius ingemiscimus, adoptionem in filios exspectantes, corporis scilicet liberationem. Verumtamen ad hoc quod attinet, « Quid postulemus, prout oportet, ignora- B mus. » Nam si « oculus non vidit, et auris non audiit, et in cor hominis non ascendit, quæ paravit Deus diligentibus se [82] : » quid ad orationem accedentes petemus ? vel quomodo agnoscemus aut videbimus res potissimum mentis intelligentiam excedentes, et quæ humanis cordibus sunt imperviæ ? Certe cujusmodi corporis liberatio futura sit, quænam ejus immutatio, et quomodo ad incorruptibilitatem gloriamque transformandum sit, solus ille novit qui rerum harum artifex fuit. Dixit aliquando nonnullis orandi imperitis Servatoris discipulus : « Petitis, et non accipitis, quia perverse petitis, ut in voluptates vestras insumatis [83]. » Decet igitur hos potissimum homines dicere : « Quid petamus, vel quid oporteat, nescimus. » C Ineffabilibus ergo gemitibus in Spiritu petimus ea, quæ futura quidem esse credimus, cujusmodi vero sint ignoramus. Natura utique nostra infirma est, et quantum in se est, reviviscendum esse discredit ; alioqui grandia et divina promittuntur nobis, quæ nemo comprehendere potest, neque in cor hominis unquam ascenderunt. Atque ut fidem tantis rebus adhibeamus, non modicam nobis opem Spiritus suppeditat. Sunt enim bona hæc omni prece majora : talia denique, ut ne noverimus quidem prout oporteat ea postulare. Quasi dicat Apostolus : Quæ humanam mentem ac vota superant, ea ineffabiliter nobis conciliat data gratia Spiritus ; ejusque inchoatio nobis tribuit, ut om- D nia confidenter speremus. Sicut enim nuptiales arrhæ, quas invicem nubentes donant, rem firmant in posterum, eæque prolatæ, pactum cujus causa datæ fuerunt, exsequi cogunt ; sic etiam, ut reor, inchoatio Spiritus, id est particula doni Spiritus, quæ est hæreditatis nostræ arrha, dandam deinde nobis suo tempore gratiam confirmat. Oportet itaque ob eam consequendam labores minime defugere. Verbum autem ἐντυγχάνειν, proprie *occurrere*,

[81] Matth. VI, 9-13. [82] I Cor. II, 9. [83] Jac. IV, 3.

(1) Forte legendum, ἃ μὴ τεθεάμεθα. EDIT.

metaphorice dixit, quia et nos solemus in mutuis occursibus manus sustollere (1).

VIII, 28. *Scimus autem diligentibus Deum omnia in bonum cooperari, iis nempe qui secundum propositum sunt vocati.*

Sane conferunt omnia ad bonum diligentibus Deum et secundum propositum vocatis. Sed quorumnam est propositum? quidve significant verba, *secundum propositum*? Nimirum *secundum propositum* idem est ac secundum voluntatem. Vocantur itaque hi, de quibus sermo est, secundum aliquorum voluntatem; sed num vocantis tantummodo, an illorum etiam qui vocantur? Profecto omnis impulsus, qui ad justitiam defert, fit a Deo Patre (2). Dixit enim aliquando Christus: « Nemo potest ad me venire, nisi, qui misit me, Pater, traxerit eum. » Sed tamen hac in re a recta sententia non aberrabit qui dixerit, nonnullos vocatos fuisse secundum propositum et vocantis et etiam ipsorum.

VIII, 30. *Quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; quos vero justificavit, hos etiam glorificavit.*

Consentaneum est quosdam speciosum incredulitati suæ prætextum obtendisse, inscitia sua deceptos, ac dicentes: Si, quos Deus præscivit secundum propositum et electionem, hi vocantur; nil mirum nondum nos credidisse, qui neque vocati fuimus neque prædestinati. Quibus sic occurremus: Qui nuptias fecit filio suo, servos misit ad congregandos invitatos, qui tamen venire abnuerunt; quibus ii successerunt qui secundum peculiare propositum vocati fuerant. Repletum est igitur nuptiale triclinium discumbentibus. Igitur ne prioribus quidem, si accedere voluissent, ullum impedimentum objectum fuisse apparet; nemini autem injuriam facit præcognitio, neque vicissim quibuslibet prodest. Alioqui demonstrent, se quoque non fuisse præcognitos, qui sua incredulitate Deo vocanti injurii fuerunt. Sed et vocati revera fuerunt, et accesserunt quidam ad nuptias; neque tamen electi fuerunt, neque justificati, neque honore affecti. Cur id? inquam. Quia convenientem nuptiis vestem non induerant. Alioqui et ipsum Dominum nostrum Jesum Christum aperte dicentem comperimus: « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [84]. » Ecce omnes ad se vocabat; nemoque adeo vocationis gratia caret: dum enim omnes dicit, neminem excludit. Nimirum quos multo ante prævidit, quinam futuri essent, eos prædestinavit ad futurorum bo-

A τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς πόνους μὴ ἀποφεύγειν. Τὸ δὲ *ἐντυγχάνειν*, μεταφορικῶς εἶπεν, ἀπὸ τοῦ καὶ ἡμῶν τὰς χεῖρας ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἐντυχίαις ἀνύεσθαι.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.

(Cod. f. 117.) Συνεργεῖ μὲν ἅπαντα πρὸς τὸ ἀγαθὸν τοῖς ἀγαπῶσι Θεὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι. Κατὰ πρόθεσιν δὲ ἄρα τὴν τίνων; Τί δ' ἂν νοοῖτο τὸ, *κατὰ πρόθεσιν*; Οὐκοῦν τὸ, *κατὰ πρόθεσιν*, εἴη ἂν τὸ, κατὰ βούλησιν. Κέκληνται δὴ οὖν οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος κατὰ βούλησίν τινων· πότερον δὴ τοῦ κεκληκότος, ἢ καὶ αὐτῶν τῶν κεκλημένων; Οὐκοῦν ἅπασα μὲν ἔφεσις πρὸς δικαιοσύνην ἡμᾶς ἀποφέ-
B ρουσα, γένοιτ' ἂν ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἔφη γάρ που ὁ Χριστός· « Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Πλὴν ἔν γε τούτοις οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος λέγων, ὡς κλητοὶ γεγόνασί τινες κατὰ πρόθεσιν, τήν τε τοῦ κεκληκότος καὶ τὴν ἑαυτῶν.

Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασεν.

(Cod. f. 118.) Εὐάφορμον τῆς ἀπιστίας τὸ χρῆμα ποιεῖσθαί τινας τὸ ἀπεικὸς οὐδὲν, ἐξ ἀμαθίας συνηρπασμένους καὶ λέγοντας· Εἰ οὓς αὐτὸς προέγνω κατὰ πρόθεσιν καὶ προαίρεσιν, οὗτοι κέκληνται, πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν τοὺς οὔπω πεπιστευκότας· οὐ γάρ τοι
C κεκλήμεθα, οὔτε μὴν προωρίομεθα. Πρὸς οὓς ἐροῦμεν, ὅτι ὁ ποιῶν τοὺς γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, τοὺς μὲν οἰκέτας ἀπέστειλεν συναγεῖραι τοὺς κεκλημένους, οἱ δὲ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν· εἰσῆλθον δὲ μετ' ἐκείνους οἱ κλητοὶ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν. Πέπλησται δὲ οὕτως ὁ νυμφὼν τῶν ἀνακειμένων. Οὐδ' οὖν ἄρ' αὐτοῖς ἐθέλουσιν ἐλθεῖν ἐμποδὼν ὁρᾶται κείμενον· ἀδικεῖ δὲ οὐδένα τὸ σύμπαν ἡ πρόγνωσις, οὔτε μὴν ὀνίνησί τινας. Ἐπεὶ διδασκόντων, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ προεγνώσθησαν, οἱ ταῖς ἀπειθείαις ἐξυβρικότες τὸν κεκληκότα Θεόν. Ἀλλὰ καὶ κέκληνται μὲν καὶ εἰσπεπηδήκασί τινες εἰς τὸν γάμον, πλὴν οὐ γεγόνασιν ἐκλεκτοὶ, οὐδὲ δεδικαίωνται, οὐδ' ἐδοξάσθησαν. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὅτι μὴ πρέπουσαν τοῖς γάμοις ἠμφιέννυντο στολήν. Ἄλλως τε καὶ αὐτὸν εὑρίσκομεν
D τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀναφανδὸν εἰρηκότα· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Ἰδοὺ ἤδη σύμπαντας ἐκάλει πρὸς ἑαυτόν· ἀμοιρήσειεν δ' ἂν οὐδεὶς τῆς ἐπὶ τῷ κεκλῆσθαι χάριτος· ἐν γὰρ τῷ πάντας εἰπεῖν, ἀπόπεμπτον ποιεῖται παντελῶς οὐδένα. Οὓς εἰδὼς πόῤῥωθεν, φησὶν, ὁποῖοί τινες ἔσονται, ἀφώρισεν εἰς τὸ τῶν μελλόντων μετασχεῖν ἀγαθῶν, τούτους καὶ ἐκάλεσεν, ὥστε διὰ τῆς ἐπ' αὐτὸν

[84] Matth. xi, 28.

(1) Ita fortasse intelligendum hic videtur ἀνύεσθαι: vel si mendum subest, corrigendum. Nam rem ego non satis expedio. Attamen notissimum est, manuum elevationem apud veteres, ut monumenta picta fictaque docent, precantem vel etiam [redacted] hic *occurrere* dicitur [redacted] dicitur.

πίστεως ἀπολαῦσαι δικαιώσεως, ἁμαρτεῖν οὐκ ἐπιδεχομένους τότε. Ἡ δέ γε δόξα, ἐν ἀφθαρσίᾳ τε καὶ ἀθανασίᾳ γεγονόσι καθάπαξ, ἅπαντα μέντοι ταῦτα ἀπέδωκε. Πρὸς τὸ, « Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, » διδάξαι βουλόμενος, ὡς οὐ περιορῶν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐν ταῖς παρούσαις ἐξετάζεσθαι ποιεῖ συμφοραῖς. Πῶς γάρ; ὅ γε ἐπὶ τοσούτων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν καλέσας αὐτοὺς, καὶ τούτους οὐ νῦν, ἀλλὰ πάλαι καὶ πρόπαλαι, ἐξ ὅτεπερ αὐτοῖς κατὰ τὴν ἀπόῤῥητον ἑαυτοῦ πρόγνωσιν ἠπίστατο ὁποῖοί τινες ἔσονται καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι. Εἰδὼς γὰρ ἄνωθεν τοιούτους ἐσομένους αὐτοὺς, ἀνάλογα τῇ περὶ αὐτῶν διαθέσει πόῤῥωθεν αὐτοῖς ηὐτρέπιζεν ἀγαθά. Πῶς οὖν αὐτοὺς περιιδεῖν οἷόν τε, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τῆς προαιρέσεως αὐτῶν τὰς ἀμοιβὰς εὐτρεπίσαντα, καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτοὺς καλέσαντα; Ὥστε διὰ τῆς ἐπ' αὐτὸν πίστεως τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν, τοῖς ἀγαθοεργεῖν ᾑρημένοις πάντα συνεργεῖ, Θεοῦ ὑπερασπίζοντος. Ὁ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἠφειδηκὼς Υἱοῦ, ἵνα σώσῃ κινδυνεύοντας, καὶ ἀπαλλάξῃ κινδύνων, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαριεῖται;

Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου.

(Cod. f. 125.) Ἀπόλεκτον μὲν ἐποιεῖτο Θεὸς ἐν ἀρχαῖς τὸν Ἰσραὴλ, καὶ δὴ καὶ πρωτότοκον αὐτὸν ἀπεκάλει· ἀλλὰ γεγόνασιν ἀλαζόνες καὶ ὑβρισταὶ, καὶ, τὸ ἔτι τούτων ἐπέκεινα, Κυριοκτόνοι. Ταύτῃ τοι διολώλασιν· γεγόνασι γὰρ ἀπόπεμπτοι καὶ ἐξεῤῥιμμένοι, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος εἰς ἅπαν ὠλισθηκότες, τέθεινται κατόπιν ἐθνῶν· πεφήνασι δὲ καὶ τῆς τῶν πατέρων ἐλπίδος ἀλλότριοι. Ἐπειδὴ δὲ ὁ μακάριος Παῦλος τῶν θείων Εὐαγγελίων τέθειται λειτουργὸς, καὶ διεκήρυττεν τοῖς ἔθνεσιν τὸν Ἰησοῦν, ἄνω τε καὶ κάτω τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ ἀποπεπτωκέναι λέγων, καὶ τοὺς ἐν σκότῳ ποτὲ καὶ τῶν δαιμονίων θεραπευτὰς, κλητοὺς γενέσθαι κατὰ πρόθεσιν καὶ πρόγνωσιν Θεοῦ διισχυριζόμενος· ἵνα μή τινες οἴωνται τῶν ἀμαθεστέρων, μονονουχὶ κειμένοις καὶ ἐνάλλεσθαι τοῖς ἐκ γένους αὐτὸν, καὶ πεσοῦσιν ἐπιμειδιᾷν, ἀναγκαίαν ποιεῖται τὴν ἀπολογίαν, καί φησιν· « Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ τοῖς μὲν εἰς τοῦτο σκαιότητος τρόπων ἐκπεφοιτηκόσιν, ὡς τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἀπολισθεῖν, σκληράς τε τὰς ἐπὶ τούτῳ λοιπὸν ἀνατλῆναι δίκας, ἐπιστυγνάσειεν ἄν τις· καὶ τὸ ἐκ φιλαλληλίας αὐτοῖς ἐπιστάξαι δάκρυον, εἴη ἂν οὐ πέρα λόγου, μᾶλλον δὲ τῆς ἀγάπης τὴν πλήρωσιν ἔχει. Τό γε δὴ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀνάθεμα θέλειν εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ, μέτρων ἐπέκεινα τῶν ἀγάπης λοιπόν. Οὐ γὰρ ἂν ἕλοιτό τις, εἴπερ ἐστὶν ἐν καλῷ φρενὸς, τῆς ἑτέρων ἕνεκα σωτηρίας προσκρούειν Θεῷ, καὶ ποιεῖσθαι μὲν παρ' οὐδὲν τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν, ἑτέροις γε μὴν τὸ χρῆμα ἐνεῖναι ἐλεῖν.

Τί οὖν ἄρα φησὶ τῆς Ἰουδαίων σωτηρίας ἀντάλ-

norum participationem, eosdemque vocavit (1), ut per fidem in ipsum justificationem consequerentur, neque denuo jam peccarent. Gloria autem, constitutis semel in incorruptione et immortalitate hæc omnia contulit. Jam his verbis, « Scimus diligentibus Deum omnia in bonum cooperari, » docere vult Apostolus, minime Deum electos suos negligere, dum eos temporalibus exerceri sinit calamitatibus. Qui enim id fieri potest? quandoquidem illos ad tantorum bonorum usum vocavit, nec jam præsenti tempore, sed antea longissime, ex quo videlicet sua ineffabili præcognitione ante ipsorum nativitatem viderat quales ii futuri essent. Etenim cum hos præscivisset tales futuros, convenientem suo erga illos affectui longe ante gratiam præparavit. Cur eos ergo negligere potuisset, quorum nondum natorum bonum propositum remunerari paraverat, atque ad id eosdem vocaverat? Quamobrem propter fiduciam recipiendorum a Deo bonorum, his qui bene agere instituerunt, omnia, Deo favente, cooperantur. Nam qui naturali Filio suo non pepercit, ut periclitantes servaret atque eriperet, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?

IX, 1. *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea.*

Deus Israelem ab initio sibi delegit, quin et primogenitum illum appellavit. Verum (Israelitæ) evaserunt superbi, contumeliosi, et, quod his pejus est, Domini sui homicidæ. Idcirco perierunt: repudiati enim sunt et abjecti, et a Dei familiaritate prorsus exclusi, et ipsis ethnicis posthabiti sunt, atque a parentum spe exciderunt. Ex quo autem beatus Paulus divinorum Evangeliorum factus est minister, et Jesum gentibus prædicare cœpit, natos de Israelis genere a gratia excidisse dicens passim et ubique, eos vero qui tenebris aliquando obruti dæmoniis serviebant, nunc esse vocatos secundum propositum et præcognitionem Dei asseverans, ne imperiti aliqui eum quodammodo insultare popularibus suis crederent et prostratos irridere, necessariam defensionem instituit dicens: « Veritatem dico in Christo, non mentior, » et reliqua. Profecto pro his qui in tantum improbitatis devenerant, ut a Dei charitate excidissent, ejusque rei causa justas tulissent pœnas, æquum est quemlibet dolere; tum etiam mutui amoris ergo lacrymam fundere, non est ratione alienum, imo summam denotat charitatem. Verumenimvero optare pro illis fieri anathema a Christo, id demum omnem amoris mensuram excedit. Neque enim quisquam, mentis suæ compos, alienæ salutis causa, Dei offensam incurrere velit, et dum vitam suam negligit, aliorum utilitatem procurare.

Cur ergo pro Judæorum salute suam Paulus

(1) Observent scholastici prædestinationem post prævisa merita a Cyrillo perspicue traditam.

objicere dicit? Nimirum hyperbolicus hic sermo est, et perfectissimæ charitatis indicium. « Optabam enim, inquit, ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis; » tanquam si diceret: Si, me Christi offensam incurrente, salvatur Israel, plane velim; ego ipse (qui etiam justificatis in fide dixi: « Non enim me scire quidquam judicavi, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum [85]; » qui cunctis palam prædicavi: « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius [86]? ») ipse, inquam, plane velim tantum malum subire, et unus pro omnibus ad exitium currere. Imo vero ita loquitur, ut Judæos ad fidem sibi adhibendam pertrahat, et stultorum calumnias avertat. Nonnulli enim e Judæis existimabant divum Paulum, insanientem veluti, Mosaicis legibus adversari. Hinc credentibus quoque scribebat: « Sive enim mente excedimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis [87]. » Igitur velim ego, inquit, et quidem valde alacriter, ut consanguineorum meorum saluti consulam, anathema esse a Christo. Addit autem, idoneam veluti sui propter illos doloris causam ostendens, quamobrem in tantum mentis propositum devenerit, et ne durum aliquid et absurdum videatur, dum ait velle se pro aliorum vita propriam prodigere; addit, inquam: Primum quidem, ait, « sunt Israelitæ, quorum est adoptio, et gloria, et fœdera, et legis latio, et religio, et promissiones: » ex ipsis denique et ipse secundum carnem Christus. Certe nisi Moysis lex testis fuisset nostræ cum Deo necessitudinis, vel iis paucis qui non ita pridem verum propria natura Deum agnoverant; nisi Judæi sanctorum Patrum radice pullulassent, eorumque nobilitatis hæredes fuissent; nisi ipsi primi Dei colendi rationem sectati fuissent, et promissionum spem recepissent; multo certe minorem de iis gerere liceret sollicitudinem. Nunc quoniam illorum patres, et reliqua res publica, post non improsperum cursum, inexspectato fine corruerant, atque a spe sua deciderant, quidni vere dolendus erat qui calamitosis acciderat casus?

IX, 6. *Fieri autem non potest ut verbum Dei exciderit.*

Præcise loquitur: minime enim fallacem esse ait, id est, non posse a veritate aberrare Dei sermonem. Promisit diserte Abrahamo ab initio universitatis Deus, patrem eum fore multorum. Rursusque: « Multiplicans multiplicabo semen tuum, quanta est stellarum in cœlo multitudo [88]. » Oportebat igitur non Israelitarum tantummodo demonstrari parentem Abrahamum: etenim unica gens erat, quæ ex ipso exstitit, innumeri vero per universum orbem populi, qui pariter filii Abrahami reputantur, si modo ad promissionem

A λαγμα τὴν ἑαυτοῦ προτιθείς; Οὐκοῦν ὑπερβολικὸς ὁ λόγος, καὶ ἀγάπης ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τελεωτάτης. « Εὐχόμην γάρ, φησὶν, ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου· » ὅμοιον γὰρ ὡς εἴπερ λέγοι· Εἰ προσκεκρουκότος ἐμοῦ τῷ Χριστῷ ὁ Ἰσραὴλ ἀνασώζεται, εἱλόμην ἂν αὐτὸς ἐγὼ (ὁ καὶ τοῖς ἐν πίστει δεδικαιωμένοις εἰπών· « Οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον· » ὁ πᾶσι διακηρύττων· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; ») τὸ οὕτω δεινὸν ὑποστῆναι κακὸν, καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων χωρῆσαι πρὸς ὄλεθρον. Τοῦτο δὲ ἦν σαγηνεύοντος μὲν τοὺς Ἰουδαίους εἰς εὐπ[ε]ίθειαν, ἀποκρουομένου δὲ τὰς τῶν ἀσυνέτων
B συκοφαντίας. Ὤοντο γὰρ τῶν Ἰουδαίων τινὲς, οἷον ἀπόπληκτον γεγονότα τὸν θεσπέσιον Παῦλον, τοῖς διὰ Μωσέως ἀντιφέρεσθαι νόμοις. Ταύτῃ τοι τοῖς πιστεύσασιν ἐπιστέλλει λέγων· « Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. » Οὐκοῦν ἑλοίμην ἂν ἔγωγε καὶ μάλα προθύμως, φησὶν, ἵνα τοὺς ἐξ αἵματος ἀνασώσαιμι, ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Προσεπάγει δὲ, ὥσπερ τῆς ἐπ' αὐτοῖς λύπης τὴν αἰτίαν οὐκ ἀνικάνως ἔχουσαν ἀποφαίνων, εἰς γε τὸ δύνασθαι τοιαύτην αὐτῷ τὴν διάθεσιν ἐνεργάζεσθαι, ἵνα μή τι δοκοίη σκληρόν τε καὶ ἀπηχὲς εἰπεῖν, τῆς ἑτέρων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ δωρούμενος· Πρῶτον μὲν γάρ, φησὶν, « εἰσὶν Ἰσραηλῖται· αὐτῶν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία,
C καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· » ἐξ αὐτῶν δὲ τὸ κατὰ σάρκα καὶ αὐτὸς ὁ Χριστός. Ἀλλ' εἰ μέν τινες ἦσαν τῶν οὐ πάλαι διεγνωκότων τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, εἰ μὴ νόμος αὐτοῖς ὁ διὰ Μωσέως γέγονε βραβευτὴς τῆς εἰς αὐτὸν οἰκειότητος, εἰ μὴ τῆς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐξέφυσαν ῥίζης καὶ τῆς ἐκείνων εὐκλείας τέθεινται κληρονόμοι, εἰ μὴ πρῶτοι τοὺς τῆς εἰς Θεὸν λατρείας μεμελετήκασι τρόπους, καὶ τὰς τῆς ἐπαγγελίας πεπλουτήκασιν ἐλπίδας, μετριωτέραν ἄν τις τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἐποιήσατο λύπην. Ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν οἱ πατέρες, καὶ τὰ ἄλλα· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐξουρίας αὐτοῖς τῶν πραγμάτων ἰόντων, εἰς ἀδόκητον ἐκπεπτώκασι τέλος, καὶ διημαρτήκασι τῆς ἐλπίδος· πῶς οὐ πάνδεινον ἀληθῶς τὸ τοῖς ἀθλίοις συμβεβηκός;

D *Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.*

(Cod. f. 129 b.) Ἀκριβὴς ὁ λόγος· ἥκιστα γὰρ διεψεῦσθαί φησιν, ἤγουν δύνασθαι τῆς ἀληθείας διαπεσεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον. Ἐπήγγελται μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τῷ Ἀβραὰμ ἐν ἀρχαῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὅτι πατὴρ ἔσται πολλῶν· καὶ πάλιν· « Πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡσεὶ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. » Ἔδει τοίνυν οὐχὶ μόνων τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ἀναδειχθῆναι πατέρα τὸν Ἀβραὰμ (ἔθνος γὰρ ἦν ἓν τὸ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός), μυρία δὲ ὅσα κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, ἃ καὶ εἰς τέκνα τέθειται τῷ Ἀβραὰμ, εἴπερ εἰσὶν ἐξ ἐπαγγελίας, καὶ στοιχοῦσι

[85] I Cor. II, 2. [86] Rom. VIII, 35. [87] II Cor. v, 13. [88] [illegible] 10.

τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως αὐτοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὡς γὰρ αὐτός πού φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, « Οὐ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ εἰς τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως· εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, φησὶ, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. » Ὅτε τοίνυν ὡς ἐν Ἰσαὰκ τὸ ἐξ Ἀβραὰμ λελόγισται σπέρμα, τουτέστιν καθ' ὑπόσχεσιν (ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος· « Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός »), δῆλον ἂν εἴη δήπουθεν ὅτι οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς καταλογισθεῖεν ἂν πάντη τε καὶ πάντως εἰς τέκνα Θεοῦ, ἔχοιεν δ' ἂν μᾶλλον ἐφ' ἑαυτοῖς τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν τὰ ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, τουτέστιν τὰ διὰ πίστεως.

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.

(Cod. f. 132.) Ἰστέον ὅτι συμ[πε]πέρασται μὲν οὐδαμῶς ὁ τοῦ λόγου σκοπὸς, ἀπήρτηται δὲ μᾶλλον, καὶ δεῖταί τινος βραχείας ἐπαγωγῆς, ἤγουν προσυπακουομένων, ἵνα μὴ σκάζων ὁρῷτο. Ἔστι δὲ ὅ φημι τοιοῦτον· Προαπέδειξε μὲν γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ δεδόσθαι τῷ Ἀβραὰμ ἐξ ἐπαγγελίας τὸν Ἰσαὰκ, ὅτι μὴ πάντες τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα αὐτῷ καταλογισθεῖεν ἂν καὶ εἰς σπέρμα, πρέποι δ' ἂν τὸ χρηματίζειν αὐτὸν πατέρα τῶν ἐκ πίστεως καὶ ἐπαγγελίας. Εἶτα δέχεται τὴν Ῥεβέκκαν καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ γεγονότα, καί φησιν· « Οὐ μόνον δὲ, » τουτέστιν οὐ μέχρι δὴ μόνης τῆς Ἰσαὰκ γεννήσεως ὁ ἐμὸς ἀφίξεται λόγος, « ἀλλὰ γὰρ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. » Καὶ ἦν ἀναγκαῖον προσεπενεγκεῖν. Συμπαραλειφθήσεται τυχὸν πρὸς ἀπόδειξιν καὶ πληροφορίαν, ἤγουν ἔσται πρὸς ὑποτύπωσιν καὶ εἰκονισμὸν τῆς κατ' ἐκλογήν τε καὶ πρόγνωσιν κλήσεώς τε καὶ χάριτος. Ἐπενηνεγμένου γὰρ τοιούτου τινὸς, ἔδοξεν ἂν τότε ἄρτιος αὐτῷ πεποιῆσθαι λοιπὸν ὁ λόγος. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως τοῦτο παρεὶς, ἐπ' αὐτὰ κεχώρηκεν εὐθὺς τὰ ἐπὶ τῇ γενέσει τῶν ἐξ Ἰσαὰκ εἰρημένα τε καὶ πεπραγμένα.

Τί οὖν ἐροῦμεν; Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο, κ. τ. λ. ἕως, *Καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.*

(Cod. f. 135.) Ἐπειδὴ ἦν εἰκὸς τῶν φιλεγκλημόνων οἴεσθαί τινας, ῥοπῆς θελημάτων ἀβασανίστου τυχεῖν τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠσαῦ, καὶ τὸν μὲν ἠγαπῆσθαι ἰδίᾳ χάριτι, τὸν δὲ μεμισῆσθαι, προαναιρῶν ἀναγκαίως ὁ Ἀπόστολος ὡς ὀλέθριον τὴν ἐπὶ τούτῳ διάληψιν ταῖς ἄνωθεν ψήφοις, πειρᾶται συνηγορεῖν τοῖς αὐτοῦ λόγοις τὸ ἀντιφέρεσθαι δοκοῦν, οἱονεί πως ἀντανιστάς. Εἰ γὰρ δὴ, φησὶν, καὶ πρίν τι δρᾶσαι τὰ βρέφη, καὶ πρὸ πείρας αὐτῆς καὶ πραγμάτων, ὁ μὲν τῆς ἀγάπης ἠξίωτο, ὁ δὲ μεμίσηται, τέ-

A pertinent, et fidei incircumcisorum vestigiis insistunt, sicuti scriptum est. Ut enim ipse alibi ait beatus Paulus : « Non per legem promissio facta est Abrahamo, ut esset mundi hæres, sed per fidei justitiam : nam si qui in lege vivunt, hæredes sunt, vana est fides, et promissio excidit [89]. » Cum ergo, tanquam in Isaaco, Abrahami reputatur semen, id est secundum promissionem ; etenim promissionis verba hæc fuerunt : « Circa hoc ipsum tempus veniam, et erit Sarræ filius [90] ; » hinc patet, non carnis filios reputandos fore ubique et omnino in filios Dei, sed hanc potius gloriam consecuturos eos esse, qui ex promissione, id est, qui per fidem futuri sunt.

B IX, 10. *Non solum autem, sed et Rebecca ex uno concubitum* (1) *habens Isaaco patre nostro.*

Sciendum est hic non esse perfectum sermonis sensum, sed suspensum potius et brevi additamento indigentem, id est aliquid subintelligendum ne claudicare videatur. Ita vero se habet : Antea demonstraverat Apostolus, non quia Abrahamo datus fuerit Isaacus vi promissionis, idcirco omnes carnis filios ipsimet in semen reputatum iri, sed eum convenientius patrem habendum fore illorum qui ex fide et promissione filii exsisterent. Deinde venit ad Rebeccam gestaque ejus, aitque : « non solum autem ; » id est haud usque ad Isaaci C tantummodo nativitatem sermo meus pertinet, « sed et Rebecca ex uno concubitum habens Isaaco patre nostro. » Hic vero opus erat addere : reliqua nobis erit, puta, ad demonstrandum confirmandumque, id est, fiet nobis exemplar et imago vocationis et gratiæ per electionem prægnitionemque datæ. Quippe addito hujuscemodi aliquo vocabulo, tunc demum videretur sequens ejus sermo plenus decurrere. Sed nescio quomodo, illo omisso, ad reliqua statim transiit, quæ circa genituram natorum ex Isaaco dicta et acta sunt.

IX, 14-24. *Quid ergo dicemus? Num iniquitas est apud Deum? Absit!* Et reliqua usque ad v. 24 : ***Vocavitque nos non ex Judæis solum, verum etiam ex ethnicis.***

D Quia verisimile erat a calumniosis nonnullis creditum iri, arcanam voluntatum inclinationem sortitos esse Jacobum et Esau (2), et illum quidem peculiari gratia dilectum, hunc autem odio habitum, prævertens necessario Apostolus hanc injuriosam supernis decretis opinionem, nititur suos ipse sermones tueri, ne contradicentes invicem videantur, sic quodammodo insurgens. Si enim, inquit, ante etiam quam quidquam egissent pueri, ante omne operum experimentum, alter

[89] Rom. IV, 13, 14. [90] Gen. XVIII, 10.

(1) Græce revera est quartus casus κοίτην, *concubitum*, seu *genituram*, aut *prolem*, tum in Biblico contextu, tum etiam in commentario Cyrilli, eaque satis nota lectio est. Cæteroqui non deest alibi varia lectio κοίτου, unde Latina *concubitu*.

(2) De Jacobo et Esau confer quæ dicit Cyrillus *Glaphyr. in Gen.* lib. III.

amore dignus fuit habitus, alter odio, atque insuper minori jussus servire, fortasse injustus est Deus. Atqui hoc quidni insaniter dicetur? Nam si forte non evasisset vir bonus Jacobus, malusque Esau, diceret aliquis haud absurde, falsam fuisse præcognitionem, nec a vera inclinatione firmisque voluntatibus provenisse ea quæ de utroque fuerant definita. Nunc quia vecors admodum fuit Esau, cordatus autem Jacobus, Dei sane præcognitio nemini injuriam fecit, dum etiam ante tempus bono quidem tales mores largita est, quibus Dei dilectionem promereretur, alterum autem damnationem sibi comparare sivit. Profecto patientia uti, et operum tempus exspectare, Deo arduum non erat, ut ex suis uterque operibus distingueretur. Quia tamen necessarium erat, tum gratiæ ex electione datæ, tum etiam doni ex præcognitione item dati, mysterium in prævio typo repræsentare; idcirco utiliter, optimus harum rerum artifex, Deus occasionem quodammodo arripuit, et jam inde a puerorum horum genitura demonstravit, fore ut Isaacus, tanquam si solus ipse ex Abrahamo descenderet, innumerorum populorum pater fieret, qui ex promissione ac veluti in fide vocandi erant. Age vero si illorum, quos secundum suam notitiam eligit, imo et qui misericordia digniores sunt (1), miseretur Deus; dixit enim olim Moysi: « Miserebor quorum misereor, et propitiabor quibus propitior: » quidni res extra omnem calumniam sit? Age vero prævidens, ut reor, perspicue Apostolus, non defuturos fortasse qui existimarent, divino nutu alios quidem bonos esse, alios contumaces, necessario ipse sibi objicit quæ ab illorum inscitia forent, aitque: Ergo non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Si enim odio habitus est Esau ante etiam quam quidquam pravum patraret, in honore autem habitus Jacobus ante suam procreationem; itemque si miseretur Deus quorum miseretur; cur non illud cogitare æquum sit, nihil prodesse si quis currat aut velit, id est si quis recte agere sibi proponat, cuncta autem nostra ex Dei nutibus dependere? Deinde congerit quæ hanc sententiam roborare queunt, aitque: « Dicit enim Scriptura Pharaoni: Ego te ad hoc excitavi, ut in te ostendam potentiam meam. » Additque his veluti totius propositionis conclusionem, dicens: « Igitur cujus vult miseretur, quem item vult indurat. »

A ταχτο δὲ καὶ εἰς δοῦλον τῷ ἐλάσσονι, τάχα που, φησὶ, καὶ ἄδικος ὁ Θεός. Εἶτα πῶς τοῦτο οὐκ ἀπόπληκτον; Εἰ μὲν γὰρ οὐ γέγονεν ἀνὴρ ἀγαθὸς ὁ Ἰακὼβ, εἰ μὴ πονηρὸς ὁ Ἡσαῦ, φαίη τις ἂν εἰκότως πεπλανῆσθαι τάχα που τὴν πρόγνωσιν, καὶ ῥοπῆς εἰκαίας καὶ θελημάτων οὐκ ἀσφαλῶν ἔργον γενέσθαι τὰ ἐπ' ἀμφοῖν ὡρισμένα. Ἐπειδὴ δὲ σκαιὸς μὲν ἦν λίαν ὁ Ἡσαῦ, σοφὸς δὲ ὁ Ἰακὼβ, ἀδικήσειεν ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόγνωσις τὸ σύμπαν οὐδὲν, χαριζομένη καὶ πρὸ καιροῦ τῷ μὲν ἀγαθῷ τοὺς τρόπους τὸ ἀγαπᾶσθαι δεῖν, τῷ δὲ μὴ τοιούτῳ τὸ κατακρίνεσθαι. Ἀνεξικακῆσαι μὲν γὰρ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν τῶν δρωμένων περιμεῖναι καιρὸν χαλεπὸν οὐδὲν, ἵνα ἐξ αὐτῶν ἑκάτερος διαφαίνοιτο τῶν πραγμάτων. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀναγκαῖον τῆς κατ' ἐκλογὴν χάριτος καὶ τῆς ἐν προ- B γνώσει δωρεᾶς προανατυποῦσθαι τὸ μυστήριον, ταύτῃ τοι χρησίμως ὁ τῶν τοιούτων ἀριστοτέχνης Θεὸς μονονουχὶ καὶ ἐπεδράττετο τοῦ καιροῦ, καὶ ἐν τῇ τῶν παίδων γενέσει πεπληροφόρηκεν τὸν Ἰσαὰκ, ὡς εἷς τε καὶ μόνος ὑπάρχων ἐξ Ἀβραὰμ, ἀναριθμήτων ἔσται πατὴρ ἐθνῶν τῶν ἐξ ἐπαγγελίας καὶ ὡς ἐν πίστει κληθησομένων. Εἰ δὲ δὴ κατὰ γνῶσιν οὓς ἂν ἕλοιτο τυχὸν, μᾶλλον δὲ καὶ οἷς ἂν εἰκότως τὸ ἐλεεῖσθαι πρέποι, οἰκτείρει πάλιν ὡς Θεὸς (ἔφη γάρ που πρὸς Μωσέα· « Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω »)· πῶς οὐχ ἁπάσης ἔσται διαβολῆς ἐκτὸς τὸ χρῆμα; Προαναθρήσας δὲ, οἶμαι, σαφῶς ὁ Ἀπόστολος, ὡς τάχα που οἰήσονταί τινες νεύμασι τοῖς θείοις τοὺς μὲν εἶναι ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ ἀπειθεῖς, C ἀναγκαίως αὐτὸς ἀνθυποφέρει τὰ ἐκ τῆς ἐκείνων ἀμαθίας, καί φησιν· Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Εἰ γὰρ δὴ μεμίσηται μὲν Ἡσαῦ καὶ πρίν τι δρᾶσαι τῶν φαύλων, τετίμηται δὲ πρὸ τῆς εἰς τὸ εἶναι παρόδου ὁ Ἰακὼβ, ἐλεεῖ δὲ πάλιν οὓς ἐλεεῖ· πῶς οὐκ ἐκεῖνο λοιπὸν περινοεῖν ἄξιον, ὡς οὐδὲν ὀνίνησιν ὁ τρέχων ἢ θέλων, τουτέστιν ὁ δρᾶσαι τι τῶν ἀγαθῶν προθυμούμενος, ἀπήρτηται δὲ πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς τῶν παρὰ Θεοῦ νευμάτων; Εἶτα τούτοις ἐπισωρεύει καὶ τὰ προσεμπεδοῦν δυνάμενα τὴν ἐπὶ τῷδε δόξαν, καί φησι· « Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ τῷ Φαραὼ, ὅτι Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου. » Προσεπάγει δὲ τούτοις τὸ οἱονεὶ συμπέρασμα τοῦ παντὸς προβλήματος, καί φησιν· « Ἄρα οὖν ὃν D θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. »

Ergo mihi dices: Cur jam irascitur homini Deus? Nam voluntati ejus quis unquam restitit? Quæ, inquam, superest divinæ providentiæ defendendæ ratio? Obscura sane quæstio, et quæ illorum objectionibus favere videatur. Verumtamen quanquam satis est in hoc defensionis, quod nihil extra jus et rectum apud Deum fit; tribuit enim quod cuique

Ἐρεῖς οὖν μοι· Τί ἔτι μέμφεται; Τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; τίς οὖν ἄρα γέγονεν αὐτῷ τῆς ἀπολογίας ὁ τρόπος; Ἀσυμφανὴς μὲν λίαν, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνων προβλήμασιν τάχα που καὶ ἐπαμύνειν δοκῶν. Πλὴν ἀποχρῶν εἰς πληροφορίαν, ὡς οὐκ ἂν γένοιτό τι τῶν ἔξω λόγου τοῦ πρέποντος παρὰ Θεοῦ· διανέμει γὰρ ἑκάστῳ τὸ πρέπον αὐτῷ,

(1) Rursus innuitur prædestinatio post prævisa merita. Utique etiam Eusebius Cæsariensis *Comment. ad psalm.* LVI, ed. p. 258, Pauli sententiam pariter explicans, eamdem circa prædestinationem doctrinam manifeste tradit: Προγνοὺς μέλλοντας ἀγαπᾷν αὐτοὺς, προώρισεν, κ. τ. λ. *Cum eos præscivisset, qui amaturi ipsum erant, etiam prædestinarit*, etc.

κατοικτείρει τε καὶ ἐλεεῖ τοὺς οἷς ἂν ἁρμόσαι τὸ ἐλεεῖσθαι δεῖν, ὑποφέρει δὲ δίκαις τὸν ἀλιτήριον, οὐκ εὐθὺς καὶ κατὰ πόδα τῶν αἰτιαμάτων ἀκολουθούσης ὀργῆς, προεισβαλούσης δὲ μᾶλλον μακρᾶς ἀνεξικακίας, ὡς οἴεσθαί πού τινας καὶ ἀφειδῆσαι λοιπὸν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν Θεόν· ἀντεξάγει δὴ οὖν ὁ Παῦλος, καὶ τοῖς ἐκεῖνα λέγουσιν ἀντανίσταται, τοῦ λόγου τὴν δύναμιν ἐπαφεὶς τῷ προσώπῳ τῶν παρενηνεγμένων, Ἡσαῦ τέ φημι καὶ μέντοι καὶ Φαραώ. Ἔφη τοίνυν ὡς πρὸς ἑκάτερον τῶν ὠνομασμένων· « Ὦ ἄνθρωπε, μενοῦνγε σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· Τί με ἐποίησας οὕτως; » Ἀποφαίνει μὲν γὰρ ὡς ἐκ παραδείγματος ἐναργοῦς, ὅτι παγχάλεπον τὸ θείοις κρίμασιν ἐπιτιμᾷν. Εἰ γὰρ δή τις ἕλοιτο τὰ εἰκότα φρονεῖν, ἀναθήσει μὲν τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ τὸ κρίνειν ἕκαστα καθ' ὃν ἂν αὐτὸς εἰδείη τρόπον, ἐνδοιάσει δὲ κατ' οὐδὲν ὡς ἔστιν ὅσιον ὅπερ ἂν ἕλοιτο δρᾷν, διαπλάττων ἐπ' ἐξουσίας τὰ ἐφ' ἑκάστου τυχόν. Οὐκοῦν αἰτιᾶται λίαν τοὺς τοῖς θείοις νεύμασιν ἐνιέντας ὅλως τὸν βασανίζοντα νοῦν πότερον καλῶς ἢ οὐχ οὕτως ἔχει. Ἔδει γὰρ, φησὶν, ἀπομιμεῖσθαι μᾶλλον αὐτοὺς τὸ διὰ χειρὸς κεραμέως πλαττόμενον, καὶ μετὰ σιγῆς ὑπομένειν τὰ παρὰ Θεοῦ. « Οὐ γὰρ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· Τί με ἐποίησας οὕτως; » Ἀλλ' ἴσως καὶ πρός γε τοῦτό τινες ἐκεῖνό φασιν· Εἰ κεραμέως δίκην καθ' ὃν ἂν βούλοιτο τρόπον διαπλάττει Θεὸς, ὡς « τὸ μὲν εἰς τιμὴν ποιῆσαι σκεῦος, τὸ δὲ εἰς ἀτιμίαν· » πῶς οὐχ ἅπας τις οὖν ἀναπείσει λόγος, τὸ γεγονὸς οἴεσθαι πάντη τε καὶ πάντως τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον καθ' ὃν καὶ πεποίηται; ὥστε ὁ μέν τις ἐστὶν εἰς ἀτιμίαν γεγονὼς, καὶ φύσιν τοιαύτην ἀπεκληρώσατο· πεποίηται δέ τις ἕτερος, ἤγουν ἐξεγήγερται σκληρὸς, « ἵνα, ὡς αὐτός φησι, διαγγελῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Ποία τοίνυν ἔτι τοῖς πταίουσιν ἡ γραφή; γεγόνασι γὰρ εἰς τοῦτο.

Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτα φαίη τις ἂν, ὅτι μάλιστα μὲν οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν ὅτι φύσεων διαφορὰς ἐν τούτοις ἡμῖν ἡ τῶν νοημάτων δύναμις ὑπεσήμηνεν· οὐ γὰρ ἔφη πεποιῆσθαί τινας ὠμοὺς καὶ ἀπεσκληκότας, ἤγουν εἰς σκεύη τιμῆς τε καὶ ἀτιμίας, οὐδὲ φύσιν αὐτοῖς τὴν τοιαύτην ἐκνενέμηκεν ὅλως· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀναπείθει φρονεῖν, ὅτι διαπλάττονταί τινες οἷάπερ σκεύη κεραμικὰ, ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Καὶ τόν γε τοῦ παραδείγματος τρόπον ἐκ προφητικῶν ἡμῖν πεπαίδευται λόγων. Τίνα οὖν ἄρα τρόπον διαπλάττονταί τινες, οἷάπερ ἐκ κεραμέως, οἱ μὲν εἰς τιμὴν, οἱ δὲ εἰς ἀτιμίαν, καὶ ἐπὶ ποίαις αἰτίαις, εἰδείη τις ἂν τοῖς Ἱερεμίου λόγοις ἐντυχών. Γέγραπται δὲ οὕτως· « Ἀνάστηθι, καὶ κατάβηθι εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἀκούσῃ τοὺς λόγους μου. Καὶ κατέβην εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων· καὶ ἔπεσεν τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸ ἐποίει, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ· καὶ πάλιν αὐτὸς ἐποίησεν αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι. Καὶ ἐγένετο, φησὶ, λόγος Κυρίου πρός με λέγων· Εἰ ὡς ὁ κερα-

convenit, et miseretur compatiturque his quorum decet oportetque misereri; pœnæ autem scelestos subjicit, haud statim et e vestigio crimen sequente pœnâ, sed prævia potius longa patientia, ita ut nonnulli interdum existiment res a Deo terrenas non curari; occurrit Paulus, et hæc dictitantibus adversatur, verborum suorum vim ad prolatas in exemplum personas, Esau inquam et Pharaonem, dirigens. Sic igitur utrumvis ex his hominibus alloquitur: « O homo, tu quis es, qui Deo respondeas? Num dicet fictile fingenti se: Cur ita me fecisti? » Hoc evidenti scilicet exemplo significat, multo esse periculosissimum divina judicia redarguere. Certe quisquis uti par est cogitare volet, prorsus permittet scienti omnia Deo singularum rerum judicium, prout ipsi videbitur: neque ullo modo dubitabit, quin sanctum sit, quidquid ille agendum susceperit, et de singulis pro sua potestate constituerit. Vehementer itaque reprehendit eos qui divinis ordinationibus omnino mentem intendunt, scrutantes utrum hæ recte se habeant necne. Oportebat enim eos potius imitari quod est in manu figuli opificium, et cum silentio Dei operam sustinere. « Neque enim dicet fictile fingenti se: Cur me ita fecisti? » Atqui hic quoque nonnulli fortasse dicent: Si more figuli pro suo arbitrio rei cujusque rationem Deus disponit, ita ut « aliud quidem efficiat vas ad honorem, aliud ad ignominiam, » quidni hinc prorsus conficitur, ut existimemus, ejusmodi omnino fore unumquemque hominem, cujusmodi divinitus conformatus fuerit? ita ut alius quidem ad honorem genitus fuerit, atque hujuscemodi naturam sortitus: alius vero factus vel suscitatus cum duræ indolis qualitate, eo consilio, prout Deus ipse ait, « ut divinum nomen in universa terra divulgaretur. » Cur ergo peccantes adhuc accusabimus, siquidem ad id conformati fuerunt?

Verumtamen his respondere licet, minime eos affirmare posse, quod a prædictis sententiis diversa natura horum hominum nobis denotetur: neque enim sacra Scriptura ait, quosdam formatos fuisse crudeles aut obduratos, vel vasa honoris et contumeliæ, neque his naturam hujusmodi prorsus attribuit; sed illud potius intelligendum suadet, nonnullos homines fieri solere vasorum fictilium instar, quorum aliis ad honorem, aliis vero ad ignominiam utimur. Quod exempli genus prophetarum verba nos docent. Ergo quanam ratione fiant quidam, more fictilium operum, alii ad honorem, alii ad ignominiam, et quas ob causas, id demum cognoscet qui Jeremiæ sermones consulet. Ibi enim ita scribitur: « Surge, et descende in domum figuli, ibique sermones meos audies. Descendique in figuli domum, et ecce is opus faciebat in lapidibus, exciditque vasculum, quod faciebat, inter manus ejus: isque denuo idemmet vasculum in aliud conformavit, prout ipsi facere libuit. Tunc factus est sermo Domini ad me dicentis: Num ego

minime potero instar hujus figuli vobiscum agere, domus Israel? En ut figuli limus estis vos in manibus meis. Decretum eloquar de gente aliqua vel regno ut exscindantur: et resipiscet gens illa ab universis malis suis; et pœnitebit me malorum, quæ illi inferre deliberaveram. Et decretum eloquar de gente illa, vel regno, ut ædificentur atque plantentur: hi vero homines improbe coram me agent, nec voci meæ obsequentur: et me vicissim beneficiorum quæ in eos conferre decreveram, pœnitebit [1]. » Viden' quanam ratione formentur quidam ad honorem, quidam vero ad ignominiam? non quod reapse sic conformatam naturam sortiti sint, sed quia singuli parem operibus suis convenientemque remunerationem referunt. Jamvero si omnium rerum Creator hominem punit, qui a rectis operibus deflectit ad turpia; vicissimque eum præmiis ornat, qui a turpibus ad honesta transmigrat, quidni vere dicatur, minime quosdam naturaliter esse pravos, vel ita per se conformatos; sed vasa potius ignominiæ evadere, quia cum ipsi rectam coram Deo vitam instituere decrevissent, voluntaria posthinc infirmitate ad deteriora declinarunt?

Atqui, dicet aliquis, cor Pharaonis Deus ipse obduravit; imo et illi diserte dixit: « Ad hoc te suscitavi, ut meam in te potentiam ostendam. » Age vero, si Deus quosdam obdurat, atque ipsemet suscitat tanquam iræ vasa, quæ ad ignominiam fabricata dicuntur, cur jam eos qui sunt hujusmodi, Deus reprehendat? Nam voluntati ejus quis unquam restitit? Quis autem bonus fiat, qui abs Deo fuerit obduratus? Quid ad hæc, inquam, respondere queam? Sane sufficit ad veri cognitionem, si reputemus atque credamus, nullius unquam pravæ rei Deum esse auctorem; quæcunque enim ipse fecit (1), præclara admodum sunt. Si ergo hominem esse Pharaonem negant, utique ostendant eum naturæ nostræ nequaquam fuisse participem; nos vero ori nostro silentium imperabimus. Quod si ille potius a nobis non differebat, vel divinum palam incusent oraculum, ceu boni contrariique ignarum; vel si hoc dicere horrent, bona esse fateantur quæcunque ille ad exsistentiam produxit. Sic enim petulantissimam sententiam abjicient. Jam verba, « Ad hoc ipsum te suscitavi, » Pharaoni dicta, nequaquam Condidi significant, aut Creavi, sed Evocavi potius ad voluntatem resistendi mihi · neque id a nativitate tua, sed eo tempore quo Moyses liberaturus Israelem missus est. Porro ad quænam fuerit vocatus Pharao, vel quam ob causam, sapientissimus nos edocebit Paulus: « Volens, inquit, Deus iram suam demonstrare, » et reliqua (2).

A μεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦ ποιῆσαι ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραήλ; Ἰδοὺ ὡς πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν ταῖς χερσίν μου. Πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος ἢ ἐπὶ βασιλείαν τοῦ ἐξᾶραι αὐτούς· καὶ ἐπιστρέψουσι τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ πάντων τῶν κακῶν αὐτῶν· καὶ μετανοήσω περὶ τῶν κακῶν ὧν ἐλογισάμην τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. Καὶ πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος καὶ ἐπὶ βασιλείαν τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι καὶ τοῦ καταφυτεύεσθαι· καὶ ποιήσουσι τὰ πονηρὰ ἐναντίον μου τοῦ μὴ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς μου, καὶ μετανοήσω περὶ τῶν ἀγαθῶν ὧν ἐλάλησα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. » Ὁρᾷς πῶς πλάττονταί τινες εἰς τιμήν τε καὶ ἀτιμίαν, οὐ φύσιν λαχόντες τὴν ὧδε πεποιημένην, ἀλλ' οἷς ἂν δράσειαν τὴν ἰσοπαλῆ καὶ πρέπουσαν ἀντίδοσιν κομιζόμενοι; Οὐκοῦν εἰ κολάζει τῶν ὅλων ὁ Ποιητὴς τὸν B ἐκ τρόπων ἀγαθῶν μεταφυτῶντα πρὸς τὰ αἰσχίω, καὶ τὸν ἐκ τῶν αἰσχιόνων μεταχωροῦντα πρὸς τὰ βελτίω τιμαῖς στεφανοῖ· πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν ὡς ἥκιστα μὲν φαῦλοι γεγόνασι κατὰ φύσιν τινὲς, ἤγουν διαπλάττονται δι' αὐτοὺς, σκεύη δὲ μᾶλλον γεγόνασιν ἀτιμίας, ὅτι καίτοι μετὰ τὸ αὐτοὺς εὐδοκιμεῖν ἑλέσθαι παρὰ Θεῷ, ἐθελούσιον ἠῤῥωστήκασι τὴν εἰς τὰ φαῦλα ῥοπήν;

'Ἀλλ' ἐσκλήρυνεν αὐτὸς, φησὶ, τὴν καρδίαν Φαραὼ, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν πρὸς αὐτόν· « Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου. » Οὐκοῦν εἰ καὶ σκληρύνει τινὰς καὶ ἐξανίστησιν αὐτὸς ὀργῆς ὄντας σκεύη, [κε]κατηρτίσθαι λεγόμενα εἰς ἀπώλειαν, τί ἔτι μέμφεται; Τῷ γὰρ βουλήματι C αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; πῶς δὲ ἂν γέγονεν ἀγαθὸς ὁ παρ' αὐτοῦ σκληρούμενος; Τί οὖν ἂν ἔχοιμι πρὸς ταῦτα εἰπεῖν; Ἀπόχρη πρός γε τὸ εἰδέναι τὸ ἀληθὲς, τὸ διακεῖσθαί τε καὶ φρονεῖν, ὡς οὐκ ἂν γένοιτό ποτε τῶν φαύλων δημιουργὸς ὁ Θεός· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν, καλὰ λίαν. Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἄνθρωπον εἶναι διατείνονται τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως [μὴ] μεταλαχεῖν ἀποδεικνύντων, καὶ ἡμεῖς σιωπήσομεν. Εἰ δὲ ἦν καθ' ἡμᾶς, ἢ τῆς θείας ἐναργῶς καταγορευόντων φωνῆς, ὡς οὐ τὸ καλὸν ὁρώσης καὶ τὸ μὴ οὕτως ἔχον· ἢ, εἰ τοῦτο καταπεφρίκασιν, ὁμολογούντων εἶναι καλὰ τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς ὕπαρξιν παρενηνεγμένα. Οὕτω γὰρ τὴν προαλεστάτην ἀποκρούσονται δόξαν. Τὸ δὲ, « Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξ- D ήγειρά σε, » πρὸς τὸν Φαραὼ εἰρημένον, κατασημαίνει οὐ τὸ Ἔκτισα ἢ Δεδημιούργηκα, Κέκληκα δὲ μᾶλλον εἰς τὸ θελῆσαι δεῖν ἀντιπράττειν ἐμοὶ, καὶ οὐκ ἐν ἀρχῇ τῆς γεννήσεως, ἀλλ' ὅτε Μωσῆς ἀπεστέλλετο λυτρωσόμενος τὸν Ἰσραήλ. Καὶ ἐπὶ ποίοις τισὶν, ἢ καὶ ὅτου χάριν, ὁ πάνσοφος ἡμῖν διατρανώσει Παῦλος· « Θέλων γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, » καὶ τὰ ἑξῆς.

[1] Jerem. XVIII, 2-10.

(1) Repetit sententiam suam partim Cyrillus.

(2) De Isaaco, Esau, Jacobo, et Pharaone utiliter conferentur, quæ pari vel uberiore etiam doctrina, pro sua immensa dicendi facultate, disputat Chrysostomus in homilia XIV ad hanc epistolam. (Idem habet ἐξ ἑνὸς κοίτην (non κοίτου) ἔχουσα, *ex uno conceperat*, uti scribunt etiam Cyrillus, Theodoretus ac Theophylactus.)

A Πεπλάνητο ἡ σύμπασα γῆ κατά γε τοὺς ἄνωθεν ἔτι καιρούς· οἱ μὲν γὰρ τῇ κτίσει λελατρεύκασιν, οἱ δὲ τὸ δοκοῦν ἐποιοῦντο σέβας. Κέκληται δὲ μόλις εἰς ἐπίγνωσιν Ἀβραὰμ, ἀνέφυ τε οὕτω τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος, ταῖς εἰς Θεὸν λατρείαις προσκείμενον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτοὶ κατέβησαν εἰς Αἴγυπτον, εἶτα χρόνους ἐν αὐτῇ διατετρίφασι μακρούς, κατώλισθον εἰς ἀπάτην, καὶ τοῖς ἐγχωρίοις λελατρεύκασι θεοῖς. Ἀλλ' ἐμέμνητο Θεὸς τῶν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένων· καὶ προκεχείριστο μὲν εἰς ἀποστολὴν ὁ Μωσῆς, ἵνα τῆς δουλείας ἀπολύσῃ τὸν Ἰσραήλ. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον καὶ τοῖς καλουμένοις εἰς τὴν ὑπ' αὐτῷ λατρείαν, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς, τὸ μὴ πείθεσθαι μόνον ὅτι πεφανέρωται διὰ χρόνων μακρῶν τῶν Ἑβραίων Θεὸς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ταῖς ὑπεράγαν τερατουργίαις προσεμπεδοῦσθαι εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν B καὶ δόξαν, ὅτι μὴ κατὰ τοὺς ἄλλους ἐστὶν θεοὺς ἄφωνός τε καὶ ἀναλκής· πηδαλιουχεῖ δὲ μᾶλλον τὸ σύμπαν αὐτὸς, καὶ ὅτι τοῖς ἀντιπράττουσιν τοῖς αὐτοῦ νεύμασι κατασκήπτουσιν ὀργαί. Ἀλλ' ἔδει πάλιν, τερατουργεῖν ἐθέλοντα τὸν Θεὸν, εὐαφόρμως ὁρᾶσθαι πρὸς τοῦτο ἰόντα. Ἐξεγήγερται τοίνυν ὁ Φαραὼ πρὸς ἀντίστασιν οἰκονομικῶς, καὶ κατεσκληρύνετο τῆς θείας δυνάμεως· ταύτῃ τοι ἐκολάζετο οὐκ ἀδίκως, ἀνόσιός τε γὰρ ἦν καὶ εἰδωλολάτρης, κατῃκίζετό τε πηλῷ καὶ πλινθείᾳ τὸν Ἰσραὴλ, καὶ μισθὸν αὐτοῖς ἐπήρτησεν πόνον. Διὸ καὶ σκεῦος ὀργῆς κεχρημάτικεν ἀναγκαίως, καὶ κατήρτιστο εἰς ἀπώλειαν, τουτέστιν εἰς τοῦτο φαυλότητος διήλασε τρόπων, ὡς σκεῦος εἶναι λοιπὸν ὀργῆς τε καὶ ἀπωλείας. Τούτῳ C Θεὸς προσεχρήσατο πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ, ἵνα διαγγελῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, καὶ ἵνα παθεῖν αὐτὸς ὁρῷτο τοῦ παθεῖν ἄξιος· ὥστε τὸ παθεῖν ὠφείλετο διὰ πρώτας ἁμαρτίας, καὶ εἰ μὴ προσκέκρουκεν διὰ τῶν δευτέρων. Οὐκοῦν λελύσθω πᾶς μῶμος καὶ φλυαρία κατὰ Θεοῦ· θέλων γὰρ ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, ἵνα ὠφελήσῃ σκεύη ἐλέους, τουτέστι τοὺς ἠλεημένους διὰ πίστεως. Κεκλήμεθα γὰρ οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.

In errore versata est universa terra præteritis temporibus; et alii quidem creaturam adorabant, alii religionem ad libitum sibi fingebant. Unus Abraham vocatus fuit ad Dei notitiam; atque ita ex eo nata gens est Dei cultui addicta. Sed quia ejus quoque posteri in Ægyptum migrarunt, ibique diuturno tempore versati sunt, in errorem incurrerunt, et diis indigetibus cultum exhibuerunt. Sed enim quæ promiserat Deus patribus recordatus est, delectusque fuit ad apostolatum Moyses, ut Israelem servitio eriperet. Verumtamen opus erat et his qui ad Dei cultum vocati fuerant, et simul universis per orbem populis, non solum persuadere quod post longa demum tempora Deus Hebræorum manifestatus esset, sed etiam miraculis maximis comprobare fidem erga eum et ejusdem gloriam, nempe quod non ut cæteri dii mutus esset et invalidus, sed quod omnia potius gubernaret, et quod demum resistentes jussibus ejus ultio invadere soleat. Simul vero oportebat miracula quæ Deus patraturus erat, non sine conveniente ratione fieri. Suscitatus est ergo arcano consilio ad contradicendum Pharao, et contra divinam potentiam obduratus: cujus rei causa non injuste punitus fuit; quippe impius alioqui erat et idololatra, lutoque et lateribus fabricandis Israelem affligebat, et mercedis loco laborem imponebat. Quamobrem iræ vas necessario exstitit, et perditioni semet addixit, id est, in tantum improbitatis devenit, ut deinde fieret vas iræ et perditionis. Hoc homine Deus usus est ad suæ potentiæ demonstrationem, utque suum nomen in universa terra divulgaretur, atque ut ille ea pati videretur quæ pati dignus erat: quamobrem ei pœna ob priora peccata debebatur, etiamsi forte in posterum non offendisset. Omnis igitur vituperatio et calumniosa nugacitas a Deo removeatur; qui, cum vellet iram suam exserere et potentiam denotare, longa patientia pertulit vasa iræ, perditioni destinata, ut misericordiæ vasis prodesset, id est iis qui ob fidem misericordiam consecuti sunt. Vocati enim sumus non ex Judæis tantummodo, verum etiam ex ethnicis.

Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, κ. τ. λ.

X, 5. *Moyses enim scribit : Justitiam, quæ ex lege est, si fecerit homo*, etc.

D (Cod. f. 151 b.) « Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, φησίν· ὁ ποιήσας ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτῇ. » Ἀλλ' ἦν οὐδεὶς παντελῶς ὁ ἀμωμήτως αὐτὴν κατορθῶσαι δυνάμενος. « Τίς γὰρ συνήσει παραπτώματα; » Οὐκοῦν ἀμείνων ἡ δικαιοῦσα χάρις, καὶ γραφῆς ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα τῆς ἐν νόμῳ.

« Justitiam, Moyses scribit, quæ ex lege est, si operatus fuerit homo, vivet propter eam. » Sed enim nemo erat inculpatus, et qui eam posset observare. « Delicta enim quis intelliget[22]? » Melior est ergo gratia, quæ nos a damnatione legis liberat.

Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη, κ. τ. λ.

X, 6. *Quæ autem ex fide est justitia*, etc.

Ὁρίζεται χρησίμως καὶ ὅπως ἂν γένοιτο πρὸς

(1) Utiliter definit cujusmodi esse debeat fides

(1) Totum hunc Cyrilli tractum suppeditavit nobis S. Nicephorus Constantinopolitanus in *Apologetico majore pro ss. imaginibus*, p. 137, quem alio volumine nos edidimus. Hæc præmittuntur: Τοῦ ἁγίου

[22] Psal. xviii, 13.

A sigillatim, qui præ aliis electi fuerunt, qui etiam conformes fuerint imagini Filii ejus [17]. Certe quidem reviviscent omnium corpora immortalitatis beneficio prædita (1), non tamen omnes immutabuntur; sed mali quidem in ignominiæ specie permanebunt, eatenus tantum ut puniantur, soli vero justi immutabuntur ad incorruptibilitatis felicitatem, divinæ gloriæ habitu perornati. Ipse itaque propria virtute ac vi Deo digna immutabit corpus humilitatis nostræ, ita ut fiat conforme gloriæ ejus [18]. Quodnam vero est humilitatis nostræ corpus? terrenum hoc videlicet, et morti deditum propter illam veterem maledictionem, quam Christus dissolvit, factus pro nobis maledictio. Fiet autem immutatio, non in aliam nos naturam trans- B ferendo (2): erimus enim quod sumus, nempe homines, sed meliores incomparabiliter; incorruptibiles enim et nunquam perituri, et præterea glorificati. Quid autem significet novissima tuba quæ mortuos suscitat, nos idem docebit divus Paulus dicens [19], Dominum ipsum cum celeusmate ac voce archangeli et tuba Dei descensurum de cœlo, et mortuos incorruptibiles resurrecturos. Ergo tubæ comparat archangeli vocem, ac divinum illum horrendissimumque clamorem. Licet autem clamet archangelus et resurrectionis signum edat jacentibus in pulvere, reapse tamen Christi vox est: nam ipse virtute propria mortuos suscitat, minime vero archangeli vox: Dominicis enim C jussibus creatura quælibet rationalis subjecta est. Quænam itaque vera resurrectio erit, nisi dicamus id fore resurrecturum quod morte tenebatur? Aut quo jure, propemodum corruptioni insultantes, dicemus: « Absorpta est mors in victoriam, » et reliqua?

Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Ποῦ σου ᾅδη, τὸ νῖκος;

(Cod. f. 335 b.) Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν τοῦ προκειμένου ῥητοῦ παράθεσιν ὁ μακάριος Παῦλος κατὰ τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν ἐποιήσατο· ἔχει δὲ οὐχ οὕτως ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα· γέγραπται γὰρ ἐν προφήταις· « Ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; » Πλὴν τὸ κέντρον τοῦ θανάτου, φησὶν, ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος. Πλήττει μὲν γὰρ D οἷά τις σκορπίος ὁ τὸ κράτος ἔχων τοῦ θανάτου, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς· πλήττει δὲ οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι

XV, 55-57. *Ubi, o mors, stimulus tuus? Ubi tua, o inferne, victoria* (3)?

Sciendum est, prædictum articulum recitatum esse a beato Paulo ex Hebraica editione: nam illa quidem Septuaginta Interpretum non ita se habet: scriptum est enim in prophetis: « Ubi contentio (4) tua, o mors? ubi stimulus tuus, o inferne [20]? » Verum Apostolus stimulum mortis dicit peccatum; D vis autem peccati est lex. Vulnerat enim veluti scorpius, is qui mortis potestatem habet Satanas; neque aliter vulnerat, quam per peccatum. Sed

[17] Rom. VIII, 29. [18] Philipp. III, 21. [19] I Thess. IV, 15. [20] Osee XIII, 14.

(1) Hoc quoque contra Origenem, de quo apud Hieronymum epist. 96, vel potius apud Theophilum epist. pasch. I hæc dicuntur: *Inter cætera* (Origenes) *etiam resurrectionem a mortuis ita corrumpit et violat, ut audeat dicere, corpora nostra suscitatum quidem iri, sed sic ut corruptelæ rursus ac morti subjaceant.*

(2) In contrario errore versatum Origenem apparet ex ejus Opp. t. I, p. 268, in adnotatione.

(3) Conspirant cum hac lectione, quam Cyrillus Hebræorum esse dicit, Chrysostomus, Theodoretus, ac Theophylactus, quos inspexi. At Theodorus Mopsuestenus a me editus *Script. vet.* t. VI, p. 48, prorsus retinet alteram lectionem, quæ a Cyrillo dicitur Septuagintaviralis. Neutram volo in partem disputare, quod nimis longum foret, præsertim cum Hebraicus etiam Oseæ textus aliquantum nunc certe differat.

(4) Græcum δίκη a me *contentio* Latine dicitur cum Tertulliano, Cypriano, Hilario, Augustino, Fulgentio, et aliis apud Sabaterium.

contulit nobis Servator serpentes et scorpios calcandi facultatem, et quaslibet inimici vires [21]. Evanuit enim mortis stimulus, sublato peccato, quod a lege jam vires non accipit: quippe quia peccantium damnatio a lege fit. Quare subdit divus Paulus, vim tribuere peccato legem. Verum ea res quoque per Christum antiquata est: etenim peccatum deinceps nobis non dominabitur, quia non sub lege degimus, sed sub gratia: porro lege sublata perit peccatum. Quis itaque horum omnium bonorum nobis sit ministrator, justitiæ auctor, libertatis dator, omnis beneficii fons et causa, cognoscemus dicente beato Paulo: « Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. »

A διὰ τῆς ἁμαρτίας. Ἀλλ' ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Σωτὴρ, « ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων πατεῖν καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Κατηφάνισται γὰρ τοῦ θανάτου τὸ κέντρον ἐξῃρημένης [al. cod. ἐξηρτημένης] τῆς ἁμαρτίας, καὶ οὐχ ἔτι δύναμιν ἐχούσης τὸν νόμον· κατακρίνει γὰρ ὁ νόμος τοὺς ἁμαρτάνοντας. Τοιγάρτοι φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος δύναμιν εἶναι τῆς ἁμαρτίας, τὸν νόμον. Λέλυται δὲ καὶ τοῦτο ἐν Χριστῷ· ἁμαρτία γὰρ ἡμῶν οὐ κυριεύσει, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν· χωρὶς δὲ νόμου, ἁμαρτία νεκρά. Τίς οὖν ὁ πάντων τούτων ἡμῖν χορηγὸς, τῆς δικαιοσύνης ὁ πρύτανις, τῆς ἐλευθερίας ὁ δοτὴρ, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ πηγὴ καὶ πρόφασις, εἰσόμεθα λέγοντος τοῦ μακαρίου Παύλου· « Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

[21] Luc. x, 19.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ Β'.

S. P. N. CYRILLI

ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI

EXPLANATIO IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS.

(Ex *Biblioth. nova Patrum* card. Ang. Mai, t. III, p. 83.)

Ex codice Syriaco 101, *in quo est opus Monophysiticum cui titulus:* Fides Patrum (1).

Sanctus Cyrillus in explanatione Epistolæ I ad Corinthios ait: « Hic opus est ut de eo (Christo) dicatur non solum omnino esse mortuum, verum etiam sindone involutum; quæ res Emmanuelis obitum prorsus testatur. Insuper in sepulcro derelictus est, unde revixit, ut modo dixi. Ergo in corpore cum sit mortuus, prorsus nobis persuasit corpus habuisse. Tunc autem cum Dei Verbum mortem conculcavit, recte se Deum natura demonstravit, quia sicuti humanitus agens mortem pertulit, ita divinitus operans mortem devicit.

I, 1. *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater.*

Sapientissimus Paulus apostolus, electus ad Christi ministerium, voluntate Dei promotum se dicit, pseudoprophetarum et pseudoapostolorum gloriam uti impiam respuens, loquens autem in Spiritu, ipsumque habens propria in anima insertum Jesum: ita ut modo dicat: « Videor autem et ego Spiritum Dei habere [22]; » modo vero: « Si experimentum quæritis loquentis in me Christi [22*]. » Ser-

C *Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός.*

(Cod. f. 340.) Ὁ σοφώτατος ἀπόστολος Παῦλος προκεχειρισμένος εἰς διακονίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ, διὰ θελήματος Θεοῦ παρῆχθαί φησιν, τὴν τῶν ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδαποστόλων δόξαν ὡς δυσσεβῆ παρωθούμενος, λαλῶν δὲ ἐν Πνεύματι, καὶ αὐτὸν ἔχων ἐγκυλισμένον ἐν ἰδίᾳ ψυχῇ τὸν Ἰησοῦν· ὡς φάσκειν πῆ μὲν, « Δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν· » πῆ δὲ, « Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. »

[22] I Cor. vii, 40. [22*] II Cor. xiii, 3.

(1) *Spicileg. Rom. X*, 200; *Bibl. Nova, II*, 456. Cf. supra adnot. ad I Cor. xiv, 3.

A Δοῦλον ἑαυτὸν εἶναί φησιν αὐτοῦ, καίτοι τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντος τοῦ Θεοῦ καὶ κατάρχοντος μόνου. Εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν, ὅτι « Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. » Πῶς οὖν οὐκ ἐναργῶς φυσικήν τε αὐτῷ καὶ ἀληθῶς θεοπρεπεστάτην τῆς κυριότητος ἀπονέμει δόξαν; Ποιεῖται δὲ μονονουχὶ συλλήπτορα καὶ κοινωνὸν τῶν ἐπεσταλμένων δοκιμώτατον ὄντα Τιμόθεον, ἵνα πείσῃ, τοῦ νόμου λέγοντος· « Ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. »

Τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ.

(Cod. f. 340 b.) Γράφουσι τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, καίτοι Χριστοῦ λεγομένης εἶναι τῆς Ἐκκλησίας· αὐτὸς γὰρ αὐτὴν ἑαυτῷ παρέστησε παρθένον ἁγνήν. Εἴπερ οὖν ἐστιν ἡ Ἐκκλησία Θεοῦ, B Χριστὸς δὲ ὁ ταύτην ἑαυτῷ παραστήσας, Θεὸς ἄρα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(Ibidem.) Εἴπερ οὐκ ὄντα Θεὸν κατὰ φύσιν ἠπίστατο τὸν Υἱὸν, πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον εἰπεῖν· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; Νυνὶ δὲ συνεισδεχόμενος καὶ συνδοτῆρα τιθεὶς τὸν Χριστὸν ὧν ἂν ἡ θεία χαρίσαιτο φύσις, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν οὐκ ἠγνοηκὼς ὄντα κατὰ φύσιν Θεόν. Ἀναγκαίως τοιγαροῦν συνεισδεξόμεθα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰς τὸν τῆς ταυτότητός τε καὶ ὁμοουσιότητος λόγον, ἵνα καὶ Θεὸς εἷς χορηγὸς ὑπάρχων νοῆται τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν. Χριστὸν δὲ Ἰησοῦν ὀνομάζων, τὸν ἐκ Θεοῦ C Λόγον ἐν σαρκὶ πεφηνότα δηλοῖ. Εἰ δέ ἐστι χορηγὸς ὧν ἂν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, πῶς οὐ Θεὸς κατὰ φύσιν, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς νοεῖται Χριστός; Οὕτω καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος περὶ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ πού φησιν· « Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. »

Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ.

(Cod. f. 348.) « Οὐδεὶς λέγει· Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· τὸ δὲ Πνεῦμά ἐστιν ἀλήθεια, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἔμπλεων δὴ οὖν ἀληθείας, D ἤτοι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν διάνοιαν ἔχοντες οἱ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων κήρυκες, οὐκ ἂν νοοῖντο ψευδοεπεῖς, ἃ δ' ἂν λέγοιεν περὶ Χριστοῦ. Ταῦτα δὴ πάντως ἐστὶν ὀρθῶς καὶ ἀραρότως ἔχοντα· καὶ πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Χριστός· « Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Πιστὸς οὖν ἐστιν ὁ Θεὸς, τουτέστιν ἀψευδής τε καὶ ἀληθής· ἀναγκαίως δὲ καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν « Υἱὸς, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ. » Πᾶς γὰρ ὁ ἐπ' αὐτῷ λόγος ἀλη-

A vum se dicit illius, etsi alioqui omnium rerum habet potestatem Deus, solusque dominatur. Dictum est enim ei : « Omnia serviunt tibi [33]. » Quidni igitur diserte naturalem ipsi vereque Deo dignissimam dominationis gloriam attribuat? Facit autem propemodum coadjutorem et socium in his quæ scribit probatissimum Timotheum, nempe ut validius persuadeat; dicente nimirum lege : « In ore duorum testium et trium stabit omne verbum [34]. »

Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi.

Scribunt Ecclesiæ Dei, quæ erat Corinthi; quanquam Ecclesia dici solet Christi : ipse enim eam sibi comparavit virginem castam [35]. Cæteroqui si B Ecclesia Dei est, Christus autem eam sibi comparavit, Deus utique propria natura is est qui ex sancta deipara Maria prodiit (1).

I, 2. *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.*

Si divinam in Filio naturam non agnovisset, cur dicturus non fuisset : Gratia vobis et pax a solo Deo Patre? Nunc autem cum associet, simulque datorem ponat Christum donorum quæ divina tribuit natura, satis hinc apparet ab eo Christum non ignorari propria esse natura Deum. Necessario igitur associabimus Deo Patri Filium, veluti unum cum illo et consubstantiale Verbum, ut unus quoque Deus dator credatur spiritalium bonorum. C Christi vero Jesu nomine, Verbum Dei in carne ostensum significat. Quod si hic dator illorum munerum est, quæ et ipse Pater tribuit, quidni naturaliter Deus, ob dispensatoriam cum sua carne unionem, intelligatur Christus? Sic etiam sapientissimus Paulus de Israelitis quodam loco ait : « Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen [36]. »

I, 18. *Fidelis autem Deus, quod noster ad vos sermo non fuit est et non.*

« Nemo dicit : Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto [37] : Spiritus autem veritas est, » uti scriptum est [38]. Plenam itaque veritate, sive Spiritu sancto, D cum mentem gesserint evangelicæ doctrinæ præcones, mendaces nequeunt existimari in his quæ de Christo dicunt. Porro hæc rectissime firmissimeque se habent, Christo ipso testante : « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri in vobis loquitur [39]. » Fidelis itaque Deus est, nempe omnis mendacii expers et verax. Necessario autem ejus quoque naturalis « Filius, quem vobis prædicavimus ego et Silvanus atque Timotheus, non fuit est et non. » Omnis enim de illo sermo ab inspiratorum præconum voce verax so-

[33] Psal. CXVIII, 91. [34] Deut. XVII, 6. [35] II Cor. XI, 2. [36] Rom. IX, 5. [37] I Cor. XII, 3. [38] I Joan. V, 6 ex Græc. [39] Matth. X, 20

(1) Denuo hic et passim admirari licet Cyrilli studium asseverandi Christi divinitatem.

nuit. « Et quotquot Dei sunt, inquit, promissiones, in illo *est* » inveniuntur : videlicet munificentiam promissionemque omnem in ipso a Deo Patre habuimus : idque in vocabulo « est » scilicet in veritate : etenim hæc ad exitum per Christum venerunt. « Absorpta est enim mors in victoriam [30], » et corruptionis eversa potentia est. Cessabit simul timiditas et ignominia, ut aiebat in priore Epistola sapientissimus Paulus [31]. Porro et sanctorum regni facti sumus hæredes atque participes. Dicturus est enim ipse nobis pro tribunali, in quo erit « est : » — « Venite, benedicti a Patre meo, possidete paratum vobis regnum jam inde a mundi constitutione [32]. » Sola itaque Dei quælibet promissio per Christum habet « est ; » prorsus autem non recipit « non, » id est negationem ; quia Christus veritas ipsa est. Insuper hoc singulariter demonstrat, eum suapte natura esse Deum. Si enim promissiones non frustratur, sed eas potius sanctis in rem confert, quanquam Deus Pater bonorum dator est, quidni erit naturalis verusque Filius, et de Deo Deus, in quo omne datum bonum, et omnis donatio perfecta est sine mendacio?

Quod autem careat mendacio Verbum, comprobat Paulus dicens : « Itaque per ipsum Deo amen, ad gloriam per nos. » Quia enim ipse est mediator, per quem solum ad Patrem accessus est [33.34], et in quo omne spiritale donum est ; per ipsum quoque omnium omnino precum exitum consequemur : id enim significat « amen. » Quam ad rem nos ipsemet Filius informavit, sanctis dicens apostolis : « Et illa die me non rogabitis quidquam : amen, amen dico vobis, si quid poposceritis Patrem, dabit vobis in nomine meo. Nondum quidquam in nomine meo petistis : petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum [35]. » — « Per ipsum itaque Deo Patri amen, ad gloriam per nos. » Mos enim nobis est quamlibet precem claudendi in nomine Christi (1). Quod vero ipsi non immerito ac sine controversia laus publica debeatur, cognoscimus beato vaticinante Jacobo : « Juda, te laudabunt fratres tui [36] ; » ortus est enim ex Judæ tribu secundum carnem Christus. Profecto etiam Isaias propheta ait : « Vidi Dominum Sabaoth sedentem in throno excelso et elevato, circumstantes vero Seraphim sanctum ipsum acclamantes, et Dominum Sabaoth appellantes, plenumque dicentes cœlum ac terram gloria ejus [37]. » Porro quod reapse viderit Filium, demonstrabit sapiens Joannes [38] : « Hæc autem dixit Isaias, quando gloriam ejus vidit, et de ipso locutus est. » Quamobrem, etiamsi Pater per ipsum glorificatur, et ipse per fidem positus est propitiator, imo et sanctorum factus est propter

A θὴς διὰ τῆς τῶν θεηγόρων γέγονε φωνῆς. « Καὶ ὅσαι δὴ, φησὶν, ἐπαγγελίαι τοῦ Θεοῦ,] ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ, » τουτέστι φιλοτιμίαν τε καὶ ὑπόσχεσιν ἅπασαν ἐν αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐσχήκαμεν· καὶ τοῦτο ἐν τῷ « ναὶ, » τουτέστιν ἐν ἀληθείᾳ· ἥκει γὰρ ταῦτα πρὸς πέρας διὰ Χριστοῦ. « Κατεπόθη γὰρ ὁ θάνατος εἰς νῖκος, » καὶ τὸ τῆς φθορᾶς κατεσείσθη κράτος. Παύσεται δὲ καὶ τὸ ἄναλκι καὶ πρὸς τούτοις ἡ ἀτιμία· καθὰ ἔφη καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ. Ἀποδεδείγμεθα δὲ καὶ αὐτῆς τῆς τῶν ἁγίων βασιλείας κληρονόμοι καὶ μέτοχοι. Ἐρεῖ γὰρ ἡμῖν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ θείου βήματος ὁ ἐν ᾧ τὸ « ναί· » — « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Πᾶσα τοίνυν ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ B διὰ Χριστοῦ μόνον ἔχουσα τὸ « ναί· » ἀπαράδεκτον δὲ παντελῶς τὸ « οὔ, » ὅπερ ἐστὶν ἡ ἄρνησις· καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ ἀλήθεια. Προσαποδείκνυσι δὲ καὶ τοῦτον ἑνικῶς ὅτι κατὰ φύσιν ἐστὶ Θεός. Εἰ γὰρ οὐκ ἂν διαψεύσαιτο τὰς ἐπαγγελίας, ἀποπερανεῖ δὲ μᾶλλον τοῖς ἁγίοις αὐτὰς, καίτοι τοῦ Θεοῦ Πατρὸς τὰ ἀγαθὰ διανέμοντος· πῶς οὐκ ἂν εἴη φύσει τε καὶ ἀληθῶς Υἱὸς, καὶ ὡς ἐκ Θεοῦ Θεὸς, ὁ ἐν ᾧ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον οὐ διεψευσμένως;

Ὅτι δέ ἐστιν ἀψευδὴς ὁ λόγος, προσεμπεδοῖ λέγων· « Διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ τὸ ἀμὴν, πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. » Ἐπειδὴ γάρ ἐστιν αὐτὸς ὁ μεσίτης, ὁ δι' οὗ καὶ μόνου προσιτὸς ὁ Πατὴρ, ὁ ἐν ᾧ πᾶσα δόσις πνευματικὴ, δι' αὐτοῦ δὴ πάντως καὶ πᾶν C ἔσται πέρας εὐχῆς· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ « ἀμήν. » Καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς πεπαιδαγώγηκε λέγων τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τι αἰτήσητε τὸν Πατέρα, δώσει ὑμῖν ἐν τῷ ὀνόματί μου. Ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου· αἰτεῖτε καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη. » — « Δι' αὐτοῦ μὲν οὖν τὸ ἀμὴν τῷ Θεῷ Πατρὶ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. » Ἔθος γὰρ ἡμῖν ἁπάσης εὐχῆς κατακλείειν πέρας ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Ὅτι δὲ οὐκ ἂν ἀμοιρήσειεν αὐτὸς τοῦ δοξολογεῖσθαι πρέπειν ἀκονιτὶ, διοψόμεθα τοῦ μακαρίου προφητεύοντος Ἰακώβ· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· » ἀνέφυ γὰρ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς κατὰ σάρκα Χριστός. Ἡσαΐου γε μὴν τοῦ προφήτου λέ- D γοντος· « Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, περιεστηκότα δὲ τὰ Σεραφεὶμ, ἅγιον αὐτὸν ἀποκαλοῦντα, καὶ Κύριον Σαβαὼθ ὀνομάζοντα, πλήρη τε λέγοντα εἶναι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ὅτι δὲ αὐτὸν τεθέαται τὸν Υἱὸν, ἀποδείξει λέγων ὁ σοφὸς ὁ Ἰωάννης· « Ταῦτα δὲ εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδεν τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ἐλάλησεν περὶ αὐτοῦ. » Οὐκοῦν καὶ εἰ ὁ Πατὴρ δοξάζοιτο δι' αὐτοῦ, καὶ ἐπειδὴ δὲ τέθειται διὰ πίστεως ἱλαστήριον, γέγονε δὲ καὶ τῶν ἁγίων

[30] I Cor. xv, 54. [31] Ibid. 43. [32] Matth. xxv, 34. [33.34] Ephes. ii, 18. [35] Joan. xvi, 23, 24. [36] Gen. xlix, 8. [37] Isa. vi, 1-3. [38] Joan. xii, 41.

(1) Cyrilli dicto astipulantur liturgiæ antiquissimæ, ad nos usque delapsæ, in quibus preces reapse concludi solent verbis *per Dominum nostrum Jesum Christum*, etc.

λειτουργὸς διὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς θυσίαν πνευματικὴν τὴν ἑκάστου τῶν ἁγίων ἱερουργεῖ προσευχήν· δι' αὐτοῦ γὰρ ἡμῶν τὸ « ἀμὴν, » καὶ οὐκ ἂν ἔξω νοοῖτο τοῦ καὶ προσκυνεῖσθαι δεῖν καὶ συνδοξάζεσθαι τῷ Γεγεννηκότι, παρά γε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς ἄνω πληθύος τῶν ἁγίων πνευμάτων. Ἔφη δέ που θεσπέσιος Παῦλος· « Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν Πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. » Καίτοι τίνι τῶν ὄντων ἀσυμφανὲς ὡς ἔστι Μονογενὴς καθ' ὃ ἂν νοοῖτο Θεός; Μόνος γὰρ ἐκ μόνου γεγέννηται τοῦ Πατρός. Ἐπειδὴ δὲ καθεὶς ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐν πολλοῖς γέγονεν ἀδελφοῖς, τότε τέθειται πρωτεύων αὐτός· καὶ πρός γε τῷ εἶναι Μονογενὴς ὡς Θεὸς, κεχρημάτικε καὶ πρωτότοκος διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

B *Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν*, κ. τ. λ.

(Cod. f. 348 b.) Βεβαιοῖ ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ εἰς Χριστὸν, ὀρθὴν καὶ ἀκατάσειστον ἐνιδρυσάμενος πίστιν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς, ὡς ἔστι φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς, κἂν εἰ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ὁρῷτο σχήματι, γεννηθεὶς κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς ὁ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν. Καὶ γοῦν αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁμολογοῦντι τῷ Πέτρῳ τὴν πίστιν, λέγοντί τε σαφῶς· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » ἀντανεφώνει λέγων· « Μακάριος εἶ σὺ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέν σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἐπειδὴ γὰρ παμμέγεθες τὸ μυστήριον, δέοιτ' ἂν εἰκότως μυσταγωγίας τῆς ἄνωθεν καὶ παρὰ Πατρός. C Βεβαιοῖ τοιγαροῦν ἡμᾶς αὐτὸς εἰς Χριστὸν ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς καὶ χρίσας Θεὸς, καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. Εἴη δ' ἂν οὐκ ἀσυμφανὲς καὶ διά γε τούτων ἡμῖν, ὅτι μὴ γέγονεν ὁ Υἱὸς « ναὶ » καὶ « οὔ· » Θεὸς δὲ μᾶλλον ἀληθινὸς, καὶ ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ἐν αὐτῷ τὸ « ναί. » Θεοῦ γὰρ ἡμᾶς σφραγίσαι τε καὶ χρῖσαι λεγομένου, δόντος τε τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, Χριστὸς ἂν εἴη πάλιν ὁ ταῦτα πληρῶν ἐν ἡμῖν, οὐχ ὑπουργικῶς, οὔτε μὴν ἀλλοτρίῳ καταχρίων τε ἡμᾶς καὶ σφραγίζων πνεύματι, ἀλλ' αὐτῷ τῷ ἰδίῳ καὶ τῷ τοῦ Πατρός. Ἐν γὰρ ἀμφοῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, οὐ μεμερισμένως, ἀλλ' ὡς ἐκ Πα-

A humanitatem minister, utpote qui spiritalis instar sacrificii singulorum sanctorum offert preces: per ipsum enim dicimus « amen; » nihilominus haud extraneus credendus est sibi debitæ adorationi, et gloriæ una cum Genitore obtinendæ et a nobis ipsis et ab universa sanctorum spirituum multitudine. Ait enim alibi divus Paulus: « Et cum denuo introduxerit Primogenitum, ait: Et adorent eum omnes angeli ejus [39]. » Cui vero incompertum est, eum esse Unigenitum, quatenus intelligitur Deus? Unus enim ex uno generatus est Patre. Postquam autem se ad nostra demittens, in multis exstitit fratribus [40], tunc ipse primarius est factus [41]; et præterquam quod unigenitus est uti Deus, primogenitus quoque ob suam humanitatem evasit.

I, 21, 22. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo*, etc.

Confirmat nos Deus Pater in Christo, rectam et immobilem stabiliens fidem in omnium animabus, ut credamus naturaliter vereque Deum, etiamsi in specie nostra conspicitur, secundum carnem ex muliere natum [42], qui supra omnem creaturam est. Nam et ipse Dominus noster Jesus Christus Petro fidem suam profitenti, aperteque dicenti: « Tu es Christus Filius Dei vivi, » respondit dicens: « Beatus es tu, Simon fili Jonæ, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est [43]. » Nam quia maximum hoc est mysterium, merito egebat superno magisterio Patris. Confirmat ergo nos ipse in Christo, qui nos quoque signavit et unxit Deus, et Spiritus arrham dedit. Hinc etiam fit nobis exploratum, Filium non esse « est » et « non, » sed verum potius Deum, et præter cætera cuncta bona in ipso contineri « est. » Nam cum Deus signasse nos et unxisse dicatur, et Spiritus arrham dedisse, Christus vicissim hæc in nobis exsequitur, non serviliter neque alieno nos ungens signansque spiritu, sed suo proprio simulque Patris. Est enim in utroque sanctus Spiritus, propter substantiæ unitatem indivisus, et a Patre per Filium deveniens ad res creatas (1). Insufflavit enim in sanctos apostolos Christus, aitque: « Accipite Spiritum sanctum [44]. »

[39] Hebr. I, 6. [40] Rom. VIII, 29. [41] Coloss. I, 18. [42] Galat. IV, 4. [43] Matth. XVI, 16, 17. [44] Joan. XX, 22.

(1) Legatur, si libet, Hier. Donati, senatoris Veneti doctissimi, tractatus *De Spiritus sancti processione* (apud nos *Script. vet.*, t. VII), qui lib. IV, capp. 8, 9, 10, ingeniosissime Spiritus sancti processionem etiam a Filio demonstrat ex ejusdem missione per Filium ad creaturas. Idem fere brevius dixerat sanctus Hilarius *De Trin.*, VIII, 20, ut certe refertur ejus textus in primo vetere opusculo *De Spiritu sancto*, a nobis edito tom. cit., p. 248: *Spiritus sanctus accipit a Filio, qui et ab eo mittitur, et a Patre procedit. Et interrogo utrum id ipsum sit a Filio accipere, quod sit a Patre procedere. Certe id ipsum atque unum esse existimabitur a Filio accipere, quod sit procedere a Patre.* Perspicue etiam magnus Augustinus in illa celebri sua auctoritate tract. XCIX in Joan.: *Spiritus sanctus non solum de* D *Patre procedit in Filium, et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit: quamvis hoc Filio Pater dederit, ut quemadmodum de se, ita quoque de illo procedat.* Ita se optime habet locus in secundo vetere opusculo a nobis item edito tom. cit., p. 255. At in Maurina Augustini editione perperam deest dictio *solum*; ibi enim legitur: *Spiritus sanctus non de Patre procedit in Filium.* Hæc paulo uberius ad Cyrilli locum libenter adnotavi, quia exploratum est, Cyrillum principem, fere inter veteres Græcos dogma hoc de processione ab utroque theologice exposuisse, ut diligenter, prolatis ejus verbis, narratur in Damascenica prima Lequinii dissertatione.

Et nos per ipsum atque in ipso ad imaginem ceu sigillo formamur divinam et intellectualem. Dixit enim idem divus Apostolus ad Galatas scribens: « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus [45]. » Quod si Christo conformati, divinam consequimur similitudinem, ipse utique imago Dei Patris est, et perfecta similitudo; neque ut nos, qui ob sanctitatis tantum participationem ad eam similitudinem vocamur, sed naturaliter potius ac substantialiter. Nam qui Deus naturaliter est, ab eo qui naturaliter vereque Deus est atque ex ipsius substantia genitus, nihil profecto differet. Sed tamen ipsum quoque signatum a Deo Patre fuisse, ait Joannes sapientissimus: « Nam qui testimonium ejus accepit, signavit quod Deus verax sit [46]. » Signatus tamen haud ea qua nos ratione fuit; sed totum in Filii natura quodammodo se descripsit Pater, et substantialiter impressit. Hinc Jesus aiebat: « Qui vidit me, vidit Patrem [47]. »

A Πατρὸς δι' Υἱοῦ διῆκον ἐπὶ τὴν κτίσιν. Ἐνεφύσησε γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ πρὸς εἰκόνα κατεσφραγίσμεθα τὴν θείαν καὶ νοητήν. Ἔφη γὰρ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀπόστολος Γαλάταις ἐπιστέλλων· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Εἰ δὲ εἰς Χριστὸν μορφούμενοι, τὸν θεῖον ἐν ἑαυτοῖς πλουτοῦμεν εἰκονισμὸν, αὐτὸς ἄρα ἐστὶν ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ ἀκριβὴς ἐμφέρεια, καὶ οὐ καθάπερ ἡμεῖς κατὰ μέθεξιν ἁγιασμοῦ πρὸς ὁμοιότητα κεκλημένοι, φύσει δὲ μᾶλλον καὶ οὐσιωδῶς· Θεὸς γὰρ ὁ φύσει πρὸς τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Θεὸν καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ γεγενημένον οὐσίας, οὐδὲν ἂν ἔχοι τὸ ἀπεοικός. Ἐσφραγίσθαι δὲ καὶ αὐτὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, Ἰωάννης φη-
B σὶν ὁ σοφώτατος· « Ὁ λαβὼν γὰρ αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν. » Ἐσφράγισται δὲ πάλιν οὐχ ἐν ἴσῳ τρόπῳ καθ' ὃν καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ φύσει, μονονουχὶ γράφοντος τοῦ Πατρὸς καὶ οἷον οὐσιωδῶς ἐνσημαινομένου. Ταύτῃ τοι ἔφασκεν· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. »

II, 14. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.*

Sicuti enim pro nobis ductus fuit quodammodo in triumphum Christus, quo tempore super ligno necem pertulit, et cruciatibus fuit consummatus, sic et ipsi triumphari se aiunt Christi causa, dum ubique innotescunt, et tentationibus inclarescunt, mundumque vincunt, quia omnia perpeti parati sunt, et quidem libentissime, pro Christi nomine. Sunt enim, sunt utique passionum ejus participes, et revelandæ in posterum gloriæ socii. A Deo autem se triumphari aiunt, non quod ipsos cruciatibus objiciat aut calamitatibus obruat, sed quia ipsi secundum illius placitum per universum orbem Jesum prædicantes, hujus causa in tentationes incidunt. Quinam vero sit odor notitiæ Dei et Patris, qui per sanctos apostolos mundo manifestatur omnique, ut ipsi aiunt, loco, docet alibi idem divinus Paulus dicens: « Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum, nosmet vero servos vestros per Jesum Christum [48]. » Et rursus: « Non enim judicavi me scire quidquam in vobis, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum [49]. » Deinde quomodo natus de muliere, crucem passus, morti traditus, etsi postea revixit, odor notitiæ erit Dei Patris, si forte, ceu nonnulli existimant, simplex uti nos, et a Deo afflatus homo intelligitur Christus, non autem revera naturaliter Deus, quamvis humanitatem credatur per dispensationem assumpsisse Dei Verbum? Neque enim, si conditionis nostræ fines haud excedit, bonum Dei Patris naturæ addet odorem; neque odor fiet nescientis mortem, is qui mortem pertulerit. Quonam igitur pacto odor erit notitiæ Patris Christus, nisi qua-

Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ.

(Cod. f. 354.) Ὥσπερ ὑπὲρ ἡμῶν τεθριάμβευται Χριστὸς τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον ἀνατλὰς, καὶ τελειωθεὶς διὰ παθημάτων, οὕτω καὶ αὐτοὶ θριαμβεύεσθαί φασιν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦ τε γνωρίζεσθαι τοῖς ἁπανταχῇ
C καὶ καταλαμπρύνεσθαι διὰ πειρασμῶν, καὶ νικᾷν τὸν κόσμον, διά γε τοῦ πάντα παθεῖν ἑτοίμως ἔχειν, καὶ λίαν ἀσμένως ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶ μέτοχοι τῶν αὐτοῦ παθημάτων, ὥς φησι, καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνοί. Θεὸν δὲ εἶναί [al. cod. εἰδέναι] φασι τὸν θριαμβεύοντα αὐτοὺς, οὐχ ὡς ἐνιέντα τῷ [al. cod. τὸ] πάσχειν αὐτοὺς, οὔτε μὴν ὡς θλίψεις ἐπισωρεύοντα, ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν διακηρύττοντες τὸν Ἰησοῦν, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ περιπίπτουσι πειρασμοῖς. Ποία δέ τις ἄρα ἐστὶν ὀσμὴ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; ἡ διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τῷ κόσμῳ φανερουμένη καὶ ἐν παντὶ τόπῳ, καθά φασιν αὐτοὶ, διδάξει πάλιν αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐκεῖνο λέγων· « Οὐ γὰρ
D ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν· « Οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. » Εἶτα τίνα τρόπον ὁ γεννηθεὶς ἐκ γυναικὸς, ὁ σταυρὸν ὑπομείνας καὶ θάνατον ὑποδὺς, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν, ὀσμὴ τῆς γνώσεως ἔσται τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἰ, καθάπερ οἴονταί τινες, ψιλὸς καθ' ἡμᾶς, ἤγουν θεοφόρος ἄνθρωπος, νοεῖται Χριστὸς, καὶ οὐκ αὐτὸ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, κἂν εἰ νοοῖτο προλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον οἰκονομικῶς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος; Οὐ γὰρ ἔν γε τῷ εἶναι καθ' ἡμᾶς καὶ πέρα τοῦ μηδὲν τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εὐωδιάσει φύσιν, οὐδ' ἂν ὀσμὴ γένοιτο

[45] Galat. IV, 19. [46] Joan. III, 33. [47] Joan. XIV, 9. [48] II Cor. IV, 5. [49] I Cor. II, 2.

τοῦ μὴ εἰδότος θάνατον ὁ θάνατον ἀνατλάς. Πῶς οὖν ὀσμὴ τῆς γνώσεως τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς, ἢ δῆλον ὅτι καθ' ὃ νοεῖται καί ἐστι Θεὸς, κἂν εἰ πέφηνεν ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς; Ἐπεὶ τίνα τρόπον οἱ διακηρύσσοντες τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσι τῷ κόσμῳ τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεόν; Ἢ πῶς ἂν εἰδεῖεν τὸν Ἰησοῦν; Τίνα δὲ τρόπον καὶ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν Χριστῷ τὸν κόσμον ἑαυτῷ καταλλάττειν λέγεται παρὰ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν, εἰ μὴ συνεισδέξαιτό τις τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι Λόγῳ πρὸς ἕνωσιν τὸ ἀνθρώπινον, ἀπαιτούσης τοῦτο τῆς σοφῆς οἰκονομίας; Καταγγέλλουσι γὰρ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ λαλοῦντες ἐν Πνεύματι, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσαντα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἀλλ' ὡς σάρκα γεγονότα, τουτέστιν, ἑνωθέντα σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν. Οὕτω γὰρ ἂν εἴη καὶ τῆς δόξης Κύριος ὁ ἐσταυρωμένος· οὐκοῦν κἂν εἰ νοοῖτο μετὰ σαρκὸς, κἂν εἰ τοῦτο μὲν οὐχὶ, καταμόνας δὲ ὥσπερ καὶ οὕτω, καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος, ὀσμὴ τῆς γνώσεώς ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸν ἐξ οὗπέρ ἐστιν εὐωδιάζων εἰς ἡμᾶς. Καὶ εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὃ φημι, πῶς ἂν εἴη γενητὸς καὶ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων λαχοῦσι γένεσιν ἐναρίθμιος; Οὐκ ἂν γὰρ γένοιτο τοῦ μὴ κτισμένου ὀσμὴ, μήτε ὑπάρχοντος γενητῶς. Οὐ γὰρ ἔν γε τῷ ἀγενήτῳ τὸ γενητὸν ὀψόμεθα, οὐδὲ ἐν τῷ γενητῷ τὸ ἀγένητον. Ἀλλὰ μὴν ἔδειξεν ὁ Υἱὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα· Θεὸς ἄρα κατὰ φύσιν ἐστὶ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ταυτόν. Ἀκουέτω τοίνυν καὶ πρὸς ἡμῶν ὁ Υἱός· « Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. » Ἐγνώκαμεν γὰρ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὸν ἐξ οὗ γεγέννηται Πατέρα καὶ Θεόν.

A tenus omnino intelligitur et est Deus, etiamsi in carne propter nos apparuit? Secus enim quomodo prædicatores annuntiavissent eum mundo tanquam naturaliter vereque Deum? Aut quomodo Jesum cognovissent? Quomodo demum Deus Pater mundum sibi in Christo reconciliare diceretur a sanctis doctoribus, nisi humanitatem ad adunationem cum Verbo ex Deo nato assumpsisset, sapiente incarnationis opera id deposcente? Prædicant enim divini discipuli, verba suppeditante Spiritu, non tanquam in homine habitans Dei Verbum, sed uti carnem factum, id est, unitum carni anima rationali præditæ. Sic enim is erit gloriæ Dominus, qui fuit crucifixus. Itaque sive cum carne consideretur, sive etiam secus, seorsum autem ceu et sic inter B nos versatum Dei Verbum, odor est notitiæ Dei et Patris, utpote quod propria in natura bonum ejus, a quo prodiit, odorem nobis affundit. Quod si hæc ita se habent, quomodo factum esse dicetur, et cum iis quæ antea non exsistentia sortita sunt originem, connumerabitur? Haud esset certe odor non creati et exsistentis non per facturam. Neque enim in infecto factum, neque in facto infectum videbimus. Atqui Filius in se ipso Patrem ostendit; ergo Deus naturaliter est, propter substantiæ unitatem. Audiat igitur a nobis Filius: « Unguentum effusum nomen tuum [80]. » Novimus enim per ipsum et in ipso illum, a quo genitus est, Patrem Deum.

Ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις.

(Cod. f. 354 b.) Εὐωδιάζουσι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, πρῶτον μὲν ὡς αὐτὸν ἔχοντες διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνοικοῦντά τε καὶ ἐγκυλισμένον, εἶτα ὅτι τοῖς ἁπανταχοῦ διακηρύττοντές τε καὶ περιφέροντες τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον, καθάπερ τι τῶν εὐοσμοτάτων θυμιαμάτων, προσεκόμιζον τῷ Θεῷ τὴν ἔν γε τούτῳ σπουδήν· κατὰ τρίτον δὲ τρόπον, ὅτι καὶ σύμμορφοι γεγονότες αὐτῷ, διὰ τῶν ἴσων τετελείωνται παθημάτων. Εὐωδίαν γε μὴν ἑαυτοὺς εἶναί φασι τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, οἷς μὲν ὀσμὴ ἐκ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ἐκ ζωῆς εἰς ζωὴν, κατιδεῖν ἀκόλουθον. Οὐκοῦν νοηθεῖεν πρὸς ἡμῶν εἰκότως οἱ σωζόμενοί τε καὶ ἀπολλύμενοι, κατά γε τὸν πρέποντα ταῖς θεωρίαις σκοπὸν, οἱ πιστεύοντές τε καὶ οἱ τὴν πίστιν παρωθούμενοι, καὶ οἱ μὲν οὔπω Θεὸν τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐγνωκότες, λελατρευκότες δὲ μᾶλλον τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Οὗτοι τοῦ θείου κηρύγματος τὸν λόγον οὐ προσιέμενοι, διαγελῶντες δὲ μᾶλλον καὶ μωρίαν εἶναι νομίσαντες τὸ Χριστοῦ μυστήριον, δέχονται τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ Πατρὸς, ἐκ θανάτου πρὸς θάνατον. Ἐν θανάτῳ γὰρ ὄντες διά τοι τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀγνωσίαν καὶ πώρωσιν, μονονουχὶ καὶ δευτέρῳ θανάτῳ περιπταίοντες ἁλοῖεν ἄν· οἵ γε μὴν διὰ τῆς νομικῆς παιδεύσεως

C II, 15. *Quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt.*

Bonum veluti odorem exhibent Deo Patri Dominum nostrum Jesum Christum, primo quidem quia habent eum Spiritus opera in se habitantem et insertum; deinde quia ubique prædicant et circumferunt de eo sermonem, tanquam valde odorum thymiama, suum erga Deum studium depromentes; tertio denique, quia ei facti conformes paribus consumpti fuere cruciatibus. Bonum sane se esse odorem aiunt tum in iis qui salvi fiunt, tum in iis etiam qui pereunt: quibusnam vero odor sint de morte in mortem, quibusnam contra odor de vita in vitam, superest cognoscendum. Ergo probabiliter a nobis intelligentur tum salvati tum pereun- D tes, si spiritalem sensum contemplemur, credentes, nec non fidem renuentes, quique verum naturalemque Deum nondum agnoscentes, malunt adorare creaturas præ Creatore [81]. Hi divinæ prædicationis verba non recipientes, imo potius irridentes, stultitiamque putantes esse Christi mysterium, recipiunt odorem notitiæ Patris sic ut transeant de morte in mortem. Etenim cum in morte jam versarentur, propter hærentem inscitiam et cæcitatem, tantum non videntur in alteram quoque mortem incurrere; si quidem legis magisterio olim ad Dei notitiam admoti, vitam quodammodo erant

[80] Cant. I, 2. [81] Rom. I, 25.

adepti, ita tamen si crederent reciperentque odorem notitiæ Patris de vita in vitam. Ait enim quodam loco Christus ad cœlestem Patrem Deum: « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum [52]. » Quis autem huic rei sit idoneus? Recte id dicitur: reapse enim haud facile invenitur, cui facultas insit recte et absque errore Christi mysterium explanandi, cujusmodi exstiterunt divi discipuli, cum aliter sentientium contumaciam corrigebant, quorum est præcipuum ac summum studium verbi Dei veluti adulteratio, et mendacio ac fraude fidei magisterium semper inficere. Secus vero divi doctores, qui in Spiritu loquuntur, sincere ac veluti in conspectu Dei omnia faciunt et dicunt.

A πρὸς ἀρχὰς ἐνηνεγμένοι τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, γεγόνασι μέν πως ἐν ζωῇ, πλὴν εἰ πιστεύσειαν παραδέξονται τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ Πατρὸς ἐκ ζωῆς εἰς ζωήν. Φησὶ γάρ που Χριστὸς πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα καὶ Θεόν· « Αὕτη δέ ἐστιν αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Ἀλλὰ τίς ἂν γένοιτο, φησὶ, πρὸς ταῦτα ἱκανός; Καὶ μάλα εἰκότως· δυσεύρετος γὰρ ἀληθῶς ᾧπερ ἂν ἐνυπάρχοι τὸ δύνασθαι λαλεῖν ὀρθῶς τε καὶ ἀπλανῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, ὁποῖοί τινες ἦσαν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ τὰς τῶν ἑτεροφρόνων δυστροπίας διορθούμενοι, οἷς ἔθος ἐστὶ καὶ διὰ πλείστης τέθειται σπουδῆς τὸ οἷον ἐκκαπηλεύειν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀπάτῃ τε καὶ ψεύδει συγκεκραμένην ἀεὶ ποιεῖσθαι φιλεῖν τῆς πίστεως τὴν ἀπόδοσιν. Ἀλλ' οἵ γε θεῖοι μυσταγωγοὶ λαλοῦντες ἐν Πνεύματι, ὡς ἐξ εἰλικρινείας κατέναντι Θεοῦ πάντα τε δρῶσι καὶ λέγουσιν.

III, 3. *Non in tabulis lapideis, sed in carneis cordis tabulis.*

Prophetico quoque testimonio confirmat dictum suum, « Non in tabulis lapideis, sed in carneis cordis tabulis. » Ait enim, inquit, alicubi Deus per prophetæ vocem: « Ecce dies veniunt, ait Dominus, et statuam cum domo Israelis domoque Judæ novum fœdus, haud par fœderi quod cum patribus ipsorum pepigi, qua die ego manum eorum apprehendi ut educerem de regione Ægypti: qui tamen in fœdere meo non persliterunt, ideoque eos neglexi, dicit Dominus. Tradam ergo leges meas menti eorum, et in cordibus ipsorum scribam. Hujusmodi enim fœdus erit, quod cum Israelis domo statuam post dies illos, dicit Dominus [53]. » Olim quidem divus Moyses legem accepit vitæ quasi puerilis magistram in lapideis tabulis, ut ait Scriptura. Qua quidem re significatam nos dicimus Judaicorum cordium duritiam. Ægre scilicet receptam fuisse eorum in mentibus legem apparet, et tanquam in lapidibus brevi tempore et vix mansuram, prorsus tamen instabilem et facillime abjiciendam. Quamobrem ait Dominus: « Populus hic ore quidem mihi propinquat, labiisque suis me honorat, cor autem eorum longe est a me: frustra me colunt, tradentes doctrinæ loco mandata hominum [54]. » Dominus autem noster Jesus Christus in carneis, id est sensibilibus, cordis tabulis sacras nobis divinasque leges inseruit. Unde etiam Ezechielis prophetæ voce aiebat: « Et extraham lapideum cor eorum de carne eorumdem, daboque eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent [55]. » Si quis itaque Mosaicis non innititur umbris, neque atramento scriptam gerit legem tanquam lapideis in tabulis (1), sed in mente potius a Spiritu impressam, hic veluti

B *Οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.*

(Cod. f. 357.) Ἐπισφραγίζει καὶ προφητικῇ μαρτυρίᾳ τὸ, « Οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. » Ἔφη γάρ που, φησὶν, ὁ Θεὸς διὰ φωνῆς προφήτου· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, φησὶ Κύριος. Διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτοὺς, ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη C ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, φησὶ Κύριος. » Πάλαι μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς νόμον ἐδέχετο τὸν παιδαγωγὸν ἐν πλαξὶ λιθίναις, καθὰ γέγραπται. Αἴνιγμα δὲ τοῦτο γεγενῆσθαί φαμεν τῆς Ἰουδαίων σκληροκαρδίας· μᾶλλον γὰρ ἀπαράδεκτον ὥσπερ ταῖς σφῶν αὐτῶν διανοίαις ἀποφαίνει τὸν νόμον, καὶ οἷον ἐν λίθοις βραχὺ μὲν καὶ μόλις ἐνιζηκότα, πλὴν εὐαπόβλητον παντελῶς καὶ μάλα ῥᾳδίως ἀποπτυόμενον. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεός· « Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. » Ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, τουτέστιν αἰσθητικαῖς, τοὺς ἱεροὺς ἡμῖν D καὶ θείους ἐγγράφει νόμους. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν διὰ φωνῆς Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου· « Καὶ ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, ὅπως ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύωνται. » Εἴ τις οὖν οὐ ταῖς διὰ Μωσέως προσερήρεισται σκιαῖς, οὔτε μὴν μέλανι γεγραμμένον ἔχει τὸν νόμον ὡς ἐν πλαξὶ λιθίναις,

[52] Joan. xvii, 3. [53] Jerem. xxxi, 31-33. [54] Isa. xxix, 13; Matth. xv, 8. [55] Ezech. xi, 19.

(1) Reapse antiquissimos habemus adhuc Ægyptios Etruscosve lapides, in quibus non excusæ sunt litteræ, sed atramento tantum vel coloribus delineatæ.

ἀλλ' εἰς νοῦν ἔσω διὰ τοῦ Πνεύματος, οὗτός ἐστιν ἐπιστολὴ Χριστοῦ γινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων.

Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν, κ. τ. λ.

(Cod. f. 357 b.) Πάντα μὲν ἐν Χριστῷ τοῖς ἀξίοις τὰ ἀγαθά· καὶ γάρ ἐστιν ἄνωθεν καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων πᾶν δώρημα τέλειον. Ἀλλ' οὖν ὁ δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα Χριστός ἐστιν, μεσιτεύων μὲν ἡμᾶς καὶ Θεὸν διὰ τὴν οἰκονομίαν, πλὴν ἐνεργῶν τὰ πάντα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἅτε δὴ καὶ ὑπάρχων αὐτοσοφία τε καὶ δύναμις αὐτοῦ. Ποία δέ ἐστιν ἡ πεποίθησις ἡ διὰ Χριστοῦ πρὸς Θεὸν, ἄκουε δὴ προσεπάγοντός τε καὶ λέγοντος· « Οὐχ ὅτι ἀφ' ἑαυτῶν ἱκανοί ἐσμεν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν· » πᾶσα γὰρ σοφία παρὰ Κυρίου κατὰ τὸ γεγραμμένον· « ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. » Καὶ τί τὸ γράμμα ἐστίν; Ὁ ἐν νόμῳ τύπος, τὰ ὡς ἐν σκιαῖς ἔτι πληρούμενα. Πνεῦμα δὲ τῆς ἐν Χριστῷ λατρείας ἡ δύναμις, πνευματικοὺς ἀποφαίνουσα τοὺς προσιόντας αὐτῇ διὰ τῆς πίστεως. Ὅσῳ δ' ἂν ἥττων τῆς ἀληθείας ὁ τύπος, τοσοῦτον, οἶμαι, κατόπιν οἱ διακονοῦντες αὐτὸν τῶν ἱερουργούντων τὴν ἀλήθειαν. Ῥαντίζει γὰρ ἡμᾶς Χριστὸς αἵματι τῷ ἰδίῳ, καὶ οὐ πρὸς μόνην τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰ ἐν νόμῳ, καθαρίζει δὲ μᾶλλον καὶ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ ἐξίστησι πλημμελήματος· χαρίζεται δὲ πρὸς τούτῳ καὶ ζωῆς ἐλπίδα. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὡς « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. » Ἐπήγγελται γὰρ καὶ αὐτῶν τῶν σωμάτων τὴν ἀνάστασιν καὶ ἀναφοίτησιν τὴν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ εἰς μακραίωνα βίον.

Τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος.

(Cod. f. 361 b.) Μεταπλάττεται ὥσπερ τῶν πιστευόντων ὁ νοῦς ἐκ νομικῆς εὐμαθείας εἰς παίδευσιν εὐαγγελικὴν, καὶ μεταμορφοῦται τρόπον τινὰ εἰς εἴδησιν τὴν πνευματικὴν, σκιᾶς ἢ τύπων οὐκ ἀνεχόμενος, ἀλλ' ἐκ δόξης τῆς κατὰ τὸν νόμον εἰς δόξαν ἑτέραν τὴν ἐν Χριστῷ διὰ Πνεύματος μεταφοιτᾷν ᾑρημένος. Οὐκοῦν τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα· μεθιστάντες γὰρ τοὺς τύπους εἰς ἀλήθειαν, καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὸν νόμον σκιᾶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον τῇ τῶν ἐννοιῶν ἰσχνότητι διαμορφοῦντες, ὡς ἐν εἴδει τὴν αὐτὴν εὑρήσομεν δόξαν. Εἰ γὰρ δέδοται δόξα τοῖς διακονοῦσι τὸν νόμον, μείζων καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένη τὴν πρώτην ἡ τῶν ἁγίων ἱερουργῶν, οἳ καὶ ἱκάνωνται παρὰ Θεοῦ διάκονοι Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. Πρόδηλον δή που καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανὲς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως οἱ ἐκ νομικῆς παιδεύσεως μεθιστάμενοι πρὸς ἀκρίβειαν εὐαγγελικὴν, ἐκ δόξης ὥσπερ τῆς πρώτης εἰς δόξαν ἰόντες ἑτέραν νοηθεῖεν ἂν, καὶ οἷον πρὸς τὰ ἀμείνω μεταπλαττόμενοι· τὸ δὲ δὴ

quædam Christi epistola a cunctis hominibus agnoscitur.

III, 4-6. *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum*, etc.

Omnia dignis bona sunt in Christo : desursum enim est atque a Patre luminum omne donum perfectum[55*]. Per Christum itaque atque in ipso omnia sunt, qui incarnatione sua inter nos Deumque mediator est, ita tamen ut omnia operetur ex Deo et Patre, cum sit ipsa sapientia et virtus illius. Quænam vero sit fiducia per Christum ad Deum, audi Paulum in sequentibus : « Non quod sufficientes simus aliquid cogitare ex nobis ; » omnis enim sapientia a Deo est, ut ait Scriptura[56] ; « sed sufficientia nostra ex Deo, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera sed spiritu : littera enim occidit, spiritus autem vivificat. » Quid autem est littera ? Nempe legalis typus, id est, res ratione umbratili adhuc peractæ. Spiritus vero est Christianæ religionis virtus, quæ spiritales reddit accedentes ad se per fidem. Quanto autem veritati inferior est typus, tanto sequiores judico ministros legis iis qui veritatis cultu funguntur. Aspergit enim nos suo sanguine Christus ; neque carnis tantummodo puritatem efficit, ut in lege fiebat, sed magis conscientiam nostram purgat mortuis operibus, et a peccato revocat : largitur insuper vitæ spem. Vere enim dictum fuit : « Qui credit in Filium, habet vitam æternam[56*]. » Promissa est enim corporum quoque ipsorum resurrectio, atque ad incorruptibilitatem æviternamque vitam reditus.

III, 18. *In eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam tanquam a Domini Spiritu.*

Transfertur quodammodo credentium mens ex legalibus rudimentis ad evangelicam scholam, et transformatur, ut ita dicam, in spiritalem speciem, umbræ jam ac typorum impatiens, sed e legali gloria ad aliam in Christo gloriam per Spiritum demigrare gestit. Ergo in eamdem imaginem transformamur : convertentes enim typos in veritatem, et ex legis umbra mysterium Christi nostrarum mentium subtili ratiocinio efformantes, tanquam in specie eamdem gloriam comperiemus. Si enim gloria data fuit legis ministris, major profecto, et priorem incomparabiliter superans, sanctorum sacerdotum est, qui a Deo facti sunt idonei ministri Novi Fœderis, haud littera sed spiritu. Exploratum autem est neminique obscurum, qui a legali disciplina ad evangelicam perfectionem transeunt, eos omnino credendum esse ceu ex gloria priore in aliam transisse, atque ad meliora transgressos. Qui autem eos ita transfert, ipse Spiritus est, qui legis servitute liberat : in

[55*] Jac. I, 17. [56] Prov. II, 6. [56*] Joan. III, 36.

ipso enim clamamus : « Abba, Pater [57], » ut filii et liberi. Neque vero aliter legalis ipsius doctrinæ profunditatem cognoscere licet, quam per sanctum Spiritum : ipse enim scrutatur etiam profunda Dei [58] : profunda autem Dei appellari dicimus latentem in sacris Litteris notitiam. Idcirco divus quoque David Deum sic precabatur : « Revela oculos meos, ut videam legis tuæ mirabilia [59]. » Neque ipse Servator indignum laude eum judicabat, qui ex legali scientia ad spiritalem, id est evangelicam, conscenderet. Ait enim : « Propterea dico vobis, omnis scriba eruditus in regno Dei, similis est homini diviti qui profert de thesauro suo nova et vetera [60]. » Vetera quidem, legalia intelligit ; nova vero, quæ in Christo sunt. Quod si quis forte velit alio quoque sensu nostræ imaginis transformationem de gloria in gloriam intelligere, hoc item apud se reputabit, nempe nos quotquot Christum cognovimus, relatique fuimus inter filios Dei, in gloria prorsus versari : verumtamen tempore resurrectionis eamdem nostram imaginem de gloria in gloriam transformatum iri, tanquam a Domini Spiritu. Ipse enim nobis Christus, qui Spiritus arrham largitus est, quod deest illo tempore addet, et nostræ quoque humilitatis corpus ad conformitatem cum corpore gloriæ suæ immutabit. Quia vero doctor ait : « Tanquam a Domini Spiritu ; » et, « Ubi Spiritus est, ibi libertas ; » nos quidem hæreticorum calumniam non feremus, qui creatis rebus Spiritum annumerant (1). Si enim ubi est Spiritus, ibi omnino libertas, quidni ipse natura sua sit liber ? Quod si ita se habet, extra servitutis modulum est : est enim Spiritus Patris, et ex ipso ad creaturam devenit (2) in Christo.

A μεθιστᾷν εἰς τοῦτο αὐτοὺς τὸ πνεῦμά ἐστι, τὸ τῆς ἐκ νόμου δουλείας ἐλευθεροῦν· ἐν αὐτῷ γὰρ κράζομεν· « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ, » ὡς υἱοὶ καὶ ἐλεύθεροι. Ἔστι δὲ οὐχ ἑτέρως τῆς κατὰ τὸν νόμον ἰσχνολογίας τὸ βάθος ἰδεῖν, πλὴν ὅτι διὰ μόνου τοῦ ἁγίου Πνεύματος· αὐτὸ γάρ ἐστι καὶ τὸ ἐρευνοῦν καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· βάθη δὲ Θεοῦ τὴν ἐν τοῖς ἱεροῖς Γράμμασι τεθησαυρισμένην γνῶσιν ὠνομάσθαι φαμέν. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ τὰς πρὸς Θεὸν ἐποιεῖτο λιτὰς, οὕτω λέγων· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου. » Ἐποιεῖτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ οὐκ ἀθαύμαστον τὸν ἐκ νομικῆς εἰδήσεως ἀναβαίνοντα πρὸς πνευματικὴν, τουτέστι τὴν εὐαγγελικήν. Ἔφη γὰρ, ὅτι « Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς γραμματεὺς B μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ πλουσίῳ ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ νέα καὶ παλαιά. » Παλαιὰ μὲν γὰρ, τὰ ἐν νόμῳ· νέα γε μὴν, τὰ ἐν Χριστῷ. Εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ καθ' ἕτερον νοεῖσθαι τρόπον τὴν ἐκ δόξης εἰς δόξαν μεταμόρφωσιν τῆς αὐτῆς ἡμῶν εἰκόνος, παραδέξεταί τι τοιοῦτον εἰς νοῦν, ὅτι ὅσοι Χριστὸν ἐγνώκαμεν, καταλελογίσμεθα δὲ καὶ ἐν τέκνοις Θεοῦ, πάντη τε καὶ πάντως ἐσμὲν ἐν δόξῃ· κατά δέ γε τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ὁ Χριστὸς, ὁ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος χαρισάμενος, προσθήσει τὸ λεῖπον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, μετασχηματίσει δὲ C καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δέ φησιν ὁ μυσταγωγός· « Καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· » καὶ, « Οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐλευθερία, » τῆς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν συκοφαντίας οὐκ ἀνεξόμεθα, τοῖς γενητοῖς ἐναρίθμιον ποιεῖσθαι τὸ Πνεῦμα. Εἰ γὰρ ἔνθα πού ἐστι τὸ Πνεῦμα, ἐκεῖ που πάντως καὶ ἡ ἐλευθερία, πῶς οὐκ ἐλεύθερον κατὰ φύσιν ἐστίν; Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τῶν τῆς δουλείας ἄνω κεῖται μέτρων· Πνεῦμα γάρ ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἐξ αὐτοῦ δὲ ἧκον ἐπὶ τὴν κτίσιν ἐν Χριστῷ.

IV, 4. *Ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.*

Comminatur peccantibus antea Corinthiis, quod nisi velint redire ad officium sancteque vivere, denuo non sit parsurus. Porro vocabulum « denuo » prioris indignationis memoriam refricat. Quod autem peccantes sit omnino increpiturus, verbumque suum futurum sit efficax, persuadere nititur, ex præteritis futura demonstrans. Idcirco ait : « Si experimentum quæritis loquentis in me Christi. » Videmini enim, inquit, exspectare, ut etiam ex sequentibus cognoscatis num aliquando Christus in me loquatur, et increpationis rationem concludit : Ne putetis, inquit, sicuti quidam increduli et contumeliosi aiunt, Christum esse infirmum ; potens est enim in vobis, id est in credentibus et ejus imperio subjectis, quibus et necessariam curam impendit, et peccantes convertit. Potestate enim erga vos pollet : namque operatur ut Deus, veraque ostendit sanctorum dicta. Et meum quoque quaquaversus firmum invenietis esse sermonem : quippe non ego loquor, sed magis qui est in me Christus. Quoniam vero mentionem fecit hominum qui per summam stultitiam existimabant Christum revera infirmum, propterea quod crucem pertulisset, et Judæorum improbitatem seu potius impietatem sustinuisset, utilem facit apologiam, mysterii vim tempestive in medium adducens, et voluntariam Unigeniti edisserens exinanitionem, consecutamque inde incomparabilem gloriæ sublimitatem. Utique, inquit, ut putant qui a fide procul absunt, ob suam infirmitatem crucifixus fuit, passus est ut homo, et spontaneam in carne mortem excepit; sed præter hæc, illud quoque cognoscere opus est, nempe quod inferos spoliaverit, mortis potentiam calcaverit, tertia die resurrexerit, haud humana vi utens, sed divina et ineffabili. Solius enim Dei propria omnipotentia est; ita ut mortis quoque potentiam dissolvere, et corruptelæ obnoxium corpus immortalitatis beneficio donare queat. Ergo sponte sustinuit parumper infirmari in carnis natura ; quemadmodum scilicet esurisse, sitisse, labore fatigatus dicitur, et denique mortuus secundum dispensationem. Sed vivit virtute Dei, neque ab alio omnipotentiam accepit, sed propriam habet, et substantialiter cum Deo est.

[30] Matth. v, 19.

(1) Tractum hunc, quem inter duos asteriscos claudimus, recitat etiam Severus patriarcha Antiochenus in suo inedito Apologetico adversus Julianum Halicarnassensem in codice Syriaco Vaticano CXLI, p. 73.

Quippe Deus est ille qui in carne propter nos passus est. Ideoque plebi Judæorum significans, se neque carnis debilitatem respuere, neque virtutis suæ excelsitatem velare, « Solvite, inquit, templum hoc, et ego tribus diebus idem instaurabo [80]. » Et siquidem vere ait divus Paulus Deum sibi dicentem audisse : « Virtus in infirmitate perficitur [81], » quidni oportuit Emmanuelem antea in carne infirmari, ut postea divinitus roboraretur? Qui ergo scandalizantur crucis causa, ii admirentur resurrectionem. Etiamsi vero dicitur vivere virtute Dei, nihilominus reputabis Dei virtutem esse ipsum Filium.

A σιωδῶς ἐνυπάρχων. Θεὸς γάρ ἐστιν κατὰ φύσιν ὁ σαρκὶ παθὼν δι' ἡμᾶς (1). Οὐκοῦν εἰ σκανδαλίζονται διὰ τὸν σταυρὸν, θαυμαζέτωσαν διὰ τὴν ἀνάστασιν*. Κἂν εἰ λέγοιτο ζῆν ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, οὐδὲν ἧττον νοήσεις τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν αὐτὸν τὸν Υἱόν.

Ex anathematismis Juliani Halicarnassensis et Severi Antiocheni responsionibus in codice Vat. Syriaco CXLI, f. 108 b.

SANCTUS CYRILLUS LIBRO (2) SEPTIMO IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS.

Veluti cum quis æneam statuam inaurare contendit, haud idcirco æs corrumpit, sed ei potius splendentis auri honorem adjungit; ita corpus nostrum cum incorruptibilitatis, immortalitatis, atque impassibilitatis vestem induet, a natura propria non discedet.

Hactenus pertingebant in præstantissimo codice Vaticano sancti Cyrilli explanationis in Paulum eclogæ. His subteximus Græca tria Cyrilli ad alias Pauli Epistolas fragmenta, primum quidem ex Œcumenii catena, p. 750; secundum ex Vaticanis codicibus; tertium ex codice Veneto seu catena in Pauli Epistolas.

AD GALATAS.

IV, 3. *Ita et nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes.*

Cyrilli. Elementa mundi pars sunt universi; infirma autem et imperfecta vocat ea, non quod vilia sint (quid enim cœlo et terra magnificentius? quid sole, luna et astris honore dignius?); sed quod anima, vita et intellectiva facultate carent.

IV, 19. *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.*

Cyrilli. Filioli mei, quos iterum parturio, donec magni et supra humanam naturam characteres deitatis Christi vestra in mente imprimantur.

ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ.

B *Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι.*

Κυρίλλου. Στοιχεῖα κόσμου τὰ μόρια τοῦ παντὸς κόσμου· ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ αὐτὰ καλεῖ οὐ διὰ τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν· τί γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς μεγαλοπρεπέστερον; τί δὲ ἡλίου καὶ σελήνης τιμαλφέστερον καὶ ἄστρων; ἀλλὰ διὰ τὸ ἐστερῆσθαι νοῦ καὶ ζωῆς καὶ αἰσθήσεως.

Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

(Cod. Vat. 692. f. 87.) *Κυρίλλου.* Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις ἂν οἱ μεγάλοι καὶ ὑπερφυεῖς τῆς θεότητος Χριστοῦ χαρακτῆρες εἰς τὸν ὑμέτερον διαπλασθῶσι νοῦν.

C

AD COLOSSENSES.

IV, 6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.*

Cyrilli. Sed puto, nunquam hujusmodi sermonem in vobis compertum iri, nisi prius sententia vestra recte se habuerit. Namque ex abundantia cordis os loquitur. Sale itaque mens piorum condiatur, et peccatum ceu quiddam superfluum abjiciatur. Ne mollescat, ita ut ad absurdas divertat voluptates.

ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ.

Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος.

(Cod. Ven. 546. f. 155 b.) *Κυρίλλου.* Ἀλλ' οἶμαι μὴ πρότερον δύνασθαι τοιοῦτον ὁρᾶσθαι τὸν λόγον, πρὶν ἂν ὑμῖν τὰ κατὰ γνώμην ἔχοι καλῶς. Ἀπὸ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. Ἀλιζέσθω τοίνυν τῶν εὐσεβούντων ὁ νοῦς· ἀποῤῥείτω καθάπερ τι περίττωμα τὴν ἁμαρτίαν· μὴ μαλακιζέσθω, πρὸς ἀτόπους ῥεμβόμενος ἡδονάς (3).

[80] Joan. II, 19. [81] II Cor. XII, 9.

(1) Hic abundat apud Severum Cyrillus sic : *Ideoque plebi Judæorum significans se neque carnis debilitatem respuere, neque virtutis suæ excelsitatem velare, « Solvite, inquit, templum hoc, et ego tribus diebus idem instaurabo. » Et si quidem vere ait divus Paulus Deum sibi dicentem audisse, « Virtus in infirmitate perficitur, » quidni oportuit Emmanuelem antea in carne infirmari, ut postea divinitus roboraretur? Qui ergo cruce scandalizantur,*etc. Idem Severus in eodem inedito opere et codice p. 83 b recitat D ex libro tertio Cyrilli in secundam ad Corinthios Epistolam, tractum illum, quem nos exhibuimus p. 96 (*coll.* 937 et 940) a verbis φαμὲν οὖν usque ad ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.

(2) Vel sermone aut sectione. Sic Cyrilli in Oseam commentarius in septem æque tomos seu sectiones divisus conspicitur.

(3) Desideratur hoc frag[illegible] Œcumenio p. 114.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

S. P. N. CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EXPLANATIO IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS.

(*Bibliotheca nova Patrum*, III, 107, ex codice Parisiensi et alio Mediolanensi. Vide Mai Præfationem hujus edit. t. I, col. 106.)

Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης.

Ἐλέγομεν ὅτι τοῖς μὲν ἀρχαιοτέροις ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως τεθέσπικε καὶ τῶν προφητῶν· ἡμεῖς δὲ γεγόναμεν κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνὴν διδακτοὶ Θεοῦ. Διδάσκαλον γὰρ ἐσχήκαμεν αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, τὸν ποιητὴν τῶν αἰώνων, τὸ τῆς πατρικῆς δόξης ἀπαύγασμα, τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως. Ταῦτα περιοδικῶς θεωρήσαντες προσθήσομεν τὰ ἐχόμενα, ἃ τάδε ἐστί.

Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων.

Τὸ μὲν γὰρ ἄγγελος ὄνομα λειτουργίας ἐστὶ σημαντικὸν, οἰκετικόν τε ἡμῖν ὑπεμφαίνει μέτρον. Τὸ δέ γε Υἱός, τὴν ἐκ Πατρὸς ὕπαρξιν οὐσιώδη καὶ φυσικὴν δηλοῖ. Διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ συγκριτικῶς εἴρηκε μείζων ἢ τιμιώτερος, ἵνα μὴ ὡς περὶ ὁμογενῶν τούτου κἀκείνων τις λογίσηται· ἀλλὰ, κρείττων, εἴρηκεν, ἵνα τὸ διαλλάττον τῆς φύσεως τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὰ γενητὰ γνωρίσῃ. Καὶ τούτων ἔχομεν τὴν ἀπόδειξιν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, τοῦ μὲν Δαβὶδ ψάλλοντος· « Ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας· » τοῦ δὲ Σολομῶντος ἀναφωνοῦντος· « Κρείσσων σοφία λίθων πολυτελῶν. » Πῶς γὰρ οὐχ ἑτεροούσια καὶ ἄλλα τὴν φύσιν, ἡ σοφία, καὶ οἱ ἀπὸ γῆς λίθοι; Ποία δὲ συγγένεια ταῖς ἐν οὐρανοῖς αὐλαῖς, καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς οἴκοις; Οὕτως ἄρα οὐδεμία συγγένεια τοῦ Υἱοῦ πρὸς τοὺς ἀγγέλους ἐστί. Μηδεμιᾶς δὲ οὔσης τῆς συγγενείας, οὐκ ἄρα συγκριτικῶς ἐλέχθη τὸ « κρείττων, » ἀλλὰ διακριτικῶς διὰ τὸ διαλλάττον τῆς τούτου φύσεως ἀπ' ἐκείνων. Καὶ αὐτὸς οὖν ὁ Ἀπόστολος τὸ « κρείττων » ἑρμηνεύων, οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ, ἢ ἐν τῇ διαφορᾷ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὰ γενητὰ τίθησι λέγων, ὅτι ὁ μὲν,

A I, 3. *Qui cum sit splendor gloriæ.*

Jam diximus Deum antiquis hominibus oracula edidisse per Moysen atque prophetas. Nos autem sumus, juxta prophetæ dictum [82], a Deo docti. Quippe qui magistrum habuimus ipsum Dei Verbum propter nos humanatum, sæculorum auctorem, paternæ gloriæ splendorem, et substantiæ figuram. Postquam hæc longis verborum ambitibus diximus (1), nunc proxima subjungemus, quæ sunt hujusmodi.

I, 4. *Tanto melior angelis factus.*

Angeli quidem nomen ministerii significativum est, et servilem nobis conditionem denotat. Filius autem, substantialem ac naturalem de Patre exsi- B stentiam demonstrat. Quamobrem ne comparative quidem dixit major aut honorabilior; ne, tanquam de homogeneis, Filio et angelis, quisquam cogitaret; sed, melior, dixit, ut naturæ differentiam, Filii et creaturarum, designaret. Atque hujus rei demonstrationem habemus a divinis Scripturis, Davide quidem canente: « Melior est dies una in atriis tuis super millia [83]; » item Salomone exclamante: « Melior est sapientia lapidibus pretiosis [84]. » Nonne enim heterogeneæ sunt diversæque naturæ sapientia et pretiosi lapides? Item quænam affinitas est cœlestium aularum cum terrenis domibus? Sic videlicet nulla affinitas Filii cum angelis. Jam cum nulla sit affinitas, sequitur ut, melior, haud comparative dictum sit, sed C discretive, propter differentem hujus naturam ab illis. Et ipse igitur Apostolus vocabulum, melior, explanans, haud alia in re differentiam collocat

[82] Isa. LIV, 13. [83] Psal. LXXXIII, 11. [84] Prov. VIII, 19.

(1) Scilicet in præcedentibus amissis. Sunt enim hæc tantum commentarii fragmenta.

Filii et creatorum angelorum, nisi quod hic quidem est Filius, illi servi: et quod hic, utpote Filius, ad dexteram Patris sedet, illi autem, ceu servi, astant et mittuntur atque ministrant.

Quæ cum ita scripta sint, nequaquam ex his denotatur factus Filius, o Ariani, sed diversus potius a rebus factis, Patris proprius, et in hujus sinu residens. Nam et quod hic scribitur « factus, » non factum significat Filium, uti vos existimatis. Nam si simpliciter dixisset, factus, et mox siluisset, ansam hinc haberetis, Ariani. Sed quoniam antea Filium dixit, tota periodo demonstrans eum a rebus factis diversum; ne vocabulum quidem, factus, absolute posuit; sed vocabulum, melior, copulavit cum, factus. Indifferentem enim judicavit dictionem; probe sciens, eum qui de genuino indubitanter Filio dicit, factus, quod perinde est ac genitus, meliorem eum esse affirmare. Nam factum nihil differt, sive quis dicat factum aut effectum. Sed factæ cum sint res creatæ, dici non possunt genitæ: nisi forte si participent cum genito Filio, dicuntur et ipsæ genitæ, non propter propriam naturam, sed propter participationem cum Filio in Patre. Atque hoc item divina novit Scriptura, de rebus quidem factis dicens: « Omnia per ipsum facta sunt [85]; » item: « Omnia in sapientia fecit [86]. » De genitis autem filiis: « Et facti sunt Jobo (1) filii septem et filiæ tres [87], » item: « Abrahamus autem cum centum esset annorum, factus est ei Isaacus filius ejus [88]. » Si ergo a factis quidem rebus diversus est Filius, Patris autem genitura ipse solus, vanus est Arianorum ex vocabulo, factus, prætextus. Quod si in his impudenter agentes vim facient, dicendo hæc comparativo modo vocabula efferri, ideoque hæc quæ comparantur esse homogenea, ita ut Filius de natura angelorum sit, hanc præcipuam infamiam contrahent quod Valentini et Carpocratis eloquantur dogmata; quorum alter angelos homogeneos Christo dixit; alter autem angelos mundi creatores affirmavit. Namque ab his fortasse Ariani edocti, Verbum Dei comparant angelis. Sed enim qui hæc imaginantur, ab Hymnico confundentur dicente: « Quis assimilabitur Domino ex filiis Dei? et quis similis tibi inter deos, Domine [89]? » Audient simul, si quidem discere volent, comparationem inter omnino homogenea fieri solere, non autem inter heterogenea.

Nemo itaque Deum cum homine comparat; neque rursus hominem cum brutis, neque ligna cum lapidibus, propter naturæ dissimilitudinem. Sed Deus quidem incomparabilis res est, homo autem cum homine comparatur, lignum cum ligno, et cum lapide lapis. Nec quisquam usurpabit in his

A Υἱός· τὰ δὲ, δοῦλα· καὶ ὁ μὲν, ὡς Υἱὸς, μετὰ τοῦ Πατρὸς ἐν δεξιᾷ κάθηται· τὰ δὲ, ὡς δοῦλα παρέστηκε καὶ ἀποστέλλεται καὶ λειτουργεῖ.

Τούτων δὲ οὕτως γεγραμμένων, οὐ γενητὸς ἐκ τούτων ὁ Υἱὸς σημαίνεται, ὦ Ἀρειανοὶ, ἀλλὰ μᾶλλον ἄλλος μὲν τῶν γενητῶν, ἴδιος δὲ τοῦ Πατρὸς, ἐν τοῖς κόλποις ὢν αὐτοῦ. Καὶ γὰρ καὶ τὸ γεγραμμένον ἐνταῦθα « γενόμενος » οὐ γενητὸν σημαίνει τὸν Υἱὸν, ὥσπερ ὑμεῖς νομίζετε. Εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς εἰρήκει, γενόμενος, καὶ ἐσιώπησεν, ἦν πρόφασις τοῖς Ἀρειανοῖς. Ἐπεὶ δὲ Υἱὸν προείρηκε, δι' ὅλης τῆς περικοπῆς ἀποδείξας αὐτὸν ἄλλον εἶναι τῶν γενητῶν, οὐδὲ τὸ γενόμενος ἀπολελυμένως ἔθηκεν, ἀλλὰ τὸ κρείττων συνῆψε τῷ γενόμενος. Ἀδιάφορον γὰρ ἡγήσατο B τὴν λέξιν· εἰδὼς ὡς ἐπὶ ὁμολογουμένως γνησίου Υἱοῦ ὁ λέγων τὸ γενόμενος, ἴσον τῷ γεγενῆσθαι ὅτι ἐστι κρείττων λέγει· τὸ μὲν γὰρ γενητὸν οὐ διαφέρει, κἂν λέγῃ τις· Γέγονεν ἢ πεποίηται. Τὰ δὲ γενητὰ, δημιουργήματα ὄντα, ἀδύνατον λέγεσθαι γεννητά· εἰ μὴ ἄρα μετὰ ταῦτα μετασχόντα τοῦ γεννητοῦ Υἱοῦ, γεγεννῆσθαι καὶ αὐτὰ λέγονται· οὔ τί γε διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν μετουσίαν τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ Πατρί. Καὶ τοῦτο πάλιν οἶδεν ἡ θεία Γραφὴ, ἐπὶ μὲν τῶν γενητῶν λέγουσα· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » καὶ, « Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν. » Ἐπὶ δὲ τῶν υἱῶν τῶν γεννητῶν, « Ἐγένοντο τῷ Ἰακὼβ υἱοὶ ἑπτὰ καὶ θυγατέρες τρεῖς· » καὶ, « Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἑκατὸν ἐτῶν ὅτε ἐγένετο αὐτῷ Ἰσαὰκ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. » Οὐκοῦν εἰ C τῶν μὲν γενητῶν ἄλλος ἐστὶ, τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς οὐσίας μόνος ἴδιον γέννημα ὁ Υἱὸς, μεματαίωται τοῖς Ἀρειανοῖς ἡ περὶ τοῦ γενόμενος πρόφασις. Κἂν γὰρ ἐν τούτοις αἰσχυνθέντες βιάζονται πάλιν λέγειν, συγκριτικῶς εἰρῆσθαι τὰ ῥητὰ, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι τὰ συγκρινόμενα ὁμογενῆ, ὥστε τὸν Υἱὸν τῆς τῶν ἀγγέλων εἶναι φύσεως, αἰσχυνθήσονται μὲν προηγουμένως ὡς τὰ Οὐαλεντίνου καὶ Καρποκράτους φθεγγόμενοι· ὧν ὁ μὲν τοὺς ἀγγέλους ὁμογενεῖς εἴρηκε τῷ Χριστῷ, ὁ δὲ, ἀγγέλους τοῦ κόσμου δημιουργοὺς εἶναί φησιν· παρ' αὐτῶν γὰρ ἴσως μαθόντες καὶ οὗτοι, συγκρίνουσι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον τοῖς ἀγγέλοις· ἀλλ' ἐντραπήσονται τοιαῦτα φανταζόμενοι, παρὰ μὲν τοῦ Ὑμνῳδοῦ λέγοντος· « Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ, καὶ τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε; » D Ἀκούσονται δὲ ὅμως, ἐὰν ἄρα μάθωσιν, ὡς ἐν μὲν τοῖς ὁμογενέσιν ὁμολογουμένως φιλεῖ τὸ τῆς συγκρίσεως γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἑτερογενέσιν.

Οὐδεὶς γοῦν Θεὸν συγκρίνει πρὸς ἄνθρωπον, οὐδὲ πάλιν ἄνθρωπον πρὸς τὰ ἄλογα, οὐδὲ ξύλα πρὸς λίθους διὰ τὸ ἀνόμοιον τῆς φύσεως. Ἀλλὰ Θεὸς μὲν, ἀσύγκριτόν ἐστι πρᾶγμα, ἄνθρωπος δὲ πρὸς ἄνθρωπον συγκρίνεται, καὶ ξύλον πρὸς ξύλον, καὶ λίθος πρὸς λίθον. Καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι ἐπὶ τούτων τὸ κρείτ-

[85] Joan. I, 3. [86] Psal. CIII, 24. [87] Job I, 2. [88] Gen. XXI, 5. [89] Psal. LXXXVIII, 7; LXXXV, 5.

(1) In utroque codice Paris. et Mediol. (si recte lectum fuit) *Jacob*; sed sine dubio scribendum erat *Job*.

των, ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ πλέον. Οὕτως Ἰωσὴφ ὡραῖος μᾶλλον ἦν παρὰ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ Ῥαχὴλ τῆς Λείας. Καὶ ἀστὴρ ἀστέρος οὐ κρείττων, ἀλλὰ μᾶλλον διαφέρει ἐν δόξῃ. Ἐπὶ δὲ τῶν ἑτερογενῶν, ὅταν τις ταῦτα παραβάλῃ πρὸς ἄλληλα, τότε τὸ κρείττων πρὸς τὸ διαλλάττον λέγεται, καθάπερ ἐπὶ τῆς σοφίας καὶ τῶν λίθων εἴρηται. Εἰ μὲν οὖν εἰρηκὼς ἦν ὁ Ἀπόστολος, Τοσούτῳ μᾶλλον ὁ Υἱὸς τῶν ἀγγέλων προάγει, ἢ Τοσούτῳ μείζων ἐστὶν, ἦν ἂν ὑμῖν πρόφασις ὡς συγκρινομένου τοῦ Υἱοῦ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. Νῦν δὲ λέγων κρείττονα αὐτὸν εἶναι, καὶ τοσούτῳ διαφέρειν, ὅσῳ διέστηκεν Υἱὸς δούλων, δείκνυσιν αὐτὸν ἄλλον εἶναι τῆς τῶν ἀγγέλων φύσεως. Λέγων δὲ πάλιν αὐτὸν εἶναι τὸν θεμελιώσαντα τὰ πάντα, δείκνυσιν αὐτὸν ἄλλον εἶναι πάντων τῶν γενητῶν. Ἄλλου δὲ καὶ ἑτερουσίου αὐτοῦ ὄντος παρὰ τὴν τῶν γενητῶν φύσιν, ποία τῆς οὐσίας αὐτοῦ σύγκρισις ἢ ὁμοιότης πρὸς τὰ γενητά; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς οὐκ εἴρηκεν· « Ὁ Πατήρ μου κρείττων μού ἐστιν, » ἵνα μὴ ξένον τις τῆς ἐκείνου φύσεως αὐτὸν ὑπολάβῃ, ἀλλὰ « μείζων » εἶπεν, οὐ μεγέθει τινὶ, οὐδὲ χρόνῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν. Πλὴν ὅτι καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν « μείζων ἐστὶν » ἔδειξε πάλιν τῆς οὐσίας τὴν ἰδιότητα. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ, οὐ τὴν τοῦ Λόγου οὐσίαν προηγουμένως διακρῖναι θέλων πρὸς τὰ γενητὰ ἔλεγε· « Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων. » Ἀσύγκριτον γὰρ, μᾶλλον δὲ ἄλλο ἐστίν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Λόγου βλέπων καὶ τὴν τότε γενομένην παρ' αὐτοῦ οἰκονομίαν, ἠθέλησε δεῖξαι οὐχ ὅμοιον εἶναι τοῦτον τοῖς πρότερον, ἵνα ὅσῳ τῇ φύσει διαφέρει τῶν προαποσταλέντων παρ' αὐτοῦ, τοσούτῳ καὶ πλέον ἡ παρὰ τούτου καὶ δι' αὐτοῦ γενομένη χάρις, κρείττων τῆς δι' ἀγγέλων διακονίας γένηται. Δούλου μὲν γὰρ ἦν ἀπαιτεῖν μόνον τοὺς καρποὺς, υἱοῦ δὲ καὶ δεσπότου χαρίσασθαι τὰς ὀφειλὰς, καὶ μεταθῆναι τὸν ἀμπελῶνα.

Ἔστι μὲν οὖν ἱκανὰ ταῦτα δυσωπῆσαι τοὺς μαχομένους πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Εἰ δ' ὅτι γέγραπται *γενόμενος*, οὐ θέλουσιν ὡς περὶ Υἱοῦ λεγόμενον, ἴσον ἀκοῦσαι τῷ *ἐστιν*, ἢ διὰ τὸ γενέσθαι τὴν κρείττω διακονίαν τὸ *γενόμενος* λαβεῖν καὶ νοεῖν ὡς εἴπομεν, ἀλλὰ νομίζουσιν ἐκ ταύτης τῆς λέξεως γενητὸν εἰρῆσθαι τὸν Λόγον, ἀκουέτωσαν πάλιν. Εἰ μὲν ἐκ τῶν ἀγγέλων ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ἔστω καὶ ἐπ' αὐτοῦ ὡς ἐπ' ἐκείνων τὸ, γενόμενος· καὶ μηδὲν αὐτῶν κατὰ τὴν φύσιν διαφερέτω, ἀλλ' ἔστωσαν ἢ καὶ αὐτοὶ υἱοὶ, ἢ κἀκεῖνος ἄγγελος. Καὶ κοινῇ πάντες καθεζέσθωσαν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, ἢ μετὰ πάντων καὶ ὁ Υἱὸς παρεστηκέτω ὡς λειτουργικὸν πνεῦμα, εἰς διακονίας ἀποστελλόμενος καὶ αὐτὸς τὰς ὁμοίας ἐκείνων. Εἰ δὲ διΐστησι τὸν Υἱὸν ὁ Παῦλος ἀπὸ τῶν γενητῶν λέγων· « Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; » καὶ πάλιν· « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς Πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς Υἱόν (1).... »

vocabulum, melior, sed vel potius dicet, vel magis. Ita Josephus pulcher magis erat quam fratres ejus, et Rachel quam Lia. Tum et sidus haud melius dicitur, sed potius gloria differre. In heterogeneis autem, cum aliquis ea invicem comparat, tunc vocabulum, melior, de differentia usurpatur, sicut de sapientia et lapidibus diximus. Si ergo dixisset Apostolus: tanto potius Filius angelis antecellit, vel tanto est major, aliquis vobis prætextus fieret, quasi is Filium cum angelis compararet. Nunc autem cum dicat meliorem eum esse, tantumque differre, quantum Filius a servis differt, ostendit eum ab angelorum natura diversum. Cumque rursus dicat eum omnia fundasse, demonstrat ipsum a rebus omnibus factis diversum. Cum ergo is diversus sit et heterogeneus a factarum rerum natura, quænam fieri potest comparatio vel similitudo substantiæ ejus cum factis rebus? Propterea et ipse Filius non dixit: « Pater meus melior me est [30], » ne quis eum extraneum ab illius natura existimaret. Sed « major » dixit; non tamen ob magnitudinem aliquam aut tempus, sed propter suam ex Patre generationem. Nihilominus vel cum diceret « major est » demonstravit rursus substantiæ proprietatem. Et quidem etiam Apostolus, non quia potissimum Verbi substantiam a rebus factis discernere vellet, dixit: « Tanto melior angelis effectus. » Est enim incomparabilis potius atque diversus, sed ad Verbi incarnationem respiciens, et peractam eo tempore ab ipso œconomiam, demonstrare voluit non esse hoc simile prioribus; ut quantum natura differt a missis ante ipsum, tantumdem, imo et magis gratia ab ipso et per ipsum facta, melior angelorum ministerio appareat. Nam servi officium tantummodo est fructus exigere; filii autem et domini, debita remittere, et vitis locationem transferre.

Sufficiunt hæc pudori incutiendo iis qui veritatem oppugnant. Quod si quia scriptum est, factus, nolunt de Filio dictum, ceu idem sit ac, est; vel quia melius ministerium actum sit, vocabulum, factus, accipere et intelligere, ut diximus; sed existimant ab hac dictione factum denotari Verbum, audiant rursus. Si quidem unus angelorum Filius est, dicatur tunc tam de hoc quam de illis vocabulum, factus, nihilque invicem natura differant; sed sint vel et ipsi filii, vel et Verbum angelus. Tunc sane communiter omnes in dextra Patris sedeant, vel cum omnibus Filius quoque astet ut ministrator spiritus, in ministeria et ipse missus æque ac illi. Si vero secernit Filium Paulus a rebus factis dicens: « Cui enim dixit aliquando angelorum: « Filius meus es tu, ego hodie genui te? » Et rursum: « Ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in Filium.... »

[30] Joan. xiv, 28.

(1) Desideratur ἀπόδοσις.

I, 8. *Ad Filium autem: Thronus tuus, Deus.*

Insaniunt qui dicunt diversam esse Filii naturam, et a Dei Patris substantia alienam. Impossibile est enim, eum qui naturaliter ex Deo est, creatum esse et factum. Nam si quidquid natura comparatum est ut pariat, consubstantiale sibi gignit; et si vere Filium Pater genuit, prorsus consubstantialem quoque sibi genuit. Certe haud est absurdum quod ex homine heterogeneum animal non nascatur, et quidem ne ex bove quidem aut equo: nam quisque pro sua natura similem sibi parit: divinam vero supremam naturam ne hac quidem prærogativa præditam putabimus, qua creatura non caret? Ergo si qui generatur creatura est, utique creatus est etiam qui generat. Porro est increatus Pater, neque a quopiam est; ergo increatus est etiam Filius. Item si substantiæ Genitoris figura est Filius, Deus autem vere est is qui generat, Deus utique est etiam figura ejus. Nam Deum figurat Deus, creaturam autem creatura. Sicuti si quis velit factam fabricatamque creaturam aliquibus ostendere, haud dicere potest: Videsis mecum divinitatis naturam, namque ex illa creata hanc agnosces. Ineruditus quippe videbitur qui ita loquetur. Neque enim deitatis natura ostendet in se creatam substantiam. Ita si quis velit increatam naturam videre, haud sane hanc tanquam in imagine aspiciet in creatura. Quamobrem aiebat Philippo Dominus: « Qui me videt, videt et Patrem [91]. »

Nonne ergo insipientis temerariique est curiose naturam illam scrutari, a qua omnia ad exsistendum sunt producta, quæque omni tempore est antiquior? Namque illa ab ipsa facta sunt; ante omne vero tempus ex Deo Patre Verbum exsistit. At hi nihil non audentes juniorem ejus ætatem calumniantur, et factum affirmant; neque sentiunt se sancti Spiritus repugnare dictis: per ipsum enim facta esse sæcula aiunt qui in Spiritu loquuntur: illi vero factum esse contendunt Verbum illud quod omnem mentem excedit. Neque hoc comprehendere mente queunt, haud sane in tempore exstitisse Deum Patrem, sed semper atque ab initio fuisse: quod cum ita sit, necesse omnino est Filium cum eo coexsistentem a nobis cogitari, ut vere Pater Deus sit. Præterea nos doceant, si quidem Verbum Patris est Filius, et sapientia, et figura substantiæ ejus, quodnam tempus fuerit quo sine Verbo Pater fuerit, Filio videlicet non exsistente? Quandonam sine sua sapientia erat is qui sapientiæ fons est? quandonam virtutis expers? quandonam non erat

A *Πρὸς δὲ τὸν Υἱόν· Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός.*

Ἀνοηταίνουσι (1) δὲ καὶ οἱ λέγοντες τὸν Υἱὸν ἑτεροφυᾶ, καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας. Ἀμήχανον γὰρ τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν, κτιστὸν εἶναι (2) (καὶ) γενητόν. Εἰ γὰρ πᾶν ὃ πέφυκε τίκτειν, ὁμοούσιον ἑαυτῷ γεννᾷ, γεγέννηκε δὲ κατὰ ἀλήθειαν τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ, πάντως που καὶ ὁμοούσιον ἑαυτῷ γεγέννηκεν. Ἦ γὰρ οὐκ ἄτοπον ἐξ ἀνθρώπου μὲν οὐχ ἑτεροειδὲς τίκτεσθαι ζῶον, καὶ μὴν ἐκ βοός τε καὶ ἵππου, τίκτει γὰρ ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ὅμοιον (3) ἑαυτῷ, τὴν δέ γε θείαν καὶ ἀνωτάτω φύσιν, μηδὲ ἐν τούτοις εἶναι νομίζειν ἐν οἷς ἐστιν ἡ κτίσις; Οὐκοῦν εἰ κτίσμα τὸ γεννηθὲν, κτιστὸς ἄρα καὶ ὁ τεκών. Ἀλλ' ἔστιν ἀγένητος ὁ Πατήρ· B οὐ γὰρ γέγονε παρά τινος· ἀγένητος ἄρα καὶ ὁ Υἱός. Καὶ εἰ χαρακτήρ ἐστι τῆς ὑποστάσεως τοῦ γεγεννηκότος, Θεὸς δὲ κατὰ ἀλήθειάν ἐστιν ὁ τεκὼν, Θεὸς ἄρα καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ. Χαρακτηρίζει γὰρ Θεὸν μὲν Θεὸς, κτίσιν δὲ κτίσις. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις βούλοιτο τὴν γενητὴν καὶ πεποιημένην κτίσιν καταδεῖξαί τισιν, οὐ δύναται λέγειν· Ὅρα μοι τὴν τῆς θεότητος φύσιν, καὶ ἐκ ταύτης νοήσεις ἐκείνην. Ὀφθήσεται γὰρ ἀμαθὴς ὁ τοῦτο λέγων. Οὐ γὰρ ἡ τῆς θεότητος φύσις ἐφ' ἑαυτῇ καταδείξει τὴν γενητὴν οὐσίαν. Οὕτως εἴ τις βούλοιτο τὴν ἄκτιστον φύσιν ἰδεῖν, οὐκ ἂν ἴδοι ταύτην ὡς ἐν εἰκόνι τῇ κτίσει. Διὸ ἔλεγε τῷ Φιλίππῳ ὁ Κύριος· « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. » Φυσικὴ δὲ πάντως ἡ ὁμοιότης Υἱῷ πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ οὐσιώδης ὁ χαρακτήρ.

C

Πῶς οὖν οὐκ ἀσύνετον καὶ θρασὺ τὸ περιεργάζεσθαι φύσιν, δι' ἧς τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, τὴν χρόνου παντὸς πρεσβυτέραν; Γεγόνασι γὰρ δι' αὐτῆς, καὶ ἔστι πρὸ παντὸς αἰῶνος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος. Ἀλλ' οἱ πάντολμοι κατηγοροῦσιν αὐτοῦ τὸ νεώτερον, καὶ γενητὸν αὐτὸν εἶναί φασιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀντιφέρονται λόγοις· δι' αὐτοῦ μὲν γὰρ πεποιῆσθαι τοὺς αἰῶνάς φασιν οἱ λαλοῦντες ἐν Πνεύματι· οἱ δὲ γενητὸν εἶναι διισχυρίζονται τὸν ἐπέκεινα καὶ νοῦ Λόγον (4). Οὐδὲ ἐκεῖνο δέχονται κατὰ νοῦν· οὐ γὰρ ἐν χρόνῳ γέγονε Πατὴρ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἦν ἀεί τε καὶ ἐν ἀρχῇ· τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, πᾶσά πως ἀνάγκη συνυφεστάναι νοεῖν τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ἀληθῶς ὑπάρχῃ Πατὴρ ὁ Θεός. D Ἐπεὶ διδασκέτωσαν, εἰ Λόγος ἐστὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ σοφία καὶ δύναμις καὶ χαρακτὴρ, καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ποῖος ἦν ἄρα χρόνος καθ' ὃν ἦν ἄλογος ὁ Πατὴρ, οὐχ ὑπάρχοντος τοῦ Υἱοῦ; Πότε δὲ ἦν δίχα τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἢ τῆς σοφίας πηγή; πότε δὲ δυνάμεως δίχα; πότε δὲ οὐκ ἦν ἐν Θεῷ τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ; ἢ πῶς οὐκ

[91] Joan. XIV, 9.

(1) Hoc fragmentum dicitur sumptum ex homilia Cyrilli.

(2) Gravis hic et adhuc quater repetitus infra error in editis, nempe αὐτοῦ pro εἶναι, semelque pro αὐτῷ, ut rectissime habet codex Mediolanensis.

(3) Rursus gravis error in editis αἴτιον pro ὅμοιον.

(4) Mendose in editis καινοῦ λόγου. Reliquas suppeditatas nobis a codice Mediolanensi rectissimas emendationes quisquis comparare volet, cognoscet.

ἂν εἴη σὺν αὐτῷ τε καὶ ἐν αὐτῷ διηνεκῶς ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ; Εἰ μὲν οὖν ἐν χρόνῳ ταῦτα γέγονεν, οὐκ ἦν ἄρα Πατὴρ πρὶν γένηται, ἄλογος ἦν καὶ ἄσοφος, καὶ ἰσχὺν οὐκ ἔχων, χαρακτῆρός τε δίχα καὶ ἀπαυγάσματος. Ἀλλ' οἶμαι τοῦτο εἶναι δυσσεβὲς ἐννοεῖν, καὶ τῆς ἀνωτάτω δυσσεβείας ἀπόδειξιν ἔχει. Ἀεὶ δὲ ἦν ὁ Πατήρ· ἦν οὖν ἄρα καὶ ὁ Υἱὸς, συνυφεστηκὼς ἀεὶ τῷ ἰδίῳ γεννήτορι.

Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

(1) Κατὰ πολλοὺς δὲ τρόπους ἡ ῥάβδος νοεῖται· ποτὲ μὲν γὰρ σημαίνει τὴν βασιλείαν, ὡς ἐνταῦθα· ποτὲ τὴν ἰσχὺν, ὡς ἐν τῷ· « Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι· » λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς ἐπιστήμην τὴν ποιμαντικὴν κατὰ τὸ πρὸς τὸν Υἱὸν εἰρημένον· « Ποίμαινε τὸν λαόν σου ἐν ῥάβδῳ. » Βασιλεὺς μέντοι χρηματίζει Χριστὸς, ὅτι καὶ ἐνανθρωπήσας ἔμεινεν ἐν ταῖς ἰδίαις ὑπεροχαῖς. Βασιλεύει γὰρ ἐν δικαιοσύνῃ· διὸ ὡς ἐκ παραδείγματος τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων σκηπτροφορεῖν εἰωθότων τὸ τοῦ λόγου σχῆμα πεποίηται. Σύμβολον γὰρ βασιλείας ἡ ῥάβδος (2).

Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός.

Ὁρᾷς (3) ὅτι Θεὸς χρίεται παρὰ Θεοῦ; ὅτε γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, τότε καὶ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνως χρίεται πρὸς ἀποστολήν. Χρίεται γὰρ ἡ ἀνθρωπότης τῷ Θείῳ Πνεύματι, οὐκ ἐνεργεῖται δὲ καθάπερ ἐπὶ τῶν ψιλῶν ἀνθρώπων, οἷον προφητῶν (καὶ) πατριαρχῶν. Χρίσις δέ ἐστιν οἷον ὅλη τοῦ χρίοντος παρουσία (4). Χρίεται δὲ ὁ Υἱὸς ὅτε εἰς τὴν οἰκουμένην εἰσήχθη, τουτέστιν ὅτε ἐσαρκώθη. Τότε γὰρ ἐκοινώνησε τῇ κτίσει (5), ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ κτιστὸν, καὶ χρίσας τὴν ἀνθρωπότητα τῇ θεότητι, ὥστε ποιῆσαι τὰ ἀμφότερα ἕν.

Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους.

Πῶς ἠλάττωται παρὰ τοὺς ἀγγέλους ὁ παρ' αὐτῶν προσκυνούμενος, ἢ ὅτι καθίκετο ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, καὶ τὸ ἀποθνήσκειν πεφυκὸς σῶμα λαβὼν ἐν αὐτῷ πέπονθεν ἑκὼν (6), καὶ ταῖς ἀνωτάτω δόξαις στεφανοῦται διὰ τὸ πάθος, ὡς δι' αὐτοῦ καταργήσας τὸν θάνατον, καὶ ἄπρακτον ἀποφήνας τὴν φθορὰν, ἅτε ἀφθαρσία ὢν καὶ ζωή; Τὰ δὲ τῆς ὑπεροχῆς τοῖς ἀγγέλοις, ὅτι καὶ ἔξω σαρκὸς καὶ τοῦ τεθνάναι κρείττους εἰσί· γεγονότος ἐν τούτοις τοῦ Υἱοῦ διὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν. Ἀλλ' ὁ βραχὺ παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον, ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ὢν προσκυνεῖται παρ' αὐτῶν, καὶ ἐνίδρυται θώκοις οὓς περιεστᾶσιν ἐκεῖνοι δοξολογοῦντες ἀεὶ, καὶ τῶν δυνάμεων αὐτὸν ὀνομάζοντες

A in Deo splendor gloriæ ejus? vel quandonam non erat cum ipso et in ipso perpetua figura ipsius? Nam si in tempore hæc exstiterunt, non erat sane ille Pater prius quam talis esset: sine Verbo erat et sine sapientia, nec vires habebat, carebatque figura sua atque splendore. Atqui ita opinari impium arbitror, imo extremæ impietatis id esse indicium. Ergo semper erat Pater; semper itaque et Filius, cum proprio Genitore semper exsistens.

Virga æquitatis, virga regni tui.

Multimodis virga intelligitur: modo enim denotat regnum, ut hic; modo vires, ut illud: « Virgam virtutis emittet tibi [91]; » sumitur etiam pro arte pastorali, juxta illud Filio dictum: « Rege

B populum tuum virga [92]. » Rex profecto Christus est, quia quanquam humanatus, in sua sublimitate permansit. Jam quia cum justitia regnat, ideo capto exemplo a terrenis regibus sceptrum gestare solitis, sermonem figurat. Est enim regni indicium virga.

Propterea unxit te Deus.

Vides Deum a Deo ungi: quando enim hominem se fecit, manens nihilominus id quod erat, tunc etiam more nostro humanitus unctus fuit ad apostolatum. Ungitur ejus humanitas divino Spiritu, neque tanquam in simpliciter hominibus, velut prophetis et patriarchis, operatur. Unctio autem

C est, tota ungentis præsentia. Ungitur vero Filius, cum in mundum est introductus, id est quando est incarnatus. Tunc enim communicavit creaturæ, nempe rem creatam sibi copulans, ungensque humanitatem deitate, ita ut fecerit ex ambobus unum.

II, 7. *Minuisti eum paulo minus ab angelis.*

Quomodo minuitur infra angelos qui ab his adoratur, nisi quia dimisit se ad modulum humanitatis, et, mortali corpore assumpto, in eo sponte passus est; moxque supernæ gloriæ ornamentis coronatus ob suam passionem fuit, qua mortem exstinxit, corruptelæ vim retudit, quatenus ipse immortalitas [93] est ac vita [94]? Angeli vero eatenus sunt superiores, quatenus extra carnem sunt, et

D morti superiores: quæ duo Filius expertus est propter spontaneam exinanitionem [95]. Sed qui paululum infra angelos propter humanitatis modulum minutus fuit, in deitatis sublimitate ab his adoratur, sedetque in throno, quem illi circumstant cum æterno hymno virtutum Dominum ipsum ap-

[91] Psal. CIX, 2. [92] Mich. VII, 14. [93] I Tim. VI, 16. [94] Joan. XIV, 6. [95] Philipp. II, 7.

(1) Fragmentum hoc dicitur sumptum ex Cyrillo in Psalmos. Porro codex Parisiacus, vel certe ejus editio, habet Ψαλμοῖς, sed codex Ambrosianus Ψαλμῶν. Et sic alibi.

(2) Habes hæc partim in editione nostra commentariorum Cyrilli ad Psalmos (ps. II, 14).

(3) Hoc quoque fragmentum sumi dicitur ex Cyrilli homilia.

(4) Citat hic nominatim Cyrillum in catena sua Œcumenius p. 307.

(5) Cod. Mediol. φύσει, sed hoc loco placet lectio codicis Paris. κτίσει.

(6) Confer Cyrillum *De fide ad Theod.* t. V, part. II, p. 24.

pellantes. « Et tu initio, Domine, terram fundasti [96]. » Sic etiam hoc loco quidam testatur. [Qui nomen celat, neque diserte ait cujusnam testimonium sit, sed id tanquam notum pervulgatumque citat, demonstrat se putare lectores admodum esse peritos Scripturarum.] Verba autem : « Quid est homo » et reliqua, etiamsi de communi humanitate dicuntur, attamen principalius Christo secundum carnem convenient. Namque illa, « Omnia subjecisti sub pedibus ejus, [97] » ipsum potius spectant quam nos. Filius enim Dei nos qui nihil eramus visitavit, naturamque nostram assumens sibique copulans, omnibus sublimiorem se fecit.

A Κύριον· « Καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας. » Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, φησὶ, διεμαρτύρατό τις. [Τοῦτο δὲ αὐτὸ οἶμαι τὸ κρύπτειν, καὶ μὴ τιθέναι τὸν εἰρηκότα τὴν μαρτυρίαν, ἀλλ' ὡς περιφερομένην καὶ κατάδηλον οὖσαν εἰσάγειν, δεικνύντος ἐστὶ σφόδρα ἐμπείρους εἶναι τῶν Γραφῶν (1).] Τὸ δὲ « Τί ἐστιν ἄνθρωπος » καὶ τὰ ἑξῆς, εἰ καὶ εἰς τὴν κοινὴν ἀνθρωπότητα εἴρηται, ἀλλ' ὅμως κυριώτερον ἁρμόσειεν ἂν τῷ Χριστῷ κατὰ σάρκα. Τὸ γὰρ, « Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, » ἐκείνου μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἡμῶν. Ὁ γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἡμᾶς ὄντας ἐπεσκέψατο, καὶ τὸ ἐξ ἡμῶν ἀναλαβὼν καὶ ἑνώσας ἑαυτῷ, πάντων ἀνώτερος γέγονεν.

Honore coronasti eum.

Coronavit autem nos gloria et honore, quatenus cum ipse sit naturaliter Deus, propter nos se imminuit, ut nos supra nostram naturam divites fieremus in ipso. « Secum enim nos resuscitavit, fecitque in cœlestibus consedere cum Christo [98]. » Etenim eo consedente, ad universam hominis naturam gaudium dimanat. Quippe nos hoc modo ex ipsius paupertate divites evasimus, a quibus ipse vicissim gloria et honore coronatur, quanquam gloriæ sit Dominus atque Deus. Nam qui dehonestati ex Adami transgressione fuimus, propter Christum pro nobis obedientem factum, gloriam sumus consecuti.

Τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν.

B Ἐστεφάνωσε (2) δὲ ἡμᾶς δόξῃ καὶ τιμῇ, δι' ὧν ὑπάρχων Θεὸς κατὰ φύσιν ἠλάττωται δι' ἡμᾶς, ὡς ἂν ἡμεῖς ὑπὲρ φύσιν πλουτήσωμεν ἐν αὐτῷ. « Συνήγειρε γὰρ ἡμᾶς καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. Συνεδρεύοντος γὰρ αὐτοῦ, ἐφ' ὅλην τὴν ἀνθρώπου φύσιν δραμεῖται τὸ καύχημα. Οὕτω γὰρ τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πεπλουτήκαμεν, δι' οὓς καὶ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωται, καίτοι τῆς δόξης Κύριος ὢν ὡς Θεός. Ἄτιμοι γὰρ ἐν τῇ τοῦ Ἀδὰμ παραβάσει γεγενημένοι, ἐν τῇ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπακοῇ τοῦ Χριστοῦ δεδοξάσμεθα.

Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου.

Ὄνομα δὲ ἐνταῦθα τὴν δόξαν λέγει, κατὰ τὸ, « Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, *κ. τ. λ.* (3).

II, 14. *Quia pueri communicaverunt carni et sanguini.*

Sed enim is qui similiter participavit nobiscum sanguini et carni, credetur fortasse alienam a nostra naturam habere. Neque enim quispiam diceret congruere homini humanitatem participare. Nam quod naturaliter quis habet, quomodo putabitur assumere, ceu si alienum ab eo esset ? Quid ergo est, « similiter participavit eisdem, » nisi illud plane, quod homo uti nos factus est cum sanguine et carne, corpore de sancta Virgine sumpto, haud exanimi, ut quibusdam hæreticis visum est, sed anima rationali animato ? Atque ita processit homo ex muliere, haud desinens esse Deus, sed in carnis etiam assumptione idem qui erat permanens. Quia vero hæc alta doctrina est, erecta mente attende, quomodo nos communicaverimus sanguini et carni. Heterogenea quidem est anima sanguini et carni, sed tamen in unum hominem ex utraque re fuimus compacti, pulchro

C *Ἐπειδὴ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος.*

Νοοῖτο (4) δ' ἂν πρὸς ἡμῶν ὁ παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς, ὡς ἕτερος ὢν παρ' ἡμᾶς κατὰ φύσιν. Οὐ γάρ τοι φαίη τις ἂν ἀνθρώπῳ πρέπειν (5) τὸ ἀνθρωπότητος μετασχεῖν. Ὃ γάρ ἐστι κατὰ φύσιν, πῶς ἄν τις νοοῖτο λαβὼν ὡς ἕτερον ὄν τι παρ' ὅπερ ἐστί ; Τί δέ ἐστι, « παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, » ἢ ἐκεῖνό που πάντως, ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς ἐν αἵματι καὶ σαρκὶ, σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, οὐκ ἄψυχον, καθάπερ ἔδοξέ τισι τῶν αἱρετικῶν, ἐψυχωμένον δὲ ψυχῇ λογικῇ ; Καὶ οὕτω προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, οὐκ ὀλιγωρήσας τοῦ εἶναι Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν ἀεί. Ἐπειδὴ δὲ βαθὺς ὁ λόγος, D πρόσεχε διεγηγερμένῳ νοῒ πῶς ἡμεῖς κεκοινωνήκαμεν αἵματος καὶ σαρκός. Ἑτεροφυὴς μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλ' εἰς ἄνθρωπον ἕνα δι' ἀμφοῖν συντεθείμεθα, ταῖς τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς εὐτεχνίαις, εἰς ἄφραστόν τινα συνδεδραμηκότων

[96] Psal. CI, 26. [97] Psal. VIII, 8. [98] Ephes. II, 6.

(1) Hæc nos uncis clausimus, quia inserta a Niceta catenæ auctore putavimus.

(2) Rursus fragmentum hoc ex commentario Cyrilli in Psalmos excerpi dicitur.

(3) Tractus hic citatus, dicitur sumptus ex Cyrilli commentario in Psalmos. Reapse totus hic codicis utriusque, Mediolanensis et Parisiensis, locus usque ad δηλοῖ τὸ ὄνομα exstat ad litteram in Cyrilli prædicto commentario a nobis edito, psal. XXI, 23. Quapropter hic prætermisimus, et lectores nostros illuc amandamus.

(4) Sequens fragmentum dicitur ex Cyrilli homilia in codice Mediolanensi.

(5) Grave hic mendum in editis βλέπειν pro πρέπειν, ut rectissime habet codex Mediolanensis.

ἑνότητα τῶν ἀλλήλοις ἐναντίων κατὰ τὴν φύσιν. Βούλει, καθά φησιν Ἡσαΐας, μετρήσωμεν τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Βούλει τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἴδωμεν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς; Οὐκοῦν παραθέντες εἰς παράδειγμα βραχὺ τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, ἀναπηδήσωμεν εἰς ἐννοίας τὰς ἐπὶ Χριστῷ. Ἕνωσιν ἀληθῆ γενέσθαι φαμὲν προσλαβόντος τοῦ Λόγου τὸ ἀνθρώπινον. Ἴδιον δὲ ὡσανεὶ λέγοιτο τυχὸν καὶ ἡμῶν ἑκάστου τὸ αὐτοῦ· καὶ τοῦτο οἶμαι δηλοῦν τὸ γενέσθαι σάρκα αὐτὸν, οὐ κατὰ τροπὴν ἢ μετάστασιν· ἄτρεπτος γὰρ ἡ θεία φύσις· ἀλλ' ὅτι τῇ θείᾳ Γραφῇ σύνηθές πως ἀεὶ καὶ ὅλον ἔσθ' ὅτε τὸν ἄνθρωπον, τὸν ἐκ ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, καὶ ὡς ἀπὸ μόνης καταδηλοῦν τῆς σαρκὸς, οἷόν ἐστι τὸ, « Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. » Ἕνα τοίνυν ὁμολογοῦμεν Υἱὸν B [Mediol. Θεόν.], γεννηθέντα μὲν θεϊκῶς ἐκ Πατρὸς, καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστι Λόγος, ἀποτεχθέντα δὲ τὸν αὐτὸν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα. Νοηθήσεται γὰρ οὕτω κεκοινωνηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν, ἵνα διὰ τοῦ οἰκείου θανάτου καταργήσῃ τὸν διάβολον, οὗ φθόνῳ θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. Ῥίζα γὰρ ὥσπερ ζωῆς ὁ Χριστοῦ γέγονε θάνατος, καὶ φθορᾶς ἀναίρεσις, καὶ ἁμαρτίας ἀποτροπὴ καὶ πέρας ὀργῆς. Γεγόναμεν ἐπάρατοι, καὶ ὑπὸ θανάτου δίκην ἐν Ἀδὰμ, ἀλλὰ κεχρημάτικεν ὁ Λόγος, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, υἱὸς Ἀδὰμ, καὶ λέλυται δι' αὐτοῦ τῆς τοῦ πρώτου παραβάσεως τὰ ἐγκλήματα. Ὤφθη γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν Χριστῷ ὑγιῶς ἔχουσα· τὸ ἀπλημμελὲς τοῦτο σέσωκε τοὺς ἐπὶ γῆς. C

Κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι.

Ὡμοιώθη κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, κατά γε τὸ ἀνασχέσθαι λαβεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφήν. Κεχρημάτικε γὰρ οὕτω καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ γέγονεν ἀδελφὸς τοῖς ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, ἤγουν τοῖς ἐν αἵματι καὶ σαρκί.

Ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεύς.

Αὐτὸς γέγονεν ἀρχιερεὺς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Καίτοι παρὰ πάντων τὰς θυσίας δεχόμενος θεϊκῶς, αὐτὸς τὸ θῦμα κατὰ τὴν σάρκα· αὐτὸς ὁ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἱλασκόμενος, κατά γε τὴν τῆς θεότητος ἐξουσίαν. Εἷς οὖν ἄρα Κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

D

Οὐχ αὐτῇ (1) μέντοι τῇ τοῦ Λόγου φύσει, τὸ ἀρχιερέα κεκλῆσθαι καὶ τὰ τοιάδε τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ καὶ μέτροις τοῖς καθ' ἡμᾶς. Καὶ φέρε πρῶτον ἐκεῖνο ζητήσωμεν, τίς ἦν ὁ δυνάμενος μὲν καὶ ἐξουσίαν ἔχων [Mediol. ἀνέχων] ἐπιλαβέσθαι ἀγγέλων, εἰ τοῦτο χρήσιμον ἦν, οὐκ ἐπιλαβόμενος δὲ μᾶλλον ἐκείνων, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραάμ; Εἰ μὲν οὖν οἴονταί τινες περὶ ἀνθρώπου ταῦτα λέγεσθαι κοινοῦ, πῶς ἐνεδέχετο τὸν οὔπω γεγεννημένον μηδὲ ὑπάρχοντα, φύσεως ἐπιλαβέσθαι

A creatoris nostri artificio, concurrentibus in ineffabilem quamdam unionem rebus natura contrariis. Vin', sicut ait Isaias [99], metiamur manu aquam, et cœlum palmo, et universam terram pugillo? Vin' ut ea quæ supra nos sunt, ex rebus nostris cognoscamus? Agesis igitur brevi exemplo proponentes constantem ex anima et corpore hominem, mentem postea transferamus ad Christum. Veram factam esse unionem dicimus, Verbo humanitatem assumente. Porro quod Verbum fecit, etiam nostrum uniuscujusque proprium quodammodo dici potest. Atque hoc significari illis verbis puto, quod Verbum sit factum caro [1]; non per conversionem aut immutationem; est enim inconvertibilis divina natura: sed ea ratione qua solet divina Scriptura totum quandoque hominem per solam carnem denotare, veluti est illud: « Effundam de Spiritu meo super omnem carnem [2]. » Unum itaque confitemur Filium, genitum quidem divinitus ex Patre, quatenus intelligitur et est Verbum, sed partu etiam editum ex muliere secundum carnem. Sic enim reputabitur sanguini et carni similiter atque nos communicasse, ut morte sua diabolum debellaret, cujus invidia mors in mundum introivit [3]. Nam Christi mors radix veluti vitæ fuit, corruptelæ destructio, peccati exterminium, iræ finis. Maledicto et morti per Adamum addicti fuimus; soluta est per Christum primi peccatoris culpa. Apparuit enim hominis natura in Christo sana; atque hæc impeccantia terræ incolas omnes salvavit.

II, 17. *Per omnia fratribus similari.*

Assimilatus est per omnia fratribus, quatenus servi formam sumere passus est. Sic enim factus est Filius hominis, factus item frater illorum qui de semine Abrahæ sunt, id est ex sanguine et carne.

Ut misericors fieret et fidelis pontifex.

Ipse factus est pontifex secundum humanitatem. Et quanquam ipse, quatenus Deus, sacrificia ab omnibus recipit, attamen idem secundum carnem victima est; ipse, inquam, qui peccatis nostris ignoscit, secundum deitatis potestatem. Unus est igitur Dominus Jesus Christus [4].

Haud ob ipsam quidem Verbi naturam, pontificem vocatum (dicimus) atque alia hujusmodi nomina indita, sed propter œconomiam in carne, et naturæ nostræ mensuram. Age vero, illud primum videamus quinam is esset qui, cum posset angelos apprehendere, si hoc expedire judicasset, non tamen eos apprehendit, sed Abrahæ semen. Igitur si forte nonnulli existimant hæc de homine communi dici, quomodo fieri poterat ut is qui nondum genitus erat nec exsistebat, sanctorum ange-

[99] Isa. XL, 12. [1] Joan. I, 14. [2] Joel II, 28. [3] Sap. II, 24. [4] I Cor. VIII, 6.

(1) Ex Cyrilli homilia sumi dicitur hoc fragmentum in utroque codice.

lorum naturam apprehenderet, siquidem hoc efficere vellet, et quia id non fecerit, semen potius Abrahæ apprehenderet? Alioqui et illud necessario puto animadvertendum, stulte omnino dici hominem humanitatem apprehendere. Sequitur igitur ut qui est extra hominis naturam Deus, semen Abrahæ apprehenderit. Sic autem corpus sumens animatum ac mente præditum de sancta Maria deipara, assimilatus est per omnia fratribus, id est nobis. Tunc factus est erga nos misericors pontifex, et prætera fidelis. Quomodo autem sit factus, dicendum superest. Non erat ergo misericors ante etiam quam naturam nostram assumeret? non erat bonus tanquam ex Patre bono? sed postquam factus est homo, tunc evasit misericors? Profecit ergo Dei Patris Verbum, seque ipso melius evasit, quo tempore semen Abrahæ apprehendit. Igitur quod antea non fuerat, factum est, et utilitatem potius ex humanitate nactum est. Quomodo ergo immutabili natura erat, si quod non fuerat, factum est? Quomodo quod erat mansit? Quomodo exinanitum fuit, seque ad humilem conditionem demisit, siquidem præstantius quam antea erat evasit? Verumenimvero quod hæc ita se habeant, multum abest. Fuit enim misericors, semperque est, ob eamque causam semen Abrahæ apprehendit, ut erga nos misericors pontifex fieret. Quanam porro ratione, jam dicam. Homo in lege justificari non poterat: mandatum editum transgredi non licebat, quin illico capitalem pœnam homo lueret. Testis Paulus qui scribit: «Irritam quis faciens legem Moysis, sine miseratione in duobus vel tribus testibus moritur [a]. » Ut igitur nos legis ultioni, maledicto, ac severitati subtraheret, factus est noster pontifex, non ut pœnas peccatorum reposceret, non ut reos judicio exhiberet eos qui humana infirmitate peccaverant, sed ut fide potius justificaret, et criminibus absolveret, sanctos efficeret, suæque naturæ participes, atque ita per se Deo Patri conjungeret. Factus est itaque pontifex erga nos misericors Christus, haud jam diutius legis rigori nos obnoxios esse sinens, sed antiquis potius reatibus infirmos expediens. Fidelis autem, quatenus constans est et permanens, et promissorum fidem observans, et sempiternum habens sacerdotium. Misericors ergo et fidelis, id est perpetuus factus sacerdos est, cum Abrahæ semen apprehendit, qui Deus Verbum erat, et in Patris forma ac paritate. Cur ergo isti veritatem calumniantur? Cur negant eum esse Filium, prout reapse est, propter exhibitam erga nos charitatem?

II, 18. *In quo passus est ipse et tentatus*, etc.

Verba « tentatus, potest auxiliari, » humilia admodum sunt, sed tamen ab unionis modulo non exorbitant. Præter quam quod dicta sunt etiam

A τῆς τῶν ἁγίων ἀγγέλων, εἴπερ ἤθελε τοῦτο δρᾷν, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν οὐ πεποιηκότα, ἐπιλαβόμενον δὲ μᾶλλον σπέρματος Ἀβραάμ; Ἄλλως τε, κἀκεῖνο γὰρ οἶμαι κατιδεῖν ἀναγκαῖον, τὸ λέγειν ἄνθρωπον ἀνθρωπότητος ἐπιλαβέσθαι, ἀσύνετον παντελῶς. Οὐκοῦν ὁ ἔξω τῆς ἀνθρώπου φύσεως ὢν ὡς Θεὸς, ἐπιλαμβάνεται σπέρματος Ἀβραάμ. Σῶμα γὰρ οὕτω [Mediol. οὗτος] λαβὼν ἔμψυχόν τε καὶ ἔννουν ἐκ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας, ὡμοιώθη τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ πάντα, τουτέστιν ἡμῖν. Τότε γέγονεν ἐφ' ἡμᾶς ἀρχιερεὺς ἐλεήμων, καὶ πρός γε τούτῳ πιστός. Πῶς οὖν γέγονεν, ἀκόλουθον ἰδεῖν. Οὐ γὰρ ἦν ἐλεήμων καὶ πρὶν γένηται καθ' ἡμᾶς; οὐκ ἦν ἀγαθὸς ὡς ἐξ ἀγαθοῦ Πατρός; ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ἐλεήμων; Προέκοψεν οὖν ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, καὶ
B κρείττων ἑαυτοῦ γέγονεν, ὅτε σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο. Οὐκοῦν ὅπερ οὐκ ἦν ἐγένετο, καὶ ὠφέληται μᾶλλον γενόμενος ἄνθρωπος. Πῶς οὖν ἄτρεπτος ἔτι κατὰ φύσιν, εἰ γέγονεν ὅπερ οὐκ ἦν; Πῶς μεμένηκεν ὁ αὐτός; Ποῦ δὲ κεκένωκε καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ταπείνωσιν, εἰ γέγονεν ἑαυτοῦ καλλίων; Οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει, μὴ γένοιτο. Ἦν γὰρ ἐλεήμων καὶ ἔστιν ἀεί· καὶ ἐπειδὴ τοῦτό ἐστιν, ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραὰμ, ἵν' εἰς ἡμᾶς ἱερεὺς ἐλεήμων γένηται. Καὶ τίνα τρόπον, ἐρῶ. Οὐκ ἦν ἐν νόμῳ δικαιωθῆναι τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἦν παραβῆναι τὴν δοθεῖσαν ἐντολὴν, καὶ μὴ δίκας ὑποσχεῖν παραχρῆμα καὶ μέχρι θανάτου. Πιστώσεται δὲ γράφων ὁ Παῦλος· « Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶν μάρτυσιν ἀποθνήσκει. » Ἵνα τοίνυν ἀπαλλάξῃ
C ἡμᾶς τῆς ἐν νόμῳ δίκης καὶ ἀρᾶς καὶ ἀποτομίας, κεχρημάτικεν ἡμῶν ἱερεὺς, οὐ δίκας αἰτῶν τῶν ἡμαρτημένων, οὐκ ἐνόχους τῇ κρίσει καθιστὰς τοὺς ἐξ ἀσθενείας ἀνθρωπίνης πεπλημμεληκότας· δικαιῶν δὲ μᾶλλον τῇ πίστει, καὶ ἐγκλημάτων ἀνιεὶς, καὶ ἁγίους ἀποφαίνων, καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως κοινωνοὺς, οὕτω τε συνάπτων δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἐλεήμων γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς ἡμᾶς γέγονεν ὁ Χριστὸς, οὐκέτι ταῖς νομικαῖς ἀποτομίαις κρατεῖν ἐπιτρέπων, ἀνιεὶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τοὺς ἠσθενηκότας. Πιστὸς δὲ, ὅτι μόνιμος καὶ διηνεκὴς, καὶ ἀξιόχρεως εἰς πίστιν τῶν ἐπηγγελμένων, καὶ ἀπαράβατον ἔχων τὴν ἱερωσύνην. Ἐλεήμων τοίνυν καὶ πιστὸς, τουτέστιν ἀεὶ μένων, γέγονεν ἱερεὺς,
D ὅτε σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ Πατρός. Τί τοίνυν συκοφαντοῦσι τὴν ἀλήθειαν; Τί παραιτοῦνται τὸν Υἱὸν τοῦ εἶναι ὅ ἐστι, διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην (1);

Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς.

Τὸ δὲ, « πειρασθεὶς, δύναται βοηθεῖν, » ταπεινὸν σφόδρα, πλὴν οὐκ ἔξω τῶν τῆς ἑνώσεως μέτρων. Ἔπειτα καὶ διὰ τὸ νηπιῶδες τῶν ἀκουόντων εἴρηται

[a] Hebr. x, 28.

(1) In præcedentibus periodis perturbatio fit in ed. Par

εἰς ψυχαγωγίαν ἐκείνων. Ἐπειδὴ γάρ, φησί, πέπονθεν αὐτὸς εἰς τὸ οἰκεῖον σῶμα πειρασθεὶς, προθυμότερον βοηθήσει τοῖς πειραζομένοις (1).

Ἄθρει δὲ ὅπως οὐχ εἰς κατάκρισιν τῶν ἡμαρτηκότων γέγονεν ἱερεὺς, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι δὲ μᾶλλον τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ὁ δέ γε τοῦ πειρασμοῦ καὶ τῆς θυσίας, ὁποῖος ἂν εἴη τρόπος; Διεκαρτέρησε, φησὶ, πειραζόμενος, καὶ ὑπέμεινε σταυρόν. Πλὴν ἑαυτὸν ὁ Υἱὸς ὡς ἄμωμον ἱερεῖον προσεκόμισε τῷ Πατρὶ, ἵνα διὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς βοηθήσῃ τοῖς κάμνουσι καὶ πειραζομένοις. Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

Τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

Una oblatione, id est quam proprio corpore obtulit, perfecit intellectualiter nos per fidem et sanctificationem Christus, cum legalis cultus nihil perficeret. Propterea desiverunt figuræ, cessavitque veteris Testamenti cum umbris suis inutilitas: necessarioque secutus est melioris spei adventus, qua Deo appropinquamus, mediatore Christo, pontificali vice fungente, propter assumptam nostri similitudinem. Obtulit enim seipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo Patri [24]. Specta autem quod ait, sacrificia illa jam non offerri. Id videlicet ex traditione non scripta sumpsit. Tum etiam propheticum effatum protulit: « Sacrificium et oblationem noluisti. » Dixit, dimisisse Deum peccata, idque rursus ex non scripto testimonio firmat dicens: « Contestatur autem nobis etiam Spiritus sanctus. » Quid contestatur? Nimirum dimissa peccata fuisse, quia perfecte Christus nos liberavit una oblatione, quominus secunda egeamus.

A Ἰσραήλ; » Ἄρ' οὖν γέγονεν ἁμαρτοεπής; Μὴ γένοιτο. Ἐναργὲς δὲ, ὅτι οὐκ ἐν τοῖς αἰνίγμασι μᾶλλον, ἀλλ' ἐν τοῖς δι' αὐτῶν σημαινομένοις τὸ ἀληθὲς ἐκφαίνεται. Χριστὸς γάρ ἐστι τὸ ἄμωμον θῦμα, οὗ τεθνεῶτος ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα, γεγόναμεν ἡμεῖς ἀποπομπαῖοι, τουτέστιν, ἀπεφοιτήσαμεν θανάτου καὶ φθορᾶς· ἐκλελυτρώμεθα γὰρ τῷ αὐτοῦ αἵματι, καὶ ἁπάσης ἀκαθαρσίας ἀπηλλάγμεθα. Βεβαιότερον οὖν ποιεῖ τὸν λόγον ἀπὸ τῆς εὐτελείας τῶν προσαγομένων καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ νοσήματος. Τὸ μὲν γὰρ νόσημα, ἰσχυροτέρου ἐδεῖτο τοῦ βοηθήματος· τὸ δὲ αἷμα ψιλὸν, οὐδὲν μέγα. Τίνα γὰρ ἀνδροφόνον ἢ πατραλοίαν ἀφῆκεν ἀνεύθυνον τῶν ἀλόγων τὸ αἷμα; Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ μακάριος ἐβόα Δαβὶδ ὅτι, « Εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαύτωμα οὐκ εὐδοκήσεις. »

B

Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει· Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.

Νενομοθέτηκε μὲν τὴν ἐν σκιαῖς καὶ τύποις τοῖς παιδαγωγουμένοις κατάλληλον μάθησιν, οὐ μὴν ἵνα τοῖς οὕτω παχέσιν ἐμφιλοχωρῶσιν ἀεί. Ὥσπερ γὰρ οἱ χαλκουργοὶ τὰ τῶν ἐσομένων σχήματα, κηρὸν διατήξαντες, χρησίμως προαναφαίνουσιν, οὐχ ἵνα μέχρι τούτου προήκοι τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης, ἀλλ' ἵν' ἐν αὐτῷ τῶν ὅσον οὐδέπω ποιηθησομένων προαναλάμπῃ τὸ κάλλος· ἀφιγμένων γε μὴν εἰς πέρας αὐτοῖς τῶν ἐσπουδασμένων, οὐκ ἔτι ἂν ἐν δίκῃ τὸν τεχνίτην αἰτιασώμεθα περιορῶντα τὸν τύπον· οὕτως ἀναλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ἀλήθεια, καὶ
C τῆς δι' αὐτοῦ λατρείας εἰσκεκομισμένης, καθοριοῦμεν εἰκότως τὸ ἀδρανὲς τῶν τύπων· εἰκόνες γὰρ ἦσαν τῶν νοητῶν.— Ἀναβαίνει δὲ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, ὅπερ αὐτὸς εἰληφέναι ἔλεγε παρὰ τοῦ Πατρός· « Σῶμα γὰρ, φησὶ, κατηρτίσω μοι. »

Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

Μιᾷ προσφορᾷ, δῆλον δὲ ὅτι τῇ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, τετελείωκε νοητῶς διὰ πίστεως καὶ ἁγιασμοῦ ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, τῆς νομικῆς λατρείας τελειούσης οὐδέν. Διὰ τοῦτο κατέληξαν μὲν οἱ τύποι, καὶ πέπαυται τῆς ἀρχαίας Διαθήκης τὸ ἀνόνητον ἐν σκιαῖς· γέγονε δὲ ἀναγκαίως ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπί-
D δος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τάξει γεγονότος ἀρχιερατικῇ, διά τοι τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. Προσκεκόμικε γὰρ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ὅρα δέ· εἶπεν ὅτι ἐκεῖναι αἱ θυσίαι οὐ προσφέρονται. Συνελογίσατο τοῦτο ἀπὸ τῶν ἀγράφων. Παρέστησε δὲ καὶ ῥητὸν προφητικὸν λέγον ὅτι, « Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας. » Εἶπεν ὅτι ἀφῆκε τὰς ἁμαρτίας, καὶ πάλιν καὶ τοῦτο ἀπὸ ἐγγράφου μαρτυρίας πιστοῦται εἰπών· « Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Τί μαρτυρεῖ; Ὅτι ἀφέθησαν αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν, ὅτι τελείως ἡμᾶς ἀπήλλαξεν ὁ Χριστὸς διὰ τῆς μιᾶς προσφορᾶς, ὥστε μὴ δεηθῆναι δευτέρας.

[23] Psal. L, 18. [24] Ephes. v, 2.

Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει. A

Μοιχοὺς γὰρ δὴ, καὶ φονευτὰς, γόητάς τε καὶ ἐπῳδοὺς, καὶ μέντοι τοὺς ἀποστάτας, τὴν εἰς αἷμα πράττεσθαι δίκην χωρὶς οἰκτιρμῶν προστέταχε.

Καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας.

Ὥσπερ γὰρ στρατιώτην τὸν ῥιψάσπιδα καὶ φυγοπόλεμον οὐ δευτέροις τιμᾶσθαι σημάντροις, ἀλλ' ἤδη κολάζεσθαι χρὴ, καὶ τῆς ἀνανδρίας ἀποτιννύναι λόγον, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, τὴν οὕτω σεπτήν τε καὶ ἀξιάγαστον περιυβρίζοντας χάριν, οὐ δευτέρου τιμᾶσθαι Πνεύματος δόσει, τῆς πρώτης ἀθετουμένης, ἀλλ' ἤδη ποιναῖς ὑποκεῖσθαι πρέπει. Οὐ γὰρ ἡ αὐτῶν ἀπιστία τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει, οὐδ' ἐπείπερ καταπεφρονήκασί τινες ἀνόπιν ἰόντες, τῆς θείας χάριτος τὸ ἀβέβαιον καταγράψομεν· ποιναῖς δὲ B μᾶλλον ὁ τῶν ὅλων ὑποθήσει κριτὴς τοὺς εἰς τοῦτο δυσσεβείας κατολισθεῖν οὐ παραιτουμένους, ὡς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατῆσαι, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ὑβρίσαι, ἐν ᾧ ἡγιάσθησαν, καὶ τῆς θείας φύσεως γεγόνασι κοινωνοί.

Ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην.

Διδάσκει δὲ καὶ πῶς τῶν ἐπάθλων τυχεῖν δυνατόν· ὅτι δι' ὑπομονῆς καὶ τοῦ μὴ ἀψικόρως ἔχειν περὶ τὸ πληροῦν τὰ ἐξαίρετα τῶν κατορθωμάτων, ἀλλὰ διψῆν μὲν ἀεὶ, καὶ ἀκορέστως ἔχειν, καὶ ἀπλήστως ἐρᾷν παντὸς ἀγαθοῦ πράγματος, καὶ κατασωρεύειν ἑαυτοῖς τὴν ἐκ πράξεων εὐδοκίμησιν, ἐν τοιαύταις δὲ εἶναι προθυμίαις, ἐν αἷσπερ ἂν εἶεν καὶ οἱ τοῦ πλουτεῖν ἐρασταὶ, περὶ ὧν γέγραπται· « Ἀγαπῶν ἀργύριον, οὐ πλησθήσεται ἀργυρίου. » Εἰ δὲ οὐ χορέννυσιν ἐκείνους τὰ γήϊνα καὶ πρόσκαιρα καὶ εὐμάραντα, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ἡμᾶς θερμοτέραις κεχρῆσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, ἵνα κερδάνωμεν τὰ παρὰ Θεοῦ, ἃ καὶ εἰς ἀπεράντους αἰῶνας ἐκτείνεται, καὶ ἀκατάληκτον ἔχει τὴν εὐθυμίαν (1); C

Ἔστι δὲ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

Τό γε μὴν πίστει παραδεχθὲν ἀπολυπραγμόνητον εἶναι χρὴ, ἀλλ' οὐ θρασυτέραις ὥσπερ ἐκβασανίζειν ἐρεύναις. Πίστις γὰρ οὐκ ἔτι τὸ ζητούμενον. Τὸ γάρ τοι βασανιζόμενον πῶς ἔτι πεπίστευται; Ὅνπερ γὰρ τρόπον ἐλπὶς βλεπομένη ἀζήτητον, πίστις οὐκ ἂν εἴη κατὰ τὸν ἴσον ἐλπίδι λόγον· τὸ γὰρ πίστει D τετιμημένον, βασάνου πάντως ἐλεύθερον (2).

Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.

Μέγα δὴ οὖν καὶ ἐξαίρετον ἀγαθὸν ἡ πίστις· πλουτεῖ γὰρ ἁμαρτιῶν ἀπόθεσιν, ῥύπου παντὸς ἀπο-

X, 28. *Irritam quis faciens legem Moysis, sine miseratione moritur.*

Adulteros videlicet, homicidas, magos, incantatores, itemque apostatas cruentam luere pœnam absque miseratione præcepit.

X, 29. *Qui Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.*

Sicut enim militem qui scutum abjecerit et prælio diffugerit, haud secundis ornare oportet honoris insignibus, sed magis ulcisci, et ignaviæ pœnas dare : ita pariter eos qui tam sanctam pretiosamque gratiam ignominiose tractaverint, non modo secundo Spiritu non esse donandos, post prioris gratiæ abjectionem, sed ultioni insuper subjiciendos. Non enim istorum infidelitas Dei fidem destruet ; nec quia nonnulli contemptores retro cesserunt, idcirco divinæ gratiæ inconstantiam accusabimus : pœnis potius universalis judex eos addicet qui in tantam impietatem ruere non recusarunt, ut Filium Dei conculcarent, et Spiritum gratiæ dehonestarent, in quo sanctificati fuerant et divinæ naturæ facti participes [27].

X, 35. *Quæ magnam habet remunerationem.*

Docet etiam qua ratione consequi præmia possimus, patientia videlicet et in optimo quolibet opere efficiendo constantia ; cupiendo semper, et nullam satietatem habendo bonæ rei cujusvis ; præclaram cumulando nobis ex recte agendo existimationem ; denique omnem illam expromendo alacritatem quam ii solent qui ditescere student, de quibus scriptum est [28] : « Qui diligit argentum, non implebitur argento. » Quod si illorum appetitum non sedant terrena, temporanea et fluxa bona, quidni opus est ferventiore nos cupiditate flagrare, ut quæ sunt Dei lucremur, quæque infinitis sæculis perseverant et incessabilem continent felicitatem?

XI, 1. *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*

Quod fide receptum est, id extra disquisitionem esse debet, neque audaci subjectum examini (3). Nam quod est controversum, fides non est. Res enim de qua disquiritur, quomodo jam credita fuerit? Nimirum sicuti res sperata cum cernitur, jam de ea non quæritur; ita fides eadem qua spes conditione est. Profecto id quod fidei honore dignamur, omni caret examinis necessitate.

XI, 3. *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.*

Grande eximiumque bonum fides est ; consequitur enim peccatorum dimissionem, maculæ omnis

[27] II Petr. I, 4. [28] Eccle. V, 9.

(1) Dicitur hoc fragmentum in codice Mediolanensi Cyrilli simul et Theodoreti. Re tamen vera si quis animadverterit, vix quatuor Theodoreti verba hic reperiet ; ita ut Cyrillo totum sit vindicandum.

(2) Persimile, verbis tamen satis differens, recitat Cyrilli fragmentum ex secundo ad Hermiam Nicephorus patriarcha in Apologetico majore pro ss. imaginibus, part. gr. apud nos p. 138.

(3) Confer apud nos Cyrillum comment. in Epist. ad Rom. cap. X, 6.

purgationem, Deo nos desponsat, via est ad sanctificationem et adoptionem, et omnino cujusvis boni conciliatrix. Sic inclyti evaserunt patres nostri, sic claram celebremque gloriam adepti sunt. Multi etiam necem fortiter pertulerunt, et immarcescibilem gloriæ cinxere sibi coronam. Cur autem hæc dico, præteritis priscis? Adveniat clamans admirabilis Paulus.

XI, 7. *Fide Noë responso accepto de iis quæ nondum videbantur, timens arcam fabricavit ob domus suæ salutem.*

Quoniam universa terra viam suam corruperat, sicuti scriptum est [89], et cor hominis ad prava opera jam inde a pueritia spectabat, diluvium totius orbis incolis Deus adduxit, ut hortum quodammodo silvescentem desolatumque instauraret, nobili in eo servata arbore, præclarissimo Noe, ut per hunc humanam stirpem ad melius aliud revocaret initium, atque ita hæc mundo incolumis servaretur. Ergo Noe, oraculo monenti fidem adhibens, arcam instruxit ad suæ familiæ salutem, in qua paucæ, id est octo, animæ ex aquis salvæ fuerunt. Generalis enim mortis sententia edita adversus incolas terræ fuerat, quæ peccatis repleta ad immanem iram Creatorem provocaverat. Sed tamen salvus fuit cum tota domo sua Noe, qui Deo credidit arcam parare præcipienti. Et universa quidem submersa terra, sola hæc aquis innatavit, gubernatorem servatoremque nacta universalem Deum : erantque in ea reliquiæ humani generis Noe cum mulieribus atque liberis. Qui fide gloriabatur. . . .

XI, 17. *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur.*

Equidem rem tanta admiratione dignam præterire nequeo. Senex erat beatus Abrahamus, filiorum orbitatem deflebat, hæredem sibi a Deo deposcebat ex libera : quem cum impetrasset, in eoque spem totam generis sui collocatam cerneret et divinæ promissionis exitum, mandatum ei fuit ut ipsum sacrificaret. Quid tum senex? Satis intelligo in quot animæ angustias inciderit. Natura eum ad charitatem filii cogebat, divinum jussum ad obediendum vocabat : puero adhærebat quem solum habebat, Deum offendere metuebat. Ac veluti magna arbor et procerissima, contrariis ventorum flatibus hac illac agitata, propemodum cedit ac labefactatur, sic se justi viri anima habebat. Quo igitur pacto tentationis procellam superavit? Peritissimus legis Paulus nos docebit dicens : « Fide obtulit Isaac tentatus, arbitrans quod etiam a mortuis suscitare potens est Deus. » O constantia fidei! O mentis sancto viro dignæ securitas! Concessit Deum omnia prospere efficere posse.

A κάθαρσιν· ἔστι δὲ καὶ μνηστείας πρόξενος τῆς παρὰ Θεοῦ, καὶ ὁδὸς εἰς ἁγιασμὸν καὶ υἱοθεσίαν, καὶ ἁπαξαπλῶς παντὸς ἀγαθοῦ προμνήστρια. Οὕτως εὐδόκιμοι γεγόνασιν οἱ πατέρες, οὕτως λαμπρὰν καὶ ἀοίδιμον ἐσχήκασι δόξαν. Κατηνδρίσαντο δὲ καὶ αὐτοῦ θανάτου πολλοὶ, καὶ τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης ἀνεδήσαντο στέφανον. Καὶ τί ταῦτα λέγω, τὰ ἀρχαῖα παραδραμών; Ἡκέτω βοῶν ὁ θαυμάσιος Παῦλος.

Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς, κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ γὰρ ἡ σύμπασα γῆ τὴν ὁδὸν αὐτῆς διέφθειρε, καθὰ γέγραπται, καὶ ἀπονένευκεν ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, κατακλυσμὸν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπηφίει Θεὸς,
B οἷόν τινα κῆπον ὑλομανήσαντα καὶ κεχερσωμένον ἀνακτώμενος, καὶ φυτὸν ἐν αὐτῷ τηρήσας εὐγενὲς, τὸν πανάριστον Νῶε, ἵν' ἐξ αὐτοῦ τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, εἰς ἑτέραν ὥσπερ ἀρχὴν μεταστοιχειούμενον, σώζηται πάλιν ἐπὶ τῆς γῆς. Πίστει οὖν χρηματισθεὶς Νῶε, κατεσκεύαζε τὴν κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέστιν ὀκτὼ ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος. Μία μὲν γὰρ ἐξενήνεκται θανάτου ψῆφος κατὰ πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, πεπληθυμένης δηλονότι τῆς ἁμαρτίας καὶ εἰς ἀβούλητον ὀργὴν καλεσάσης τὸν Δημιουργόν. Ἀλλ' ἐσώζετο πανοικὶ δίκαιος ὢν ὁ Νῶε, πεπίστευκε γὰρ τῷ Θεῷ προστάττοντι κατασκευάσαι τὴν κιβωτόν. Καὶ βεβάπτιστο μὲν σύμπασα γῆ, ἡ δὲ τοῖς ὕδασιν ἐπενήχετο, κυβερνήτην λαβοῦσα τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα
C Θεόν· καὶ ἦν ἐν αὐτῇ λείψανον ἀνθρωπότητος ὁμοῦ γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Ὁ πίστιν ἔχων τὸ καύχημα (1) . . . .

Πίστει προσήνεγκεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, πειραζόμενος.

Ἀλλ' οὐ δύναμαι τοῦ μεγάλου τούτου ἀποστῆναι θαύματος. Πρεσβύτης ἦν ὁ μακάριος Ἀβραὰμ, ἐθρήνει τὴν ἀπαιδίαν, ἐζήτει παρὰ Θεοῦ κληρονόμον ἐξ ἐλευθέρας· εἶτα λαβὼν, καὶ ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν ἔχων τὴν τοῦ γένους ἐλπίδα καὶ τὸ τῆς θείας ὑποσχέσεως τέλος, προσετάττετο θύειν αὐτόν. Τί οὖν ὁ πρεσβύτης; Ἐννοῶ μὲν ἐν ὅσαις γέγονε δυσθυμίαις. Ἡ φύσις αὐτὸν ἐβιάζετο πρὸς φιλοστοργίαν, τὸ θεῖον ἐκάλει πρόσταγμα πρὸς ὑπακοήν· προσέκειτο τῷ παιδὶ
D μόνον ἔχων αὐτὸν, ἐδεδίει προσκρούσαι Θεῷ. Καὶ καθάπερ τι δένδρον μέγα τε καὶ εὐμηκέστατον ταῖς τῶν ἀνέμων ἀντιπνοίαις τῇδε κἀκεῖσε διαῤῥιπτούμενον μονονουχὶ μεθύει καὶ σείεται, οὕτω γέγονεν ἡ τοῦ δικαίου ψυχή. Πῶς οὖν ἄρα τὸν τοῦ πειρασμοῦ χειμῶνα νενίκηκεν; Ὁ νομομαθέστατος Παῦλος διδάξει λέγων· « Πίστει προσήνεγκε τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δύναται ὁ Θεός. » Ὢ πίστεως ἑδραιότης! ὢ λογισμῶν ἁγιοπρεπῶν ἀσφάλεια! δέδωκε τῷ Θεῷ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Εἰς ποῖον αὐτῷ

[89] Gen. VI, 12.

(1) Abhinc in codice lacuna fit duorum circiter foliorum quæ perierunt.

τέλος ἐκδεδράμηκεν ἡ πίστις; Τὸ Γράμμα διδάξει τὸ ἱερόν· « Ἐπίστευσε γάρ, φησὶν, Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. »

A Quid hinc porro? Quem exitum fides illius nacta est? En sacra demonstrat Littera: « Credidit enim, inquit, Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. »

Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος.

Εἰ τοίνυν ἐκεῖνοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος (παραχωρεῖ γὰρ τὸ προὔχειν, τῇ τῶν κατορθωμάτων ὑπερβολῇ νικώμενος· κόσμον δὲ ἐνταῦθα τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ νοεῖσθαι πρέπει), εἰ οὖν ἐκεῖνοι διὰ μεγάλων θλίψεων πυρωθέντες τὸ δοκίμιον ἐπεδείξαντο, οὔπω δὲ ἀπέλαβον, μὴ ἡμεῖς ἐνταῦθα ζητῶμεν τὴν ἀνταπόδοσιν, μηδὲ οὕτως ὦμεν πένητες ὡς τῶν μικρῶν ἐφίεσθαι.

XI, 38. *Quibus dignus non erat mundus.*

Si ergo illi, quibus dignus non erat mundus (omittit enim ulterius pergere, recte factorum magnitudine eximia attonitus; mundum autem hic intelligere mundanos decet), si ergo illi magnis tribulationibus tanquam igne explorati probitatem suam demonstrarunt, nondum tamen receperunt (1), caveamus nos quominus præsenti tempore remunerationem exposcamus, neque ita miseri simus ut tam exigua exoptemus.

Ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας.

Μᾶλλον δὲ ὧδε νοεῖν οἰκειότερον, ὅτι καίτοι ἐνὸν αὐτῷ τοῖς τῆς ἰδίας φύσεως ἀξιώμασιν ἐντρυφᾷν, καὶ ταῖς κατὰ πάντων ἀσυγκρίτως ὑπεροχαῖς θεοπρεπῶς ἐναβρύνεσθαι (τοῦτο γὰρ εἶναί φαμεν τὴν προκειμένην αὐτῷ χαρὰν), κεκένωκεν ἑαυτὸν καθεὶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἵν' ὑπὲρ παντὸς τὸν κατὰ σάρκα θάνατον ἀνατλὰς, εἶτα πατήσας αὐτὸν διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, βάσιμον καὶ ἡμῖν ἀποφήνῃ τὸ παλινδρομεῖν δύνασθαι πρὸς ζωήν. Καὶ γέγονε μὲν αὐτῷ πρὸς ἐντροπῆς τε καὶ ἀδοξίας τὸ παθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἀνέστησε τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καινοτομήσας τὸν θάνατον, καὶ πλεονεκτήσας τὴν φθορὰν, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ εἰ πέφηνε μετὰ σαρκὸς, τὸ ἐν ἐκείνοις αἶσχος καὶ τὸ ἐκτροπῆς ἀκαλλὲς κατηφάνισται τοῖς δευτέροις, καὶ δεδόξασται διὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Υἱὸς, καίτοι πρὸ αὐτῆς τὸν ἀτιμότατόν τε καὶ ἀκλεᾶ μὴ παρωσάμενος θάνατον διὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν.

B XII, 2. *Qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta.*

Imo hoc loco magis proprium sit intelligere Christum, cum ei liceret naturæ suæ dignitate frui, et incomparabili supra omnes sublimitate prout Deum decet gloriari (hoc enim esse dicimus quod hic appellatur propositum ipsi gaudium), exinanivit semetipsum ad conditionem nostram descendens [30], ut pro mundo necem in carne perferens, et mox hac conculcata per suam a mortuis resurrectionem possibilem nobis demonstraret ad vitam reditum. Et fuit illi quidem pudendum et inglorium pati; sed postquam templum suum excitavit de insolito mortis genere, et corruptelam devicit, utpote Deus de Deo, quanquam in C carne apparuerat, passionis ignominia et excessus e vita turpitudo, posteriore successu deletæ fuerunt, et clarificatus est ob resurrectionem Filius, quanquam antea deformissimam et ingloriam non recusaverat necem, propter voluntariam exinanitionem.

Ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν.

Δανιὴλ γοῦν θεοπτίας ἡμῖν ἀναγράφων καὶ ὁράσεις προφητικὰς, καθίζει μὲν ἐπὶ θρόνου τὸν Παλαιὸν ἡμερῶν· περιΐστησι δὲ αὐτῷ χιλίας μὲν χιλιάδας τῶν τεταγμένων εἰς λειτουργίαν, μυρίας δὲ μυριάδας τῶν παραστατῶν. Ἡσαΐας δὲ οὐκ ἐν μείονι δόξῃ τεθεᾶσθαί φησι τὸν Υἱόν· « Εἶδον γὰρ, ἔφη, τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. » Καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, καὶ ἐκεκράγεσαν τὸν ἐν τριττῷ μὲν ἐν ἀρχῇ, καταλήγοντα δὲ εἰς ἑνάδα καὶ εἰς κυριότητα μίαν, ἁγιασμόν. Ἆρά σοι δοκεῖ τὸ ἰσοπαγὲς ἐν δόξῃ ἰδίᾳ κεκτῆσθαι λοιπὸν ὁ Υἱός; Ὅπου γὰρ θρόνος ὁ ἀνωτάτω, καὶ ἰσοδύναμος ἡ ὑπεροχὴ, καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ δυνάμεων ἡ ὡς ἐν κύκλῳ στάσις, τὸ τῆς δουλείας τῶν γεννητῶν ἐμφανίζουσα μέτρον, καὶ τὴν τῆς κυριότητος δόξαν προσμαρτυροῦσα τῷ καθημένῳ, ποῖον ἂν ἔχοι τόπον ἐνδοιασμοῦ,

In dextera sedis Dei sedet.

Daniel itaque, divinas nobis revelationes visionesque propheticas describens [31], Antiquum dierum in throno collocat, eique circumponit ministrorum millia millium, et stipatorum myriadas myriadum. Isaias pariter haud minore in gloria vidisse se Filium dicit [32]: « Vidi, inquit, Dominum Sabaoth in throno excelso et elevato sedentem, plenaque erat D domus gloria ejus. » Et Seraphim circumsistebant, qui hymnum canebant a Trinitate ordientem, in unitate unaque dominatione desinentem, trisagium, inquam. Nonne ergo tibi jam videtur Filii in propria majestate pondus? Ubi enim thronus est supremus, et par sublimitas, et cœlestium potestatum tanquam in circuitu assistentia, quæ servilem creaturarum conditionem ostendit, dominiique gloriam sedenti attestatur, quinam superest dubitandi locus, quin naturali Patris potestate Filius quoque

[30] Philipp. II, 7. [31] Dan. VII, 9. [32] Isa. VI, 1, 2.

(1) Plenam scilicet mercedem, corpore cum anima beatificato. Hanc fuisse germinam Cyrilli sententiam demonstravimus nos in ejus comment. ad Luc. XVI, 19, p. 356.

exornetur? Attamen etsi majestate par est, eodemque in throno Dominus assidet ceu Filius Patri et Deus Deo, nihilominus tanquam nunc primo ad tam sublimem et supermundialem gloriam videtur ascendere per carnem suam carnisque œconomiam, dum audit: « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [33]. » Quod enim sibi substravit insidens divina natura, hoc prorsus Servatoris nostri pedibus supponit, non jam humanitus agentis, nec quia factus est caro, ideo rebellantibus sibi dominari valentis; sed quia humanitatis humilitatem ad supernæ supremæque naturæ dignitatem extulit; seque in divinitatis throno constituens, ipsa cum carne unigenitum Dei Verbum dominatur omnibus una cum Patre. Cuncta enim per utrumque æqualiter operatur Pater, habens cum Filio, itemque cum Spiritu in omni re agenda unam operationem ac voluntatem.

XII, 18-21. *Non enim accessistis*, etc., *exterritus sum*, etc.

Hujus nunc meminit Paulus historiæ, ac temporis quo sub ignis specie in Sinam descendit Deus, et vox tubæ grande resonabat. Erat autem inaccessa spectantibus visio, et intolerabilis tubarum clangor. Idcirco aiebant: « Utinam ignem hunc magnum non videamus denuo, neque vocem Domini Dei nostri audiamus [34]! »

XII, 26. *Nunc vero adhuc repromittit dicens: Adhuc semel ego moveo non solum terram, sed et cœlum.*

Noverant quidem cœli mysterium, noverat similiter universa terra. Duæ quippe factæ sunt splendidæ ex omni ævo humanorum morum mutationes, quæ Testamenta duo appellantur, terræque motus, propter actæ rei celebritatem: prior quidem ab idolis ad legem, altera a lege ad Evangelium. Tertia nunc nuntiatur nobis commotio, nempe ex hac vita ad aliam transitio, quæ jam non commovebitur neque nutabit.

XII, 28. *Itaque, regnum immobile suscipientes, habemus gratiam.*

Hic ego libenter sciscitarer ab eis qui desiturum aliquando Christi regnum existimant, de quonam regno nunc loqui Apostolum dicendum sit, quod et firmum futurum ait, et sempiterna præditum stabilitate. Hoc enim significari puto verbo « immobile. » Utrum Filii regnum his verbis denotet, an illud quod sanctis attribuendum est? Si quidem invictum casui esse aiunt regnum et culmen Filii, pudeat utique ineptiarum suarum adversarios. Sin, omisso Filio, haud ambiguum hoc fore sanctorum regnum dicent: primo quidem ipsi meliore esse videbuntur conditione quam Christus, et superio-

A μὴ τῇ τοῦ Πατρὸς κυριότητι φυσικῇ καταγλαΐζεσθαι τὸν Υἱόν; Πλὴν καίτοι ἰσοκλεὴς καὶ ὁμόθρονος ὢν ὁ Κύριος, ὡς Υἱὸς Πατρὶ καὶ Θεὸς Θεῷ, μονονουχὶ καὶ εἰς ἀρχὰς τῆς οὕτω περιφανοῦς καὶ ὑπερκοσμίου δόξης ἀναβιβάζεσθαι δοκεῖ διὰ τὴν σάρκα καὶ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν, ἀκούων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Ὃ γὰρ ἂν ὑποστορέσειεν ἑαυτῇ κατευνάζουσα ἡ θεία φύσις, τοῦτο δὴ πάντως τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑποφέρεται ποσὶν, οὐκ ἀνθρωπίνως ἐνηργηκότος, οὐδὲ ἐπεί τοι γέγονε σὰρξ, διὰ τοῦτο κρατεῖν τῶν ἠπειθηκότων ἰσχύοντος· ἀλλ᾽ ὅτι τῆς ἀνθρωπότητος τὸ σμικροπρεπὲς εἰς τὸ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ἀναθεὶς ἀξίωμα, καὶ τοῖς τῆς θεότητος B θώκοις ἐνιδρύσας ἑαυτὸν, καὶ μετὰ σαρκὸς, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος κατακυριεύει τῶν ὅλων οὐ δίχα Πατρός. Πάντα γὰρ δι᾽ ἀμφοῖν ἐν ἴσῳ, ἐνεργοῦντος μὲν τοῦ Πατρὸς, ἔχοντος δὲ δι᾽ Υἱοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἐν Πνεύματι τὴν ἐφ᾽ ὁτῳοῦν τῶν δρωμένων ἐνέργειάν τε καὶ θέλησιν.

Οὐ γὰρ προσεληλύθατε, κ. τ. λ., *ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος.*

Ταύτης καὶ νῦν μέμνηται Παῦλος τῆς ἱστορίας, καὶ τοῦ καιροῦ καθ᾽ ὃν καθίκετο μὲν ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τὸ Σινᾶ ὁ Θεὸς, καὶ φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἤχει μέγα. Ἦν δὲ ἀπρόσβλητος τοῖς ὁρῶσιν ἡ θέα, καὶ δύσοιστος ἡ τῶν σαλπίγγων ἠχή. Διὸ ἔφασκον· « Τὸ πῦρ τὸ μέγα τοῦτο οὐκ ὀψόμεθα ἔτι, καὶ οὐκ ἀκουσόμεθα τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » C

Νῦν δὲ ἔτι ἐπήγγελται λέγων· Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

Ἔγνω μὲν γὰρ ὁ οὐρανὸς τὸ μυστήριον, ἔγνω δὲ ὁμοίως καὶ ἡ σύμπασα γῆ. Δύο γὰρ γεγόνασι μεταθέσεις βίων ἐπιφανεῖς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, καὶ Διαθῆκαι δύο καλοῦται (1), καὶ σεισμοὶ γῆς, διὰ τὸ τοῦ πράγματος περιβόητον· ἡ μὲν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν νόμον, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ τρίτον σεισμὸν εὐαγγελιζόμεθα, τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ἐκεῖσε μετάστασιν, τὰ μηκέτι κινούμενα μηδὲ σαλευόμενα.

Διὸ, βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχομεν χάριν.

Ἐνταῦθα ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς παυθῆναί ποτε D τὴν βασιλείαν Χριστοῦ νομίζοντας, τίνος βασιλείας διαμεμνῆσθαι νῦν τὸν Ἀπόστολον φήσομεν, ἣν καὶ ἐρηρεισμένην ἔσεσθαι λέγει, καὶ ἀεὶ λαχοῦσαν τὸ ἀκατάσειστον. Δηλοῖ γὰρ, οἶμαί που, τουτὶ τὸ « ἀσάλευτον. » Πότερα τὴν Υἱοῦ βασιλείαν ἐν τούτοις φησὶν, ἢ γοῦν τὴν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις δοθησομένην; Εἰ μὲν οὖν ἀμείνω τοῦ μεταπίπτειν εἶναί φασι τήν τε βασιλείαν καὶ ὑπεροχὴν τοῦ Υἱοῦ, πεφλυαρηκότας εἰκῇ κατερυθριάσειν οἶμαι τοὺς δι᾽ ἐναντίας. Εἰ δὲ δὴ μεθέντες τὸν Υἱὸν, ἀπαραποίητον ἔσεσθαι τοῖς ἁγίοις τὸ βασιλεύειν ἐροῦσι, πρῶτον μὲν ἀμείνους

[33] Psal. CIX, 1. [34] Exod. XX, 19.

(1) Vocabulum ambiguum in codice; imo et alia hic nonnulla ægre in codice leguntur.

καὶ αὐτοῦ φανήσονται τοῦ Χριστοῦ, καὶ μοῖραν ἤδη A λαχόντες τὴν ἐπέκεινα τῶν αὐτοῦ, εἰ ὁ μὲν ἀπόβλητον ποιήσεται τὴν ἀρχὴν, οἱ δὲ ἀμήρυτον λαχόντες τὴν εὐθυμίαν καὶ τὸ ἐν βεβαίῳ κεῖσθαι τῆς δόξης διακεκτήσονται. Τὸ δὲ δὴ καὶ ἄγροικον ποιεῖσθαι τὴν συκοφαντίαν, πῶς οὐκ ἀπόβλητον κομιδῇ; Τὸ μὲν γὰρ χρῆναι κρατεῖν καὶ βασιλεύειν τῶν ὅλων, προσήκοι ἂν οὐχ ἑτέρῳ μᾶλλον ἢ αὐτῷ τῷ Χριστῷ, οὐκ ἐπίκτητον ἢ δοτὸν πλουτοῦντι τὸ χρῆμα, καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ τοῖς τῆς φυσικῆς κυριότητος ἑπόμενον λόγοις. Οἱ δέ γε συμπάσχοντες καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ, καθὼς γέγραπται. Οὐκοῦν ὁ μὲν τοῦ κατάρχειν Κύριος, εἰσποίητοι δὲ ἡμεῖς καὶ τρόπῳ τῷ κατὰ μέθεξιν ἐκτετιμημένοι· συμβασιλεύσουσι γὰρ βασιλεύοντι τῷ Κυρίῳ. Εἶτα πῶς ἀσάλευτον ἕξουσι τὴν ἐπὶ τῷδε φιλοτιμίαν, καὶ διηνεκῶς βασι- B λεύσουσιν, εἰ κατασεισθήσεται καὶ καταλήξει τὸ τοῦ Χριστοῦ κράτος, οὗ μετόχους αὐτοὺς εἶναί φαμεν; Καὶ εἰ τῆς βασιλείας αὐτοῖς ὁ χορηγὸς καὶ πρύτανις ἀποπεπαύσεται τῆς ἀρχῆς, ποῦ τὰ αὐτῶν ἔτι κείσεται τοῖον ἔχοντα βάραθρον; Ποῦ γὰρ ἔτι συμμεθέξουσιν, εἰ τὸ κεκληκὸς εἰς δόξαν ἀσθενεῖ; Ἢ οὐκ ἀνάγκη συγκατολισθεῖν τοῖς ἀνέχουσι τὸν ἀνεχόμενον, καὶ τοῖς κατωτάτοις βόθροις ἐνιζῆσαι τὰ ἐπερηρεισμένα, ὑποσπασθέντος τοῦ ἐρείδοντος; Ὅτε τοίνυν ἡ τῆς εὐκλείας κρηπὶς καὶ ὁ τῆς εὐημερίας θεμέλιος κατασεισθήσεται κατ' αὐτοὺς, συνοιχήσεταί που πάντως εἰς τὸ δυσκλεές τε καὶ ἐν ὑφέσει καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἐλπίς. Τὸ οὖν, « ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν, » οὐ τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ταύτην ἀποθήσει, ἀλλ' ὅτι ὑφ' ἑτέρων ἐχομένην ἐκσπάσας προσάξει τῷ Πατρί· συγκατάρξει γε μὴν τούτῳ καὶ αὐτός.

rem ei sortem adepti; si quidem ille caducum potentatum habebit, hi autem perpetuum sortiti gaudium, stabilitatem quoque gloriæ obtinebunt. Jam si hæc inurbana calumnia est, quidni protinus abjicietur? Nam possidendi atque universaliter regnandi officium neminem magis quam ipsum Christum decet, qui non acquisitum datumve aliquid possidet, siculi nos, sed omnia naturalis sui dominii jure. Nos autem cum illo passi, cum eodem regnabimus, veluti scriptum est [35]. Igitur ipse principatus Dominus, nos vero asciti, et participantium gradu honorati: sancti enim cum regnante Domino conregnabunt. Deinde quomodo immobilem hunc honorem habebunt, perpetuoque regnabunt, si nutabit ac desinet Christi potentatus, cujus sanctos participes dicimus? Et si regni dator et præses potestate spoliabitur, ubinam res istorum consistent, quæ tali fundamento innituntur? Quomodo hi participabunt, si is qui in partem vocavit infirmatur? Nonne necessario cadet cum gestante gestatum, et in infimis foveis subsidebit quidquid illic innitebatur, fulcro subducto? Si quando itaque prosperitatis basis bonique status fundamentum commovebitur, prout isti putant, calamitosa protinus fiet atque decidua spes quoque aliorum. Dictio itaque, « cum tradiderit regnum, » non significat fore ut Christus regnum abdicet, sed quod potius ab aliis detentum, Patri vi sua vindicabit; cum quo et ipse regnabit.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον· ὁ αὐτὸς καὶ εἰς αἰῶνας.

Τῶν φωνῶν αἱ μὲν θεοπρεπεῖς (1), ὡς τὸ, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· » αἱ δὲ ἀνθρωποπρεπεῖς, ὡς τὸ, « Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν λελάληκα ὑμῖν· » [αἱ δὲ μέσαι, ὧν αὕτη. Χριστὸν γὰρ εἰπὼν (2)] χθὲς καὶ σήμερον εἶναί φησι καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἰδοὺ δὴ σαφῶς ὁ πνευματοφόρος, ὁ παρὰ αὐτοῦ Χριστοῦ τὸ περὶ αὐτοῦ μεμαθηκὼς μυστήριον, τὸ ἐν ἀτρέπτῳ καὶ ἀμεταποιήτῳ φύσει κεῖσθαι τὸν Υἱὸν ὁμολογεῖ, ὅπερ ἴδιόν ἐστι μόνου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἑτέρῳ δὲ πρόσεστι τῶν γενητῶν οὐδενί. Οὐκοῦν εἰ μόνος ἄτρεπτος ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐν ταυτότητι δὲ φύσεως καὶ ὁ Υἱὸς, ἀεὶ τοῦτο ὢν ὅπερ καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν, πῶς ἂν εἴη τῶν γεννητῶν εἷς ὁ μόνος τῷ φύσαντι κατὰ τὸν ἄφραστον τῆς οὐσίας λόγον ἁμιλλώμενος, καὶ τοῦτο ὢν κατὰ φύσιν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ, δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατήρ; Ὅτι γὰρ οὐκ ἀλλοιοῦται γεγονὼς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὁ Λόγος, ἐν τούτοις διαμεμήνυκεν ὁ πνευματοφόρος· καὶ σημαντικὸν μὲν τοῦ παρῳχηκότος χρόνου ποιεῖται τὸ « χθὲς, » τοῦ γε μὴν ἐνεστῶτος τὸ « σήμερον, » τοῦ δὲ ἐσομένου καὶ μέλλοντος τὸ « εἰς τοὺς

C XIII, 8. *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula.*

Dictiones aliæ sunt Deo congruæ, veluti: « Ego in Patre, et Pater in me [36], » aliæ hominem decent, ut: « Nunc me quæritis interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis [37]. » [Aliæ mediæ sunt, ut hæc. Nam cum Christum] heri et hodie esse ait et in sæcula, en aperte vir inspiratus, atque ab ipso Christo mysterium proprium edoctus, Filium inconvertibili atque immutabili natura præditum confitetur, quod Dei Patris tantummodo proprium est, creatoque alii inest nemini. Igitur si solus inconvertibilis est Deus Pater, ejusdem vero naturæ et Filius est, idem semper exsistens quod et Genitor ejus est, quomodo de numero creaturarum sit, qui D unus Genitorem suum ineffabili substantiæ ratione æmulatur, idemque natura est quod Pater, uno excepto quod ipse Pater non est? Nam quod homo nobis similis factum nullatenus Verbum sit mutatum, his verbis vir inspiratus significavit: nam præteritum quidem tempus denotat vocabulum « heri, » præsens vero, « hodie, » futurum denique et reliquum, dictio, « in sæcula. » Jam si nonnulli heri et hodie pro

[35] II Tim. II, 12. [36] Joan. X, 11. [37] Joan. VIII, 40.

(1) Videsis quid simile his in Cyrilli epistola ad Acacium Melitinensem Opp. t. V, part. II, p. 117.

(2) Quæ uncis inclusimus, ea valde sunt in codice evanida.

recenti sumi contendunt, quomodo, inquam, heri et hodie in sæcula erit? Age jam et nos invertamus interrogationis vim in contrarium. Quod est in sæcula Verbum, quomodo heri et hodie in se excipiet, si certe unus est Christus neque divisus, prout Paulus loquitur? An videlicet Jesus Christus heri et hodie corporaliter, idem autem in sæcula spiritaliter?

XIII, 9. ***Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci.***

Abduci dicitur ex metaphora furentium, qui hac illac circumaguntur: vel eorum qui facile agitantur, ritu arundinum quæ pro impellente vi illico inclinantur, nihil stabilitatis habentes. Cæteroqui Paulus clamat: « Stabiles estote et immobiles[38]. » Et ipse Dominus eos qui morum levitatem inconstantiamque præ se ferunt, magnopere criminatur, morboque huic repudii pœnam decernit. Sic enim de quibusdam ait: « Dilexerunt pedes suos movere, et non quieverunt, et Domino non placuerunt[39]. » Itaque quod firme et indeclinabiliter stat ad omne opus utile, tutum est ac munitum. « Bonum est enim gratia cor stabilire, non escis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. »

XIII, 11. ***Quorum enim animalium infertur sanguis***, etc.

Sunt et alii plurimi circa hæc sermones, verumtamen ob eorum multitudinem prætermittuntur. Certe mortuus in carne Christus est, ut nos sanguine suo mundaret[40].

XIII, 13. ***Exeamus igitur ad eum***, etc.

Feramus itaque ignominiam ejus, id est crucem quam propter nos passus est. Sic et ipse dixit[41]: « Qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus[41]. » Jam, « extra portam, » videtur intelligere extra mundum. Etenim nos de mundana vita abstrahit sequendi Christum voluntas.

XIII, 14. ***Non enim habemus hic manentem civitatem***, etc.

Qui ad plenitudinem ætatis Filii sunt conformati, inquilini revera in mundo sunt, neque hic stabilem civitatem habent: ambulantes enim in terris, conversantur in cœlo, nullumque mundanum negotium appetunt, sed ad futuri sæculi res vehementer tendunt. Sciunt enim sequi se, hac frugi exactaque vita, eum qui propter nos similisque nobis in mundo diversatus est Christus: qui profecto haud ea quæ mundi sunt cogitavit, sed exemplar potius supermundialis justissimæque vitæ nobis exstitit.

A αἰῶνας. » Εἰ δὲ τὸ χθὲς καὶ σήμερον ἀντὶ τοῦ προσφάτου τινὲς δεχόμενοι διατείνονται, ὁ χθὲς καὶ σήμερον πῶς ἂν εἴη καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας; Μεταστήσομεν καὶ ἡμεῖς τὴν τῆς ἐρωτήσεως δύναμιν εἰς τὸ ἔχον ἐναντίως. Ὁ γὰρ εἰς τοὺς αἰῶνας ὢν Λόγος, πῶς ἂν λάβοι τὸ χθὲς καὶ σήμερον ἐφ' ἑαυτῷ, εἴπερ ἐστὶν εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ μεμέρισται, κατὰ τὴν Παύλου φωνήν; Ἢ δηλονότι Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον σωματικῶς, ὁ αὐτὸς πνευματικῶς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας;

Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε.

Τὸ δὲ παραφέρεσθαι εἴρηται ἐκ μεταφορᾶς τῶν μαινομένων, τῶν τῇδε κἀκεῖσε περιφερομένων (1)· ἢ τῶν εὐπαραφόρως ἐν ἴσῳ δόναξιν ἐς τὸ ἀεὶ προσ-
B ωθοῦν εὐκόλως μετακλινομένων, καὶ μηδὲν βέβαιον ἐχόντων, καίτοι Παύλου μὲν διακεκραγότος· « Ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι. » Αὐτοῦ δὲ τοῦ Δεσπότου τὸ λίαν εὐπάροιστον καὶ εὐδιαπτόητον τοῦ τρόπου τὴν ἀνωτάτω τοῖς ἔχουσι τιθέντος διαβολὴν, καὶ δίκην ὁρίζοντος τῇ νόσῳ τὴν ἀποστροφήν. Ἔφη γὰρ ὧδε περί τινων· « Ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐφείσαντο, καὶ ὁ Θεὸς οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς. » Τὸ γάρ τοι βεβαίως τε καὶ ἀκλινῶς ἱδρυμένον πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τελούντων εἰς ὄνησιν, ἀσφαλές τε καὶ ἄσυλον· « καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες. »

Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα, κ. τ. λ.

C Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι πλεῖστοι λόγοι περὶ τούτων, ἀλλὰ παρείσθωσαν νῦν διὰ τὸ πλῆθος· ἀπέθανε μέντοι κατὰ τὴν σάρκα Χριστὸς, ἵνα ἡμᾶς καθαρίσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι.

Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν, κ. τ. λ.

Φέρωμεν τοίνυν τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ, τουτέστι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν σταυρόν. Οὕτω καὶ αὐτὸς ἔφη· « Ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· » Τὸ δὲ « ἔξω τῆς πύλης, » ἔξω τοῦ κόσμου νοεῖν ἔοικε. Ζωῆς γὰρ ἡμᾶς ἐξίστησι κοσμικῆς τὸ θέλειν ἕπεσθαι τῷ Χριστῷ.

Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, κ. τ. λ.

Οἱ εἰς ὡραιότητα διαπεπλασμένοι τὴν ὡς πρὸς
D Υἱὸν, πάροικοι κατὰ τὸ ἀληθὲς εἰσιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ οὐκ ἔχουσιν ὧδε μένουσαν πόλιν· περιπατοῦντες γὰρ ἐπὶ γῆς, ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται, καὶ γλίχονται μὲν οὐδαμῶς τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων, μεταποιοῦνται δὲ σφόδρα τῶν εἰς αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Ἀκολουθεῖν γὰρ ἐγνώκασι, διὰ τῆς οὕτως ἀστείας καὶ τετορνευμένης ζωῆς, τῷ δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ παρῳκηκότι Χριστῷ· πεφρόνηκε γὰρ οὐ τὰ τοῦ κόσμου, τύπος δὲ μᾶλλον ἡμῖν τῆς ὑπερκοσμίου καὶ ἐννομωτάτης πέφηνε ζωῆς.

[38] I Cor. xv, 58. [39] Jerem. xiv, 10. [40] Tit. ii 11. [41] Matth. x, 38.

(1) Ita manifeste in codice περιφ. non παραφ.

Τῆς δὲ εὐποιίας καὶ κοινωνίας, κ. τ. λ.

Σὺ δέ μοι ὅρα πάλιν, ὅπως ἐνθάδε Θεὸν ὁ Παῦλος τὸν Υἱὸν ἀποκαλεῖ. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ σύμπαν ἄγων εἰς κρίσιν τὸ ποίημα, καὶ ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, διὰ δὲ τοῦτο τοὺς εὖ ποιοῦντας τὸν πλησίον ἀποδεχόμενος, καὶ λέγων· « Δεῦτε, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, » καὶ τὰ ἑξῆς, πῶς οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ οὕτως ἀποκεκλημένος διὰ τῆς ἀψευδοῦς τῶν ἁγίων φωνῆς, καὶ τὰς τῶν εὖ ποιούντων θυσίας ἀποδεχόμενος, ἀποδιδούς τε ἑκάστῳ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἀμοιβὴν, καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εἰσπέμπων τὸν τῶν ἁγίων χορόν; Ἀναφέρωμεν οὖν τὴν τῆς αἰνέσεως θυσίαν, τὸν καρπὸν τῶν χειλέων τῷ κτίσαντι ἡμᾶς Θεῷ· οὐ γὰρ δεῖ μόνον ἅλωνος καὶ ληνοῦ, ἀλλὰ καὶ λόγων ἀπάρχεσθαι δεῖ τῷ Θεῷ, καὶ λόγων πολλῷ μᾶλλον ἢ δραγμάτων, ὅσῳ καὶ ἡμῖν οἰκειότερος οὗτος ὁ καρπὸς, καὶ αὐτῷ προσφιλέστερος τῷ τιμωμένῳ Θεῷ. Βότρυν μὲν γὰρ καὶ ἄσταχυν λαγόνες ἐκφέρουσι γῆς, καὶ τρέφουσιν ὄμβρων ἐπιῤῥοαὶ, καὶ γηπόνων θεραπεύουσι χεῖρες· ὕμνον δὲ ἱερὸν τίκτει μὲν εὐλάβεια ψυχῆς, τρέφει δὲ συνειδὸς ἀγαθὸν, δέχεται δὲ εἰς τὰ ταμεῖα τῶν οὐρανῶν ὁ Θεός. Ὅσῳ δὲ γῆς ἀμείνων ψυχὴ, τοσούτῳ καὶ αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ φορά. Διά τοι τοῦτο καὶ τῶν προφητῶν τις, ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ μέγας, Ὡσηὲ ὄνομα αὐτῷ, τοῖς τῷ Θεῷ προσκεκρουκόσι, καὶ μέλλουσιν ἵλεων καταστήσειν αὐτὸν, παρῄνει λέγων· « Φέρετε μεθ' ἑαυτῶν οὐχὶ βοῶν ἀγέλας, οὐδὲ σεμιδάλεως μέτρα τόσα καὶ τόσα, οὐδὲ τρυγόνα καὶ περιστερὰν, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλὰ φέρετε μεθ' ἑαυτῶν λόγους. » Καὶ ποία θυσία λόγος; εἴποι τις ἄν. Μεγίστη μὲν οὖν καὶ σεμνοτάτη καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν βελτίων. Καὶ τίς ταῦτά φησιν; Αὐτὸς ὁ Δαβίδ· τῷ γὰρ Θεῷ ποτε εὐχαριστήρια θύων ἐπὶ νίκῃ πολέμου γεγενημένῃ, οὑτωσί πώς φησιν· « Αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς, μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. » Εἶτα τῆς θυσίας ταύτης τὴν ὑπεροχὴν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, ἐπήγαγε· « Καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. » Ταῦτα ἱερεῖα καὶ ἡμεῖς θύσωμεν, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἀπὸ τῶν θυμάτων τούτων αἱμάξωμεν τὸ πνευματικόν (1).

A XIII, 16. *Beneficentiæ autem et communionis*, etc

Tu vero denuo videsis quomodo hoc loco Deum Paulus Filium appellat (2). Nam si ipse est qui creaturam omnem in judicium adducit, unicuique retribuens secundum opera ejus [42], ideoque erga proximum suum beneficos approbat, dicens : « Venite, possidete paratum vobis regnum : esurivi enim, et dedistis mihi manducare, » et reliqua [43]: cur non sit Deus, qui ita sanctorum haud fallaci voce nominatur, et beneficorum oblationes recipit, singulisque congruam retributionem confert, atque ad cœleste regnum sanctorum hominum chorum transfert? Offeramus itaque laudis sacrificium, labiorum fructum, Creatori nostro Deo. Neque enim ex area tantum ac torculari, verum etiam ab oratione primitias afferre ad Deum decet : imo vero orationis potius oblationem quam manipulorum, quatenus hujusmodi fructus nobis præcipue congruus est, et honorato Deo gratior. Nam racemum et spicas terræ latera gignunt, imbres educant, agricolarum excolunt manus : at sacrum hymnum parit animæ pietas, bona conscientia alit, in cœli horrea recipit Deus. Quanto autem melior anima tellure est, tanto et illius fructus præstantior. Quamobrem et propheta quidam, admirabilis magnusque vir, cui nomen Oseæ, homines qui Deum læserant eumque placare volebant, hortabatur dicens : « Ferte vobiscum non boum greges, neque similæ mensuras quaslibet, neque turturem aut columbam, nec aliud quidquam hujusmodi, sed vobiscum afferte orationem, [44]. » Atqui, dicet fortasse aliquis : Quodnam sacrificii genus oratio est? Maximum, inquam, et sanctissimum, et cæterorum omnium optimum. Quis porro id affirmat? Ipse David : nam Deo quondam eucharisteria sacrificans pro victoria ex bello relata, sic ait [45] : « Laudabo nomen Dei mei cum cantico, magnificabo eum laude. » Deinde hujusmodi sacrificii excellentiam nobis ostendens addidit : « Placebitque Deo præ novello vitulo jam cornua producente et ungulas. » Hasce victimas nos quoque immolemus, et altare spiritale hujusmodi hostiarum sanguine cruentemus.

In codice Syriaco antiquissimo Vatic. CIV, inter diversorum ad Pauli Epistolas expositiones hoc quoque Cyrilli fragmentum legitur, quod Latine hic exhibebimus. Cyrillus in sua explanatione Epistolæ ad Hebræos (VI, 4-6). Ait sapientissimus Paulus : « Impossibile est eos qui semel sunt baptizati, » etc. Nunc hujusmodi verborum sententiam spectemus. Judæi nonnulli, evangelicis præceptis illecti, Christo credentes baptizabantur, fiebantque Spiritus sancti participes per impositionem manuum apostolorum, verbaque divina

[42] Matth. XVI, 27. [43] Matth. XXV, 34. [44] Osee XIV, 3. [45] Psal. LXVIII, 31.

(1) Num quid præterea Cyrilli sit in postremis Mediolanensis codicis paginis, cognosci nequit, quia margine circumciso, nomina auctorum ex quibus catena conficitur pessumdata fuerunt.

(2) Videmus toto fere hoc commentario in Pauli Epistolam ad Hebræos pugnantem Cyrillum contra Arianos, qui idcirco dictam Epistolam canone expungebant, ut ait Theodoretus in sui Commentarii D prologo. Atque hæc fortasse causa est cur in duobus Ambrosianæ bibliothecæ palimpsestis a me olim detectis, ubi Ulphilæ Arianorum episcopi duplex exemplar est Pauli Epistolarum ad Gothicam linguam translatarum, illa quidem ad Hebræos desideretur. De Ulphilæ Arianismo docte vir cl. amicus noster Carolus comes Castillionæus post Epist. I ad Thessalonicenses.

gustabant, et futuri sæculi virtutes agnoscebant, id est mortuorum resurrectionem dicebant, justosque in regno, solis instar, splendidos fore, ac nobilissimam hæreditatem capturos. Sed quia aliquot ex his Judæis vel ethnicis baptizatis recta mente non erant, idcirco his in fidei veritate infirmari contingebat quam gustaverant; ac retro cedebant, ad legis umbras et antiquas consuetudines infeliciter reduces. Postea vero baptismi gratiam rursus petebant, ex legis norma quæ pro qualibet eveniente immunditia corpora lavari jubebat. Ideo magnus Paulus viam pœnitentiæ per secundum baptismum agendæ obstruit dicens : « Impossibile est eos, qui semel baptizati fuere, et cœlestia dona gustarunt, renovari ad pœnitentiam, rursus Filium Dei crucifigentes ac ludibrio publice habentes. » Lex quidem eos aqua lavari mandavit, qui corpora sua maculassent; verumtamen Christus animæ sordibus nos emundat, quia « in morte ejus baptizamur, qui semel mortuus resurrexit. » Quidni vero deforme sit, velle nos sæpe baptizari, ceu si data semel gratia vana evasisset? Spiritus quoque sancti descensio dehonestatur, quasi ea nullam nobis utilitatem in primo baptismo contulisset, ideoque ad secundum invocetur.

—

FRAGMENTA ALIA (*).

Cyrilli ex interpretatione Epistolæ ad Hebræos.

Intelligimus potius, utraque manente in propria definitione ac limite naturæ, unionem fuisse peractam. *Et rursus :* Etiamsi enim dicitur hypostatice unitus Unigenitus, non tamen confusionem aliquam inter se duarum naturarum factam dicimus; sed manente potius, qualis erat, utraque natura, unitum carni Verbum intelligimus.

Cyrilli ex secundo tomo commentariorum in Epistolam ad Hebræos.

« Dum sapientes se dicunt, stulti facti sunt, » ut ait Scriptura [46]. Etenim a se invicem naturas duas separantes, et seorsum unamquamque absque nexu ostendentes, in personis tantummodo factam unionem dicunt, quasi in simplici concordia et conspiratione, ac motibus voluntatis : eo fere modo quo in sanctorum apostolorum Actibus scriptum est : « Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una [47]. » Nam cum unusquisque credentium secundum propriæ hypostaseos rationem a reliquis esset sejunctus, nihilominus quod ad voluntatis et fidei unitatem attinet, una omnium anima unumque cor esse dicitur. Ergone isti pari ratione personarum unionem confitendam censent? *Et post alia :* Neque dicimus Dei Verbi naturam in humano corpore circumscriptam fuisse: caret enim limite Deus. *Deinde addit :* Cernet quispiam in Christo perfectam humanitatem; pariterque perfectum ex Deo natum Verbum : nihilominus unum ex ambabus naturis confitebitur Christum ac Filium, non solum personarum unione perficientem incarnationis mysterium, verum etiam naturas ad unum subjectum arcane et ineffabiliter adunantem, eo quem Deus scit modo. Neque ullatenus dicimus confusionem veluti

A *Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς.*

Νοοῦμεν δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ πεπρᾶχθαι τὴν ἕνωσιν. *Καὶ πάλιν·* Εἰ γὰρ καὶ λέγοιτο ἡνῶσθαι καθ' ὑπόστασιν ὁ Μονογενής, ἀλλ' οὐκ ἀνάχυσίν τινα τὴν εἰς ἄλληλα τῶν φύσεων πεπρᾶχθαί φαμεν, μενούσης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας τοῦτο ὅπερ ἐστὶν, ἡνῶσθαι σαρκὶ νοοῦμεν τὸν Λόγον.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ πρὸς Ἑβραίους δευτέρου τόμου.

« Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, » κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἀποδιιστάντες γὰρ ἀλλήλων τὰς δύο φύσεις, καὶ ἀνὰ μέρος ἡμῖν ἑκατέραν ἀσυναφῆ θατέραν δεικνύοντες, ἐν μόνοις προσώποις φασὶ γενέσθαι B τὴν ἕνωσιν, καὶ ὡς ἔν γε ψιλῇ συναινέσει καὶ ταυτοβουλίᾳ καὶ θελημάτων ῥοπαῖς· κατ' ἐκεῖνό που τάχα τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων γεγραμμένον· « Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. » Ἑκάστου γὰρ τῶν πεπιστευκότων κατά γε τὸν τῆς ἰδίας ὑποστάσεως λόγον διεσχοινισμένου τῶν ἄλλων, ὅσον ἧκεν εἰς ταυτοβουλίαν καὶ τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, ψυχὴ πάντων εἶναι μία λέγεται καὶ καρδία. Ἆρα οὖν καὶ κατὰ τοῦτον καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον, τῶν προσώπων τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖν ἐγνώκασι; *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Καὶ οὐδέπω φαμὲν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου περιγεγράφθαι φύσιν· ἄποσον γὰρ τὸ Θεῖον. *Εἶτα ἐπάγει·* Ὄψεταί τις ἐν Χριστῷ τὸ ἀνθρώπινον τελείως ἔχον, κατά γε τὸν τῆς ἰδίας C φύσεως λόγον· ὁμοίως τε τέλειον τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα Λόγον· πλὴν ἕνα τὸν ἐξ ἀμφοῖν ὁμολογήσει Χριστὸν καὶ Υἱὸν, οὐ προσώπων ἑνώσει (1) μόνον συντιθεὶς τὴν οἰκονομίαν, συλλέγων δὲ μᾶλλον εἰς ἓν τὰς φύσεις ἀπορρήτως τε καὶ ὑπὲρ λόγον, ὡς αὐτὸς ἔγνω ὁ Θεός (2). Καὶ οὐδέπω φαμὲν ἀνάχυσιν ὥσπερ

[46] Rom. I, 22. [47] Act. IV, 32.

(*) Præter illa fragmenta quæ supra impressimus commentariorum Cyrilli deperditorum in Epistolam ad Hebræos, alia nunc subteximus ex codice potissimum Vat. num. 1431, et nonnullis aliquot.

(1) Personarum unionem dicit, quam alias Patres dicunt personam compositam.

(2) Confer quæ diximus de hac Cyrilli locutione not. ad verba Cyrilli in Lucæ cap. XXII, sub finem versiculi 19.

τινὰ συμβῆναι περὶ τὰς φύσεις, ὡς μεταστῆναι μὲν τὴν τοῦ Λόγου φύσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου τυχόν· ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀνθρωπίνην εἰς τὴν Θεοῦ· νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ, πεπρᾶχθαί φαμεν τὴν ἕνωσιν, ἐνοικήσαντος τοῦ Λόγου σωματικῶς τῷ ἐκ Παρθένου ναῷ. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Εἴ τις οὖν ἄρα λέγει μόνων προσώπων τὴν ἕνωσιν, ἀποδιιστὰς ὁλοτρόπως ἀλλήλων τὰς φύσεις, ἔξω τῆς εὐθείας φέρεται τρίβου.

A quamdam evenisse in naturis, ita ut Verbi natura in illam hominis forte transierit, neque humana vicissim in Deum; sed utramque naturam intelligimus, prout eæ reapse sunt, in propria definitione ac limite consistere; atque ita factam unionem dicimus, inhabitante corporaliter Verbo in templo de Virgine sumpto: *Et paulo post :* Si quis ergo personarum tantummodo unionem affirmat, et naturas omnino seorsum collocat, is a recta semita aberrat.

Κυρίλλου ἐκ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας.

Ὅρα τοίνυν καὶ ἐν δυσὶ τοῖς χιμάροις τὸν ἕνα Χριστὸν, τουτέστι Θεὸν ἐνανθρωπηκότα, καὶ ἀποθνήσκοντα μὲν σαρκικῶς ὑπὲρ ἁμαρτίας, ἵνα τῷ ῥαντισμῷ τοῦ ἰδίου αἵματος ὅλην ἁγιάσῃ τὴν Ἐκκλησίαν, μεμενηκότα δὲ πάλιν ἀπαθῆ θεϊκῶς.

Cyrilli ex eadem interpretatione.

Videsis itaque in duobus quoque hircis unum Christum, id est Deum humanatum; et morientem quidem carnaliter pro peccato, ut proprii sanguiB nis aspersione totam sanctificet Ecclesiam; simul tamen divinitus impassibilem.

Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς.

Εἰ δὲ τετελείωκεν ἡμᾶς δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος, πῶς οὐκ ἐνήργει θεϊκῶς τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνως ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος;

Cyrilli ex interpretatione Epistolæ ad Hebræos.

Quod si nos perfecit per aquam et Spiritum, quidni divinitus simul et humanitus operabatur idem exsistens, et tanquam in uno subjecto Deus et homo?

Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους, δευτέρου τόμου.

Συνέβησαν δὲ ἀλλήλαις ἀποῤῥήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν θεότης καὶ ἀνθρωπότης. Καὶ διάφοροι μὲν αἱ φύσεις ὁμολογουμένως, πλὴν εἷς τε καὶ μόνος ἐξ ἀμφοῖν Υἱός.

Cyrilli ex secundo tomo interpretationis Epistolæ ad Hebræos.

Concurrerunt invicem ineffabiliter et inintelligibili ratione divinitas et humanitas. Et diversæ quidem sine dubio naturæ sunt, unus tamen ex ambabus Filius.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς.

(Ex Anastasio vat. p. 18, et cat. vat. A. f. 16 b.) Εἰ γὰρ καὶ νοοῖντο διάφοροι καὶ ἀλλήλαις ἄνισοι τῶν εἰς ἑνότητα συνδεδραμηκότων αἱ φύσεις, σαρκὸς δὴ λέγω καὶ Θεοῦ, ἀλλ' οὖν εἷς τε καὶ μόνος ἐξ ἀμφοῖν Υἱὸς ἀληθῶς· ἔχοντος ἡμῖν ἀραρότως τοῦ καὶ ἐμψυχῶσθαι ψυχῇ λογικῇ τὸν ἑνωθέντα τῷ Λόγῳ ναόν. — Καὶ οὐ διαιρετέον τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς Θεὸν ἰδικῶς· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναί φαμεν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις διατηροῦντες αὐτάς.

C *Cyrilli ex commentario in Epistolam ad Hebræos.*

Quanquam enim intelliguntur diversæ et invicem inæquales eæ quæ ad unitatem concurrerunt naturæ, carnis, inquam, atque Dei, attamen unus solusque ex ambabus naturis vere Filius est, habens congruenter æque ac nos informatum anima rationali illud quod Verbo unitum templum est. — Neque dividendus est unus Dominus Jesus Christus in hominem seorsum, itemque in Deum seorsum : sed unum eumdemque dicimus Jesum Christum, naturarum differentiam probe scientes, quas invicem inconfusas servamus.

Cyrilli, ex interpretatione Epistolæ ad Hebræos (1).

